

To my parents, to whom I owe everything and more.

Vergil's *Aeneid* rephrased in prose

Vergil's own words, with vocabulary help

Juan Coderch

Vergil's *Aeneid* rephrased in prose
Vergil's own words, with vocabulary help

First Edition

© 2023 by Juan Coderch

All rights reserved. This book may not be reproduced, in whole or in part, in any form beyond that copying permitted by Sections 107 and 108 of the U.S. Copyright Law.

ISBN: 978-0-9571387-8-0

Printed by *Kinder Direct Publishing*

Index

Introduction	6
Liber I	14
Liber II	43
Liber III	73
Liber IV	100
Liber V	126
Liber VI	158
Liber VII	192
Liber VIII	223
Liber IX	250
Liber X	280
Liber XI	314
Liber XII	349

INTRODUCTION

Why this version in prose?

Vergil wrote the *Aeneid* for Latin speakers, for people whose mother language was Latin, not for people who were studying Latin. This wonderful long poem, wonderful as it may be, presents some difficulties for the students who, having covered the usual basic course of Latin language, have to read parts of it. This step from the language textbook to the original version of the poem is really a large one that would benefit from some kind of "intermediate stage." So, in order to make reading the poem easier but at the same time without producing just a summary or only explaining the plot in other words, I have rewritten in prose the whole poem using Vergil's own words and I have added additional help side by side.

Having read this prose version of the desired part of the poem, students will be in a better position to tackle the same part in the original verse version.

Was there ever a prose version?

The question whether Vergil wrote the *Aeneid* first in prose and later he versified it will always remain doubtful. In his *Vita Vergilii*, Suetonius tells us

"Aeneida" prosa prius oratione formatam digestamque in XII libros particulatim componere instituit, prout liberet quidque, et nihil in ordinem arripiens. Ac ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta transmisit, alia levissimis verbis veluti fulsit, quae per iocum pro tibicinibus interponi aiebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent.

Characteristics of this prose version

a/ Word order

This is probably the most difficult problem that our students have to face. Prose Latin presents some characteristics that make the language difficult to our students, but if moreover we add the problem of the unusual word order in poetry the final result is a text that students find difficult to read. Imagine, for example, the difficulty that a student of English language would have in front of the sentence "shield Aeneas him to face his took" instead of "Aeneas took his shield to face him."

So, what I have done is rewrite all of it in prose, in an order that makes it easy for the student to read.

b/ Added words [inside square brackets]

To make the reading more fluent, I have embedded into the text, inside square brackets, some words that make the sentence more complete grammatically or easier to understand.

1/ Main additions

The absence of some elements is frequent in Vergil. For example, the infinitive clause *minitans excisurum urbem*: no subject for an infinitive that moreover is incomplete. So, the reader will find *minitans [se] excisurum [esse] urbem*. The addition of *se* and of *esse* makes the sentence grammatically complete and easier for a student.

2/ Examples of other kinds of additions

a/ In some cases the addition may seem unnecessary, like in *addidit [eis] ventosas alas*. Why this *eis*? To make clear that somebody added wings to somebody/something else, not for example to himself (which for a god would have been quite easy).

b/ Another kind of addition: adding a pronoun to a participle, like in *tarda genua labant [ei] trementi*. It could be argued that with the participle *trementi* it was more than enough, "to the trembling one," but the addition of the *ei* makes clear who the one trembling is.

3/ Hands everywhere

In a context of battles, the references to the left or right hand are very numerous, and the terms *laeva* or *dextera* appear frequently. Given the fact that both adjectives are declined through the first declension if they have to qualify "hand," knowing immediately if that *-a* ending is a nominative or an ablative will help the student; this is why so frequently I have added *manus* or *manu* in sentences in which this addition may seem to be totally unnecessary.

4/ Possessives

Also some possessives have been added where they seem to be totally unnecessary, in the hope that they help the student to identify whose sword is being used, whose breastplate is mentioned, etc. For example, *si tantus amor [est] menti [tuae]* (where we can also observe an added verb). Now we know in whose mind there was affection.

5/ Preposition or no preposition?

We all know the grammar rule that says that if the agent is a person or a god, i.e., somebody who performs the action willingly, the preposition *a* should be used, but if it is for example a natural phenomenon the ablative alone should be used. In some cases it may be dubious: is the *vis* or the desire of a god just an instrument, or can it be considered like in fact the god himself? In some cases, my added *a* may appear excessive or even wrong, but if it is one of these borderline cases like *vis* or the desire of a god and moreover it helps to make clear that the noun is an ablative rather than any other case that shares the same ending and this makes it easier for the student, I have added it.

6/ "To the sea"? "In the sea"?

In several cases, I have applied the preposition *in* to words that could be objected to be in fact a dative rather than an ablative (if the declension has the same ending for both cases), like for example in *dorsum immane [in] summo mari*. It could be objected that *summo mari* is a dative, "the spine for the sea (= the spine that the sea has)", rather than "the spine in the sea," but if the usage of *in* with ablative produces an acceptable meaning and seeing an *in* + ablative makes it easier for the student, I have added it.

c/ Notes in the margin

To begin with, the fact of offering the notes in the margin of the same page allows the student to see the notes and the text side by side, rather than having to flick to the back pages to see if there is any note for some specific words, then reading the note, then flicking back to the text to see those words again, flicking again to see the comment again, etc. Offering it this way, rather than through the usual system of all the notes accumulated at the end of the book, allows the student to see both text and comments side by side.

Where space allows it, I have used "/" to separate different comments of terms that belong to the same line in my text. Of course, the accumulation and length of former explanations has sometimes compelled me to make comments appear further down from the line where they should appear.

The help offered in the margins is of so many kinds that it would be too long to mention all of them. These are just some examples of what the student will find:

1/ Indication of cases

At some point, the indication of cases may seem superfluous, but experience tells that even in easy sentences sometimes students may make a mistake in the attribution of cases.

2/ Nomina urbium non accipiunt praepositiones

Yes, we all know that rule, but in some cases it would help the student that they did, and this is why in the margin I have sometimes added between round brackets the preposition that the name would have taken in case it had taken a preposition; for example, *qui nunc Tyria Karthagine expectat* has this note in the margin: *(in) Tyria Karthagine*. The preposition *in* is inside round brackets, indicating that it is not an omission of the poet, as the name of a city should not have a preposition, but it is an indication that the meaning of that ablative is "place where," and even if in this example it is obvious in other cases the compulsory lack of preposition may create some difficulty.

3/ Per aequor

In a context of navigation, Vergil uses very frequently the ablative to express "through ...," which can

also be expressed with *per* + accusative. So, for an expression like *iactatos aequore toto*, the student will find in the margin *aequore toto = per aequor totum*. While *per aequor* does not leave any doubt about its meaning, an ablative can always pose some doubts: can it be an agent? Can it have instrumental meaning? Could it be an ablative of cause? Of course, the same happens with other nouns, not only with *aequor*.

4/ Explanation of meaning

Sometimes the notes in the margin are explanations of what the poet meant. So, the symbol = does not always mean "equal to" (in fact it hardly ever does). It should rather be interpreted as "the poet means." We know that two nouns, two verbs, etc., will never be totally identical in meaning, there will always be little nuances that differentiate them, but in some cases the similarity is close enough as to consider them synonyms, like for example *operit = tegit, occultat*; in other cases the similarity is just an approximative one, like for example *accendit = hortatur*, and finally in some cases the symbol = is used just in the sense of "the poet means," like for example *fac me velle = etiam si volo*: it is evident that an imperative construction is not the same as a subordinate clause; or *equo = equitans*: obviously, a noun in the ablative is not the same as a participle in the nominative, but the purpose is to transmit the sense; in these cases, the = is used to indicate the sense of the expression, not to provide a synonym.

5/ Repetition

It will be observed that in many cases a word that has already been explained on the former page is explained again (for example, the explanation *hic = in hoc loco* appears many times); this is due to the fact that usually students have to read a part of the text chosen by their instructor and it can't be assumed that they will have read the former pages, so it can't be assumed that they are already aware of the sense of a word or expression just because it has already appeared a some pages earlier.

6/ Changes, double changes and changes to be supplied

At some point we may find an isolated word without any explanation; it is meant to replace a word that appears in the text in another form, like for example *virorum* is supposed to replace the original word *virum*, to make clear that *virum* is an optional form for the genitive plural.

It is also very frequent that a word ending is modified in the explanation, for example the usual accusative plural *omnes* replacing *omnis*, but at the same time the change is directly applied in the explanation of a larger set of words, like *rumpe omnis moras* in the text appears in the side column as *rumpe omnes moras = noli expectare*. It is obvious that the change from *omnis* to *omnes* has been embedded into the larger explanation. In other cases an alternative has been proposed for only the main element of a group of words; for example, for *haec mens* in the text the student will see *mens = consilium* in the column; it is obvious that, if *consilium* is used, *haec* should also be changed to *hoc*. The same happens with verbs regimes: the case ruled by a proposed verb may be different from the case ruled by the original verb in the text.

7/ Other explanations

↔ "the antonym of"

≠ "not the same as"

: offers some kind of explanation.

< "it comes from"

[] as in the main text, also in the lateral column it indicates that the element inside it, inexistent in the text, has been added to help comprehension.

() offers any other kind of additional information.

It will be observed that, in the side column, I have added (*ali*) to many indefinites; for example, *si quis* is explained as *si (ali)quis*. Of course the prefix *ali-* would never appear if preceded by *si*, but adding it may help the students to realise that this is an indefinite.

d) Lack of literary explanations

There is possibly no other work of Latin literature more studied, analysed, etc. than the *Aeneid*. Students have at their disposal summaries that explain the plot book by book, reading companions that will take them through the poem explaining all the mythological references, how many times Vergil uses this or that construction, the references to historic events, etc., everything presented with chirurgical precision by excellent scholars. Although I have included the odd additional explanation in some places, offering all this help is not the purpose of this book: the purpose is just offering some help to the reading of the poem.

e) Verse number

I have added the count number every ten verses of the original poem immediately after the word that in the verse version is the last word of the verse; so, in the Book 1, *ministrat* <150> means that *ministrat* is the last word of the 150th verse. This will make it easier for students to locate in this prose version any specific part of the poem that they must read.

f) Latin summary of the *Aeneid* book by book

If you are interested in reading a Latin summary of the *Aeneid* book by book, the plot of each book summarised in Latin, you can find in *The Latin Library* the reproduction of the wonderful summary written by Charles de la Rue: <http://www.thelatinlibrary.com/ruaeus.html>

A good part of this book has been written during one of my stays at the Fondation Hardt in Geneva.

Juan Coderch

St Andrews, December 2023

Vergil's *Aeneid* rephrased in prose

Vergil's own words, with vocabulary help

LIBER I

fato = propter fatum

terris et alto mari = per terras et
altum mare
superum = deorum
ob iram = propter iram
et in bello = quoque in bello

Latio = in Latium

quo laeso numine = propter quod
laesum numen
deorum / casus: acc. pl.
volvere, adire = pati, experiri
caelestibus animis: deis

tenuerunt / contra Italiam: geogra-
phico sensu solum?
opum: genit. pl.
studiis belli = propter studium belli
fertur = dicitur

Samos, -i f. / hic = in hoc loco

tendit = conatur (dep.) / (ali)qua

duci: pass. infinit.

olim = aliquo die / verteret = deleret

populum late regem = populum qui
in multis terris regnabit
excidio (dat.) = ad excidium

Cano arma virumque qui, profugus fato, primus venit ab oris Troiae
[ad] Italiam Laviniaque litora, ille multum iactatus et terris et alto
[mari] [a] vi superum ob memorem iram saevae lunonis; quoque
passus multa et [in] bello, dum conderet urbem inferretque deos
Latio, unde genus Latinum Albanique patres atque moenia altae
Romae [nascuntur].

Musa, memora mihi causas, quo laeso numine, quidve dolens regina
deum impulerit virum, pietate insignem, volvere tot casus, adire tot
labores. <10> Tantaene irae [sunt] caelestibus animis?

Fuit urbs antiqua, Karthago, Tyrii coloni tenuere [eam], [sita] contra
Italiam longeque [a] Tiberina ostia, dives opum asperrimaque studiis
belli, quam unam Iuno fertur coluisse magis omnibus terris,
posthabita Samo; hic [fuerunt] arma illius, hic fuit currus [illius]; dea
iam tum tenditque fovetque hoc esse regnum gentibus, si qua fata
sinant [id]. Sed [Iuno] enim audierat progeniem duci a Troiano
sanguine quae olim verteret arces <20> Tyrias; [audierat] hinc
venturum [esse] populum late regem atque superbum [in] bello,
excidio Lybiae: sic Parcas volvere [fata].

Argis < Argi, -orum pl. (urbs Graeca) necdum = atque nondum exciderant = exierant	Saturnia, metuens id, atque memor veteris belli quod [ipsa] prima gesserat ad Troiam pro caris Argis –necdum etiam causae irarum saeuque dolores exciderant [ex] animo [deae]: manet, [in] alta
repositum / spretae < sperno, -ere	mente repostum, iudicium Paridis atque iniuria spretae formae
illud genus: Troiani	[deae], et [illud] genus invisum, et [manent] honores rapti
super his rebus = propter has res	Ganymedes–; accensa super his [rebus], [dea] arcebat longe [a] Latio
Troas = Troianos / Danaorum aequore toto = per totum aequor	Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli, <30> iactatos aequore toto, atque per multos annos errabant, acti [a] fatis, circum omnia
tantae molis erat = tam difficile erat	maria. Tantaem molis erat condere Romanam gentem!
vix ... = cum iam Siculam tellurem non viderent salis = maris / aere (< aes, aeris n.) = navibus (quia naves aes habebant in prora) / inceptum: consilium quod iam inceptum est	Vix e conspectu Siculae telluris, laeti dabant vela in altum [mare], et ruebant spumas salis aere, cum luno, servans aeternum volnus sub pectore, [dicit] haec secum: "Mene victam desistere [ab] incepto, nec posse avertere regem Teucrorum [ab] Italia? Quippe, vetor [a] fatis.
Argivum: genit. pl.	Pallasne potuit exurere classem Argivum atque submergere ipsos [in]
iaculata < iaculor, -ari (= iacio, -ere)	ponto <40>, ob noxam et furias unius, Aiakis Oilei? Ipsa, iaculata
disiecit = sparsit / evertit - turbavit aequora = mare	rapidum ignem lovis e nubibus, disiecitque rates evertitque aequora ventis, turbine corripuit illum, expirantem flammam [e] transfixo
incedo ut = ambulo ut, sum	pectore, atque infixit [eum] [in] acuto scopulo. Ast ego, quae incedo
divom = deorum	[ut] regina divom, atque et soror et coniunx lovis, gero bella cum una
"quisquam" pro "quis" quia respon- sum erit "nemo"	gente tot annos! Et, praeterea, quisquam adoret numen lunonis, aut supplex imponet honorem aris?"

volutans = cogitans

feta = plena / hic = in hoc loco

premit = continet
luctantes = pugnantes
vinclis = catenis

fremunt = mugiunt / celsa = alta

temperat = moderatur (dep.)
ni = nisi
quippe = procul dubio

verrant = trahant

abdidit = occultavit
insuper = super eos
montes

certo: a love imposito
dare laxas habenas = solvere habenas (ut liberi fiant)

divom = deorum

fluctus: acc. pl.

Ilium: quod deletae Troiae manet
incute = da
ventis: dat. / obrue = fac impetum in

ponto = per pontum

praestanti corpore: ablat. descript.

dicabo ... = efficiam ut tua sit

exigat omnis annos = agat omnes annos

Talia volutans <50> secum [in] flammato corde, dea venit in patriam nimborum, Aeoliam, loca feta furentibus austris. Hic [in] vasto antro rex Aeolus premit suo imperio luctantes ventos tempestatesque sonoras ac frenat [eos] vinclis et carcere. Illi, indignantes, cum magno murmure fremunt circum claustra montis; Aeolus sedet [in] celsa arce, tenens sceptras, mollitque animos et temperat iras. Ni faciat, quippe [illi] rapidi ferant secum maria ac terras caelumque profundum atque verrant [ea] per auras. Sed pater omnipotens, metuens hoc, abdidit [eos] [in] speluncis atris <60>, atque insuper imposuit molem et montis altos, atque dedit [eis] regem qui, iussus certo foedere, sciret et premere et dare laxas habenas. Ad quem tum luno, supplex, usa est his vocibus:

"Aeole, namque pater divom atque rex hominum dedit tibi et mulcere fluctus et tollere [eos] vento: gens mihi inimica navigat Tyrrhenum aequor, portans in Italiam Ilium victosque Penates: incute vim ventis atque obrue submersas puppes, aut age [eos] diversos et dissiice corpora [eorum] ponto. <70> Sunt mihi bis septem nymphae praestanti corpore, quarum [eam] quae [est] pulcherrima forma, Deiopea, [tibi] iungam conubio stabili atque dicabo [eam] propiam [tibi], ut tecum, pro talibus meritis, exigat omnis annos et faciat te parentem pulchra prole."

mihi fas est = ego debeo

quodcumque ... = regnum quod habeo
divom = deorum
potentem = dominum

conversa: ablat.

qua = per quem locum

incubuerunt
incubo + dat. = iacio me super

fluctus: acc. pl.

virorum / rudentium

incubat = accumbat
ponto = super pontum
intonuerunt

intentant = monstrant
extemplo = statim
duplices / refert = dicit

talia: acc. pl. n.

quis = quibus / oppetere [mortem] =
mori / ante ora = ante oculos
Danaum: genit. pl.
me non potuisse: exclamat. infinit.
occumbere = iacere, mori

iacet [necatus] telo

Aeolus haec [dixit] contra: "Tuus labor, o regina, [est] explorare quid optes; mihi fas est capessere [tua] iussa. Tu mihi [das] hoc, quodcumque regni [est] [mihi], tu [mihi] concilias scepra lovemque, tu [mihi] das accumbere epulis divom, [tu] facis [me] potentem <80> nimborumque tempestatumque."

Ubi haec dicta [sunt], impulit cavum montem in latus conversa cuspide [lanceae], ac venti, velut agmine facto, qua porta data [est], ruunt et perflant terras turbine. [Venti] incubuere mari, atque Eurusque Notusque atque Africus, creber procellis, una ruunt totum ab imis sedibus, et volvunt vastos fluctus ad litora. Insequitur clamorque virum stridorque rudentum. Subito nubes eripiunt caelumque diemque ex oculis Teucrorum; atra nox incubat ponto. Poli intonuere, et aether <90> micat crebris ignibus, atque omnia intentant praesentem mortem viris. Extemplo, membra Aeneae solvuntur frigore; ingemit, et tendens duplicis palmas ad sidera refert talia voce:

"O terque quaterque beati, quis contigit oppetere ante ora patrum sub altis moenibus Troiae! O Tydide, fortissime gentis Danaum! Mene non potuisse occumbere [in] Iliacis campis, atque effundere hanc [meam] animam tua dextra [manu] [illic] ubi saevus Hector iacet telo Aeacidae,

Sarpedon [iacet]	ubi ingens Sarpedon, ubi Simois volvit sub undis <100> tot correpta
virorum	scuta galeasque et fortia corpora virum?"
Aquilone: ablat. ferit (≠ fert) < ferio, -ire fluctus: acc. pl.	Procella, adversa [ei] talia iactanti, stridens Aquilone, ferit velum
hi: nautae	tollitque fluctus ad sidera. Remi franguntur; tum prora avertit et dat
his (dat. pl.): nautis	latus [navis] undis; insequitur praeruptus mons cumulo aquae. Hi
fluctus: acc. pl.	pendent [e] summo in fluctu; his unda, dehiscens, aperit terram
tres / in = contra	[quae apparet] inter fluctus; aestus furit [mixtus cum] harenis. Notus
dorsum immane: appositio	torquet tris abreptas [naves] in latentia saxa –Itali vocant "Aras" saxa
tres / in brevia: ubi mare non est altus / syrtes illidit vadis = pellit contra vada aggere: ablat. sing.	quae [iacent] in mediis fluctibus, dorsum immane [in] summo mari–; Eurus urguet [alias] tris [naves] ab alto <110> [mari] in brevia et syrtis, miserabile visu, inliditque [eas] vadis atque cingit [eas] aggere harenae.
pontus = unda ferit (≠ fert) < ferio, -ire	Ante oculos ipsius [Aeneae] ingens pontus, [cadens] a vertice, ferit in
excutitur = iactatur vi volvitur in caput [in mare] vorat = edit (= efficit ut evanescat)	puppim unam [navem] quae vehebat Lycios fidumque Orontem: magister excutitur pronus atque volvitur in caput; ast fluctus torquet
rari = pauci	illam [navem] ibidem ter, agens [eam] circum, et rapidus vortex vorat
virorum / Troia gaza = Troiani the- sauri	[eam] [in] aequore. Rari [nautae] adparent nantes in vasto gurgite, arma virum tabulaeque et Troia gaza [adparent] per undas. Hiems
qua: ablat. sing.	iam vicit validam navem Ilionei, iam [vicit] [navem] fortis Achatae, <120> et [navem] qua vectus [est] Abas, et [navem] qua [vectus est] grandaevus Aletes;

laxis = ruptis

fatisco, -ere (tempus imperii) = fatiscor, -i (tempus rei publicae)

misceri = turbari

alto mari = per altum mare

toto aequore = per totum aequor
Troas = Troianos
ruina: ablat.

latuerunt / dehinc = postea

sine meo numine = sine mea venia

praestat = melius est
fluctus: acc. pl. / post = postea
commissa: acc. pl. / poena: ab. sing.
maturate fugam = cito fugite

Eure: vocat. / iactet, regnet: iussivi
subiunctivi

dicto: ablat. comparationis
collectas = cumulas
adnixus = strenue laborans
detrudunt = extrahunt
naves / tridenti: ablat.

syrtes

omnes [naves] accipiunt inimicum imbrem laxis compagibus laterum, atque fatiscunt rimis.

Interea Neptunus, graviter commotus magno murmure, sensit pontum misceri atque hiemem emissam [esse] et stagna [e] vadis refusa [esse], et, prospiciens alto [mari], extulit placidum caput [e] summa unda. Videt toto aequore disiectam classem Aeneae, Troas oppressos fluctibus atque ruina caeli, nec doli et irae <130> lunonis latuere fratrem. Vocat ad se Eurum Zephyrumque, dehinc talia fatur:

"Tanta fiducia vestri generis tenuit vos? Iam, venti, audetis miscere caelum terramque sine meo numine et tollere tantas moles? Quos ego... sed praestat componere motos fluctus. Post, luetis mihi [vestra] commissa poena non simili [vestris commissis]. Maturate fugam, atque dicite haec regi vestro: imperium pelagi saevumque tridentem non illi, sed mihi datum [esse] sorte. Ille tenet immania saxa, vestras domos, Eure; iactet se Aeolus in illa aula, <140> et regnet [in] clauso carcere ventorum."

Sic ait, et citius dicto placat tumida aequora, fugatque collectas nubes, reducitque solem. Cymothoe et Triton adnixus detrudunt simul navis [ab] acuto scopulo; ipse [Neptunus] levat [eas] tridenti et aperit vastas syrtes et temperat aequor,

perlabitur (dep.) = iter facit	atque perlabitur [per] summas undas levibus rotis. Ac veluti cum in
vulgus / coorta est = nascitur (dep.)	magno populo saepe coorta est seditio atque ignobile vulgus saevit
ministrat = praebet, offert	[in] animis, iamque faces et saxa volant –furor ministrat <150> arma
conspexerunt / (ali)quem pietate, meritis: ablat. descript. arrectis auribus: attente audientes	[eis]–; tum, si forte conspexere quem virum, gravem pietate ac meritis, silent adstantque arrectis auribus; ille dictis [suis] regit animos et mulcet pectora: sic cunctus fragor pelagi cecidit, postquam
caelo aperto = per caelum apertum	genitor, prospiciens aequora atque invectus caelo aperto, flectit
dat [laxa] lora	equos atque volans dat lora, curru secundo.
cursu = celeriter	Defessi, Aeneadae contendunt cursu petere litora quae proxima
in longo secessu = in remoto loco	[iacent] et vertuntur ad oras Lybiae. In longo secessu est [hic] locus:
obiectu (< obiectus, -us) = propter obiectum	insula efficit portum obiectu laterum, [in] quibus omnis unda, [veniens] ab alto <160> [mari], frangitur atque scindit sese in reductos
sinus: acc. pl.	sinus. Hinc atque hinc minantur in caelum vastae rupes geminique
aequora silent tuta = mare silet tutum	scopuli, sub vertice quorum aequora silent tuta late; tum desuper
imminet = in alto loco sita est	imminet scaena coruscis silvis atque atrum nemus horrenti umbra.
sub fronte = in fronte	Sub fronte adversa [iacet] antrum scopulis pendentibus [factum],
intus = in antro	intus [sunt] aquae dulces atque sedilia [de] vivo saxo: domus
hic = in hoc loco / naves	nympharum; hic non ulla vincula tenent fessas navis, ancora non
unco = curvo (quia ancora curva est) subit = appropinquat	alligat [eas] unco morsu. Huc Aeneas subit [cum] septem navibus, collectis ex omni <170> numero [navium], ac Troes, magno amore
potior + ablat. = occupo optata (= desiderata) harena: ablat.	telluris, egressi potiuntur optata harena

artus: acc. pl. / tabentes	et ponunt in litore [suos] artus, sale tabentis.
silici (< silix, -icis) = e silice	Ac primum Achates excudit scintillam silici suscepitque ignem [in] foliis, atque circum dedit arida nutrimenta [igni] rapuitque flammam
corruptam Cererem = umidum frumentum receptas = ex aqua servatas	in fomite. Tum, fessi rerum, expediunt Cererem corruptam undis Cerealiaque arma, atque parant et torrere receptas fruges flammis et frangere [eas] saxo. Interea Aeneas conscendit scopulum et late petit
(ali)quem / Anthea: Graecus acc.	omnem <180> prospectum [in] pelago, si quem videat: Anthea, vento
biremes naves / Capyn: acc.	iactatum, Phrygiasque biremis [navis], aut Capyn, aut arma Caici in
tres / in conspectu = ante oculos	celsis puppibus. [Prospicit] nullam navem in conspectu, prospicit tris
errantes	cervos [in] litore errantis; tota armenta sequuntur hos a tergo, et
pascitur (dep.) = edit herbam/ valles hic = in hoc loco celeris	longum agmen pascitur per vallis. Constitit hic, corripuit manu arcumque celerisque sagittas, tela quae fidus Achates [ei] gerebat,
sternit = necat	atque primum sternit ipsos ductores, ferentes capita alta arboreis
vulgus, -i n. turbam: turma cervorum fundat humi (locat.) = necet	cornibus, tum vulgus, et, agens telis omnem <190> turbam inter frondea nemora, miscet [eam]; nec absistit prius quam, victor, fundat
aequet ... = necet tot cervos quot naves habet	humi septem ingentia corpora et aequet numerum [cervorum] cum navibus.
partitur (dep.) in = distribuit inter	Hinc petit portum et partitur [cervos] in omnes socios. Deinde dividit
oneraverat	vina quae bonus heros Acestes onerarat [in] cadis atque dederat [eis]
mulcet = mollit	[a] litore Trinacio abeuntibus, et mulcet maerentia pectora [eorum] [his] dictis:

passi = qui passi estis

ante = antea / accessistis

sonantes

experti estis = passi estis

mittite = relinquite

et = quoque / iuvabit = placebit

casus: acc. pl.

ostendunt = monstrant nobis

rebus secundis = ad res secundas

aeger = tristis

vultu/ accingunt = iactant

praedae dapibusque futuris: dat.

futuris = quas nunc facient

veribus < veru, -us n. (instrumentum
ad coquendum)

victus, -us = cibus, -i

Bacchi = vini

exempta = satiata / epulis = cibo

pati extrema fata = mortuos esse

exaudire [posse]

Gyan: Graecus acc.

"O socii, o [vos] passi graviora –neque enim ignari sumus malorum ante–, deus dabit finem quoque his [malis]. Vos accestis et [ad] Scyllaeam rabiem atque [ad] scopulos penitus sonantis, <200> vos et experti [estis] Cyclopea saxa: revocate animos atque mittite maestum timorem; forsan, olim, et meminisse haec iuvabit. Per varios casus, per tot discrimina rerum tendimus in Latium, ubi fata ostendunt quietas sedes; illic fas [est] regna Troiae resurgere. Durate, et servate vosmet rebus secundis."

Talia refert voce, atque, aeger ingentibus curis, simulat spem [in] vultu, premit altum dolorem [in] corde. Illi accingunt se praedae dapibusque futuris; <210> deripiunt tergora [a] costis et nudant viscera; pars secant [ea] in frusta atque figunt [ea], [adhuc] trementia, [in] veribus; alii locant aena [in] litore atque ministrant flammis [eis]. Tum revocant vires victu atque, fusi per herbam, implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae. Postquam fames exempta [est] epulis mensaeque remotae [sunt], requirunt longo sermone amissos socios, dubii inter spemque metumque, seu credant [eos] vivere sive [credant] [eos] pati extrema [fata] nec iam, vocatos, exaudire. Praecipue pius Aeneas secum gemit casum nunc acris Oronti, <220> nunc Amyci, et crudelia fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.

velivolum = velis transversum
iacentes
defixit lumina = posuit oculos

suffusa = implens / nitentes

tales

deorum

quid tantum = quod crimen

in = contra / potuerunt
quibus: relativum
ob = ante

pollicitus es = promisisti / revocato =
renovato / Teucri: gen. sing.
fore = futuros esse
ductores: acc. pl.
dicione = potestate

occasum [Troiae] / tristes
rependens = restituens

[malis] casibus

elapsus = postquam fugit
penetrare = pervenire ad
sinus: acc. pl.

premit arva = pulsat campos
pelago = aqua fluminis

Troia = Troiana

Et iam finis [luctuum] erat, cum Iuppiter, [e] summo aethere despiciens mare velivolum terrasque iacentis litora et latos populos, sic constitit [in] vertice caeli et defixit lumina [in] regnis Libyae. Atque Venus, tristior et suffusa nitentis oculos lacrimis, adloquitur illum, talis curas [in] pectore iactantem:

"O [tu] qui regis res hominumque deumque [tuis] aeternis imperiis et terres <230> [eos] fulmine, quid tantum meus Aeneas [potuit] committere in te, quid [tantum] Troes potuere [committere], quibus, tot funera passis, cunctus orbis terrarum clauditur ob Italiam? Olim certe pollicitus [es] hinc, a revocato sanguine Teucri, volventibus annis, Romanos fore, ductores qui tenerent mare, qui [tenerent] terras [sub] omni [sua] dicione; quae sententia vertit te, genitor? Solabar equidem hoc occasum tristisque ruinas Troiae rependens contraria fata [melioribus] fati; nunc eadem fortuna insequitur viros tot casibus actos. <240> Quem finem laborum das [eis], rex magne? Antenor, elapsus [e] mediis Achivis, potuit tutus penetrare Illyricos sinus atque intima regna Liburnorum et superare fontem [fluminis] Timavi, unde [hoc flumen], cum vasto murmure montis, it per novem ora [ut] mare proruptum et premit arva sonanti pelago. Ille tamen hic locavit urbem Patavi sedesque Teucrorum, et dedit nomen genti, atque fixit Troia arma;

compostus = tranquillus	nunc, compostus, quiescit [in] placida pace. Nos, tua progenies,
adnuis = concedis, das, praebes	quibus adnuis arcem <250> caeli, navibus amissis (infandum!),
prodimur = relinquimur ob = propter	prodimur ob iram unius [rivalis] atque longe disiungimur [ab] Italis
in scepra = in imperium, in potestatem	oris. [Est] hic honos pietatis? Sic reponis nos in scepra?"
olli = illi (dat.) / vultu (ablat.)	Sator hominum atque deorum, subridens olli vultu quo serenat caelum tempestatesque, libavit oscula natae; dehinc, talia fatur:
parce metu = noli timere immota = non mutata Lavini: genit.	"Parce metu, Cytherea: fata tuorum manent tibi immota; cernes urbem et promissa moenia Lavini, atque feres magnanimum Aenean
fabor (dep.) = dicam/ hic geret	sublimem ad sidera caeli; neque sententia vertit <260> me. Hic (fabor enim [tibi], quando haec cura remordet te, et, longius volvens,
quando = quia longius: longius ad tempus	movebo [tibi] arcana fatorum) geret tibi ingens bellum [in] Italia,
contundet = pulsabit, vincet	atque contundet populos feroces, atque ponet mores et moenia viris,
terna = tria	dum tertia aestas viderit [eum] regnantem [in] Lacio ternaque
Rutulius subactis = postquam Rutuli victi sunt	hiberna transierint Rutulis subactis. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo additur –Ilus erat dum res Ilii stetit [in] regno–,
explebit = conficiet / orbis (= annos)	explebit, volvendis mensibus, triginta magnos orbis [in] imperio atque transferet regnum a sede Lavini <270> et muniet Albam Longam
hic regnabitur = hic locus (Alba Longa) regnabitur / sub = a gravis = gravida	multa vi. Hic regnabitur iam ter centum totos annos sub gente Hectorea, donec Ilii, regina sacerdos, [a] Marte gravis, dabit [in]
lupae nutricis = lupae quae eum nutrivit	partu geminam prolem. Inde, laetus [sub] fulvo tegmine lupae
excipiet = capiet sub suam potestatem	nutricis, Romulus excipiet gentem

Mavortia moenia = moenia Martis	et condet Mavortia moenia, atque de suo nomine dicet [eos] "Romanos."
nec metas ... = nec metas loci nec temporis quin = contra	Ego pono his nec metas rerum nec tempora, dedi [eis] imperium sine fine. Quin, aspera luno, quae nunc fatigat <280> mare terrasque caelumque metu, referet [sua] consilia in melius, mecumque fovebit Romanos, dominos rerum atque togatam gentem: sic placitum [est mihi]. Lustris labentibus, veniet aetas cum domus Assaraci premet Phthiam clarasque Mycenae servitio, ac dominabitur [in] victis Argis.
metu = propter metum referet = mutabit / fovebit = curabit sic ... = sic mihi placet	Nascetur Caesar Troianus [e] pulchra origine, qui terminet [suum] imperium [in] oceano, [suam] famam [in] astris, Iulius, nomen demissum a magno Iulo. Tu, secunda, accipies olim hunc, spoliis Orientis onustum, [in] caelo; hic quoque vocabitur votis. <290> Tum, positus bellis, aspera saecula mitescent; cana Fides et Vesta, Quirinus cum fratre Remo, dabunt iura; dirae portae Belli claudentur ferro et compagibus artis; intus, Furor impius, sedens super saeva arma et vinctus post tergum centum aenis nodis, horridus fremet ore cruento."
lustrum = quinque anni	
dominor, -ari	
qui ... = cuius imperium usque ad oceanum pateat	
demissum = depromptum	
onustum = gravatum hic vocabitur votis = homines vocabunt hunc votis (ut deum)	
iura = leges	
compages, -is = compago, -inis	
vinctus (≠ victus) < vincio, -ire vinctus post tergum = manibus post tergum vinctis	
genitum = filium	
nescia = inscia	
arceret = repelleret	
adstitit oris = pervenit ad oras	Haec ait, et ab alto demittit genitum [e] Maia, ut terrae utque novae arces Karthaginis pateant Teucris [in] hospitio, ne Dido, nescia fati, arceret [eos] [a] finibus. Volat ille per magnum <300> aera remigio alarum, ac citus adstitit oris Lybiae.

ponunt = deponunt

accipit = optat

vovens = putans

quas: interrogat.

accesserit = pervenerit

qui: interrogat.

inculta = sine cultu agriculturalum

exacta = visa, visas res

occulit = occultat

clausam = opertam

sese tulit obvia = apparuit

habitum = vestes

praevertitur (dep.) = antecedit

fuga: ablat. / namque = nam

de more = ut fieri solet

fluentes sinus: acc. pl. / nodo: ablat.

monstrate = dicite

(ali)quam / pharetra: ablat.

lyncis: genit.

prementem = persequentem

quam memorem te? = quo modo
debeo vocare te?

Et iam facit iussa, atque Poeni, volente deo, ponunt ferocia corda; in primis, regina accipit quietum animum mentemque benignam in Teucros.

At pius Aeneas, volvens plurima per noctem, ut primum alma lux data est, constituit exire locosque novos explorare, [ad] quas costas accesserit vento, quaerere qui teneant [eas], hominesne feraene, nam videt [loca] [esse] inculta, atque referre exacta sociis. In convexo nemorum, sub rupe cavata, <310> occulit classem, clausam arboribus atque horrentibus umbris circum. Ipse graditur comitatus [ab] uno, Achate, crispans manu bina hastilia lato ferro. Cui mater sese tulit obvia [in] media silva, gerens os habitumque virginis et arma virginis Spartanae, vel qualis Threissa Harpalyce fatigat equos atque praevertitur volucrem Hebrum fuga. Namque suspenderat habilem arcum [ex] umeris de more, [ut] venatrix, dederatque ventis diffundere comam, nuda genu atque collecta fluentis <320> sinus nodo.

Ac prior "Heus" inquit, "iuvenes, monstrate [mihi] si forte vidistis quam mearum sororum hic errantem, succinctam pharetra et tegmine maculosae lyncis, aut clamore prementem cursum spumantis apri." Sic Venus [dixit], et sic filius Veneris, contra, orsus [est]: "Nulla tuarum sororum audita [est] neque visa [est] mihi. O, quam memorem te, virgo?"

namque = nam
sonat hominem = sonat humanam

leves, doceas: subiunct. desiderii

quo, quibus: interrogat.

huc = ad hunc locum

hostia cadet = sacrificia faciet

dignor me = puto me dignam esse

gestare = gerere / suras = crura

fines sunt Libyci = terra pertinet ad
Libycos

regit [hoc] imperium

sequar = dicam
summa fastigia = principalia facta

ditissimus ... = qui inter Phoenices
plurimos agros habebat

iugarat (< iugo, -ere) = iugaverat
primis ominibus = primis nuptiis

securus ... = non sollicitus de amore
quem germana sentiebat
superat = necat

factum = crimen / lusit = decepit

vana spe: Dido putabat Sychaeum
adhuc vivere

Namque voltus tibi haud mortalis [est] nec vox sonat hominem. O, dea certe [es], an soror Phoebi? An una sanguinis nympharum? Sis felix, atque, quaecumque [sis], leves nostrum laborem <330> et doceas tandem sub quo caelo, in quibus oris orbis iactemur. Ignari hominumque locorumque erramus, huc acti vento et vastis fluctibus.

Nostra dextra [manus] tibi multa hostia cadet ante aras."

Tum Venus: "Haud equidem dignor me tali honore; virginibus Tyriis mos est gestare pharetram atque alte vincere suras purpureo cothurno. Vides Punica regna, Tyrios et urbem Agenoris; sed fines [sunt] Libyci, genus intractabile bello. Dido, profecta <340> [a] Tyria urbe fugiens germanum, regit imperium. Longa [dicendi] est iniuria, longae [dicendi] [sunt] ambages, sed sequar summa fastigia rerum.

Coniunx huius, ditissimus agri Phoenicum, et dilectus magno amore miserae [Didonis], erat Sychaeus, cui pater dederat [eam] intactam atque iugarat [eam] primis ominibus. Sed germanus Pygmalion habebat regna Tyri, immanior scelere ante omnes alios. Inter quos furor venit medius. Ille, impius atque caecus amore auri, securus amorum <350> germanae, clam superat ferro Sychaeum, incautum, ante aras, atque diu celavit factum, et malus, multa simulans, lusit aegram amantem vana spe. Sed in somnis venit ipsa imago inhumati coniugis, attollens ora, pallida miris modis;

nudavit = monstravit, patefecit

domus: genit.

celerare = premere

excedere = exire

recludit = effodit

auxilium viae (= itineris): appositio

quibus erat metus = qui sentiebant
metum

naves

pelago = per pelagus

dux facti = dux fugae / devenerunt

mercati sunt (< mercor) = emerunt

quantum solum = tantum solum

quantum / ("Byrsa" est nomen soli
quod emerunt)

quo = ad quem locum

repetens = incipiens

pergam = narrabo

vacet = tempus est / annales

antea / componat diem = faceret
finem diei

auris / Libycis oris = ad Lybicas oras

fama (ablat.) = propter famam

aethera: Graecus acc.

nudavit aras crudeles atque pectora, ferro traiecta, atque retexit
omne caecum scelus [illius] domus.

Tum suadet [sorori] celerare fugam atque excedere [e] patria, atque
[e] tellure recludit veteres thesauros, auxilium viae, ignotum pondus
argenti et auri. His [rebus] commota, Dido parabat <360> fugam
sociosque: [ei] quibus erat aut odium crudele tyranni aut metus acer
conveniunt; corripiunt navis quae forte paratae [erant] atque onerant
[eas] auro. Opes avari Pygmalionis portantur pelago, femina [fit] dux
facti. Devenere [ad hos] locos, ubi nunc cernis ingentia moenia
surgentemque arcem novae Karthaginis, mercatique [sunt] quantum
solum possent circumdare tergo taurino, "Byrsam" [vocatam] de
nomine [huius] facti. Sed tandem qui [estis] vos, aut a quibus oris
venistis, quove tenetis iter?"

Ille, <370> suspirans atque trahens vocem ab imo pectore, [respondit]
[ei] quaerenti talibus [verbis]: "O dea, si, repetens ab origine, pergam
prima [facta] et vacet [tibi] audire annalis nostrorum laborum, Vesper
ante componat diem, clauso Olympo. Forte tempestas sua [sponte]
adpulit nos, vectos per diversa aequora, [a] Troia antiqua, si forte
nomen Troiae iit per vestras auris, Libycis oris. Sum pius Aeneas, qui
[in] classe veho mecum Penates ex hoste raptos; fama notus [sum]
super aethera.

bis denis = XX

conscendo aequor = navigo per
aequor
convolsae = pulsatae

egens = nihil habens

Nec Venus, passa = Et Venus, non
passa
quisquis = quiscumque / invisus =
odiosus / carpis = aspiras
vitales

perfer te = i / namque = nam

redux, -ucis = qui revenit
versis aquilonibus = aquilonibus
ventis retro afflantibus / ni = nisi
docuerunt
bis senos = XII / laetantes

ales = avis (avis Iovis est aquila)

despectare = de alto loco spectare

cinxerunt / dederunt

pubes tuorum = tui iuvenes

gressum = passum
qua = per quem locum / via: nom.

e vertice = e capite

spiraverunt

incessus, -us = modus ambulandi

Quaero Italiam, patriam [meam], et genus ab Iove summo. <380> Bis denis navibus conscendi Phrygium aequor, secutus data fata, matre mea viam monstrante; vix septem [naves] supersunt, convolsae undis Euroque. Ipse ignotus, egens, peragro deserta Libyae, pulsus [ex] Europa atque Asia."

Nec Venus, passa [eum] plura quaerentem, [in] medio dolore [eius] sic interfata est: "Quisquis es, haud invisus caelestibus, credo, carpis auras vitalis, [tu] qui adveneris [ad] Tyriam urbem. Perge modo, atque hinc perfer te ad limina reginae, namque [ego] tibi nuntio socios reduces [esse] classemque relatam <390> [esse] et, versis aquilonibus, in tutum actam [esse], ni [mei] parentes vani docuere [me] augurium frustra. Aspice [hos] bis senos cycnos laetantis [in] agmine, quos ales Iovis, lapsa [ex] aethera plaga, [in] aperto caelo turbabat; nunc videntur [in] longo ordine aut capere terras aut despectare [terras] iam captas: ut illi, reduces, ludunt stridentibus alis et cinxere polum [in] coetu atque dedere cantus, haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum aut [iam] tenet portum aut subit ostia pleno velo. <400> Perge modo et dirige gressum qua via ducit te." Dixit, et avertens refulsit rosea cervice, atque [e] vertice comae spiravere divinum odorem ambrosiae, vestes defluxit ad imos pedes, et incessu patuit [ut] vera dea.

ubi = cum

quid = cur / ludis = irrides

datur [mihi] / [meam] dextram
[tuae] dextrae
reddere = dicere

gressum (sing. pro pl.) = passum

saepsit = texit / fudit ... = fudit mag-
num amictum nebulae
(ali)quis

contingere = tangere / moliri = effi-
cere ut morarentur (dep.)
(ad) Paphum

illi: dat. / calent = calidae sunt
halant = odorem iactant

corripuerunt / qua = per quem
locum / semita: nom.
qui plurimus imminet urbi = a cuius
alta cuspide tota urbs inspicere
potest

magalia = minimas domus

ducere = ducebant

tecto: dat. / sulco: ablat.

magistratus: acc. pl.
hic = in hoc loco
portus: acc. pl.

excidunt = excipiunt, extrahunt
immanes/ futuris scaenis = futuro
theatro

Ille, ubi matrem adgnovit, tali voce secutus est [eam] fugientem:

"Quid totiens, tu quoque, crudelis, ludis [tuum] natum falsis
imaginibus? Cur non datur iungere dextram dextrae ac audire et
reddere veras voces?"

Talibus incusat [eam], atque tendit <410> gressum ad moenia. At Venus
saepsit [eos] gradientes obscuro aere, et dea circum [eos] fudit multo
amictu nebulae, ne quis posset eos cernere neu quis [posset] [eos]
contingere molirive moram, aut poscere causas veniendi. Ipsa,
sublimis, abit Paphum atque, laeta, revisit sedes suas, ubi templum
[est] illi centumque arae calent Sabaeo ture atque halant recentibus
sertis.

Interea [illi] corripuere viam qua semita monstrat. Iamque
ascendebant collem qui plurimus imminet urbi atque desuper
adspectat adversas arces. <420> Aeneas miratur molem, quondam
magalia, miratur portas strepitumque et strata viarum. Instant
ardentes Tyrii: pars ducere muros molirique arcem et subvolvere saxa
manibus, pars optare locum tecto et concludere [eum] sulco. Legunt
iura atque magistratus sanctumque senatum. Alii hic effodiunt
portus, alii hic locant alta fundamenta theatri atque [e] rupibus
excidunt immanis columnas, alta decora futuris scaenis.

labor exercet apes = apes laborant	Qualis labor exercet apes per florea rura <430> sub sole nova aestate,
fetus: acc. pl. / stipant = cumulant	cum educunt fetus adultos [suae] gentis, aut cum stipant liquentia
distendunt = implent	mella et distendunt cellas dulci nectare, aut accipiunt onera [aliarum]
arcent fucos = expellunt falsas apes ignavum = segne, pigrum redolent = olent / thymo: ablat.	venientium, aut, agmine facto, arcent fucos, ignavom pecus, a praesepibus; opus fervet atque fragantia mella redolent thymo. "O
suspicit = observat	fortunati, moenia quorum iam surgunt!" Aeneas ait, et suspicit
fastigia = tecta / saeptus = opertus infert se = it cernitur = videtur	fastigia urbis. Saeptus nebula, mirabile dictu, infert se per medios [viros] miscetque [se] viris neque cernitur ulli. <440>
quo = ad quem	Lucus fuit in urbe media, laetissimus umbra, quo primum iactati undis
effoderunt	et turbine Poeni effodere [ex hoc] loco signum quod regia luno monstrarat [eis]: caput acris equi, nam [dixit] sic [eos] fore per
victu < victus, -us (= cibus, -i)	saecula gentem egregiam [in] bello et facilem victu. Hic Sidonia Dido
templum ... cui cui surgebant = quod habebat aereus (< aes, aeris) ≠ aerius (< aer, aeris)	condebat ingens templum, opulentum donis et numine divae, cui surgebant aerea limina [in] gradibus atque tranes nexae aere, [atque]
aenus = aeneus	cardo stridebat aenis foribus. In hoc luco primum nova res [oculis
hic = in hoc loco	Aeneae] oblata leniit timorem <450> [eius], hic primum Aeneas ausus [est] sperare salutem, et melius confidere [de] adflictis rebus.
opperior, -iri ≠ operio, -ire	Namque dum lustrat singula sub ingenti templo, opperiens reginam,
artificum < artifex, -icis	dum miratur quae fortuna sit urbi atque manus artificum inter se
ex ordine = in ordine super parietibus pictas vulgata: acc. pl. n. / fama: ablat.	[laborantium] atque laborem operum, videt Iliacas pugnas ex ordine bellaque iam volgata per totum orbem fama,

ambobus: dat.	Atridas Priamumque et Achillem, saevum ambobus.
constitit = immotus mansit	Constitit, et lacrimans "Quis iam locus," inquit, "Achate, quae regio in
Etiam hic sunt ... = Etiam hic laus (= haec fama) habet sua praemia	terris non [est] plena nostri laboris? <460> En Priamus. Etiam hic sunt sua praemia laudi; [etiam hic] sunt lacrimae rerum [mortalium], et
mortalia ... = mortalia infortunia efficiunt ut tristes fiamus	mortalia tangunt mentem. Solve metus, haec fama feret tibi aliquam salutem."
pascit = alit / inani = sine vita multa: plur. pro sing. vultum / namque = nam uti = ut = quo modo Pergama: plur. pro sing.	Sic ait, atque pascit animum pictura inani, multa gemens, largoque flumine [lacrimarum] umectat voltum, namque videbat hac uti Graii, bellantes circum Pergama, fugerent, [cum] premeret Troiana
hac = hic, in hoc loco instaret = premeret niveis velis = quae habebant niveas velas prodita = sine tutela relicta	iuventus; [videbat] hac Phrygies, [cum] cristatus Achilles instaret curru. Nec procul hinc adgnoscat, lacrimans, tentoria Rhesi niveis velis quae, prodita primo somno, <470> cruentus Tydides vastabat multa
ardentes / prius quam = ante quam	caede atque avertit in castra ardentis equos, prius quam gustassent
pabulum = cibus equis	pabula Troiae atque bibissent Xanthum. [In] alia parte fugiens Troilus,
impar: nullo modo talem vim habens qualem Achilles inani = vacuo, sine auriga	amissis armis, infelix puer atque impar congressus Achilli, fertur equis, atque resupinus haeret [in] inani curru, tenens tamen lora;
huic (dat.): huius (genit.)	cervixque comaeque huic trahuntur per terram, et hasta versa
Iliades: fem. pl.	inscribitur [in] pulvis. Interea Iliades, crinibus passis, ibant ad
aequae: genit. sing.	templum Palladis non aequae atque suppliciter ferebant <480>
pectora: acc. pl. / palmis = manibus	peplum, tristes et tunsae pectora palmis. Diva, aversa, tenebat oculos fixos [in] solo.

Hectora: Graecus acc.

auro [a Priamo oblato]

currus: acc. pl.

inermes manus: acc. pl.

adgnovit = agnovit

Amazonidum: gen. pl.

subnecto + acc. + dat.

exsertae mammae: dat. sing.

concurrere = pugnare

Dardanio Aeneae: dat. agentis

obtutus, -us = visio, -onis

pulcherrima: nom. / forma: ablat.

stipante = comitante

glomerantur = cumulantur

iuga = cuspides

omnes

pertemptant = temptant

se ferebat = ibat, se monstrabat

insto + dat. = incumbo + dat.

testudine = formice / saepta = cir-

cumdata / armis = custodibus

subnixa solio = sedens super solio

iustis = aequalibus

Achilles ter raptaverat Hectora circum Iliacos muros atque vendebat exanimum corpus auro.

Tum vero dat ingentem gemitum ab imo pectore, ut conspexit spolia, ut currus, ut corpus ipsum amici atque Priamum inermis manus tendentem. Quoque adgnovit se, permixtum [in] principibus Achivis, Eoasque acies et arma nigri Memnonis. Penthesilea, furens, ducit agmina Amazonidum lunatis peltis, <490> atque ardet in mediis milibus, bellatrix, subnectens aurea cingula exsertae mammae, atque, virgo, audet concurrere viris.

Dum haec miranda Dardanio Aeneae videntur, dum [Aeneas] stupet atque haeret defixus in uno obtutu, regina Dido, pulcherrima forma, incessit ad templum, magna caterva iuvenum stipante. Qualis Diana, quam secutae mille Oreades glomerantur hinc atque hinc, exercet choros in ripis Eurotae aut per iuga Cynthi; illa fert pharetram <500> [in] umero, gradiensque supereminet omnis deas; gaudia pertemptant tacitum pectus Latonae: talis erat Dido, talem se ferebat, laeta, per medios, instans operi regnisque futuris. Tum resedit [in] foribus divae, [in] media testudine templi, saepta armis atque alte subnixa solio.

Dabat iura legesque viris, atque aequabat laborem operum partibus iustis aut trahebat [laborem] sorte,

magno concursu = cum magna multitudi-
tine / Anthea: Graecus acc.

aequore = per aequor
penitus = omnino
percussus = attonitus

incognita res = incognitus status
rerum
amicti = operti, celati

quid = qua de causa

clamore = clamantes

copia fandi = licentia loquendi

placido pectore = placida voce

iustitia: ablat.

gentes

ignes / parco + dat.

propius < prope

Penates

animo nostro, victis: dat.
Grai = Graeci
potens ubere glebae = fertilis

minores = posterius, prognati

hic ... = ad hunc locum conabamur
pervenire
e fluctu = ex undis

cum subito Aeneas videt accedere magno concursu Anthea Segestumque fortemque Cloanthum <510> Teucrorumque alios quos ater turbo dispulerat aequore penitusque avexerat [ad] alias oras. Obstipuit simul ipse, simul percussus Achates, laetitiaque metuque; avidi, ardebant coniungere dextras, sed incognita res turbat animos. Dissimulant et, nube cava amicti, speculantur quae [sit] fortuna [illis] viris, [in] quo litore linqunt classem, quid veniant, nam lecti [e] cunctis navibus ibant orantes veniam, et clamore petebant templum. Postquam introgressi [sunt] et copia coram fandi <520> data [est], Ilioneus, maximus [aetate], placido pectore sic coepit:

"O regina, cui Iuppiter dedit condere novam urbem atque iustitia frenare superbas gentis; [nos,] miseri Troes, vecti [per] omnia maria ventis, te oramus: prohibe infandos ignis a navibus, parce pio generi et propius aspice res nostras. Nos non venimus aut populare Libycos Penatis ferro aut vertere raptas praedas ad litora; non ea vis [est] animo [nostro], nec tanta superbia [est] victis. Est locus, Grai dicunt <530> cognomine "Hesperiam," terra antiqua, potens armis atque ubere glebae; viri Oenotri coluerunt [eam]; nunc fama [fert] minores [eorum] dixisse [illam] gentem "Italiam," de nomine ducis. Hic fuit cursus [nobis], cum subito nimbosus Orion, adsurgens [e] fluctu, tulit [nos] in caeca vada atque procacibus austris dispulit [nos],

vestris oris = ad vestras oras

permittit = sinit

prima terra = ora

temno = contemno / at = saltem
spero = colo, veneror

quo: ablat. comparationis
pietate: ablat. respectus
aura aetheria: ablat.

occubat = dormit

paeniteat / priorem = primam
in officio ad eum = ad eum adiuvandum

liceat nobis = sine nos

quassatam = pulsatam, deletam
e silvis = ligno e tuis silvis capto

sin = sed si
(nunc Ilioneus loquitur Aeneae)
Teucrorum

Sicania = Sicilia

[petamus] regem Acesten

cuncti = omnes

fremebant ore = probabant ea quae
dixit / vultum: acc. respectus
vultum demissa = inspiciens infra

superante salo, penitus perque undas perque invia saxa. Pauci adnavimus huc vestris oris. Quod [est] hoc genus hominum? Quaeve patria tam barbara permittit hunc morem? Prohibemur [ab] hospitio harenae, <540> cient bella, atque vetant [nos] consistere [in] prima terra. Si temnitis genus humanum et mortalia arma, at sperate deos, memores fandi atque nefandi.

Rex nobis erat Aeneas, quo nec iustior nec maior pietate [in] bello et armis fuit alter. Quem virum si fata servant, si vescitur aura aetheria neque adhuc occubat [in] crudelibus umbris, non [sit] metus [tibi], nec poeniteat te priorem certasse [in] officio [ad eum]. Sunt [nobis] [in] Siculis regionibus et urbes armaque atque clarus Acestes, <550> a Troiano sanguine [natus]. Liceat [nobis] subducere classem, ventis quassatam, et aptare trabes [e] silvis et stringere remos, ut laeti petamus Italiam Latiumque, si [nobis] datur tendere [iter ad] Italiam, sociis et rege recepto; sin salus absumpta [est] [a nobis] et, pater optime Teucrum, pontus Libyae habet te nec iam restat spes luli, at saltem petamus freta Sicaniae atque paratas sedes, unde huc advecti [sumus], regemque Acesten."

Talibus [dictis] [locutus est] Ilioneus; cuncti Dardanidae <560> simul fremebant ore. Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur: "Solvite metum [a] corde, Teucri, secludite curas.

res dura = periculosum discrimen
fines
custode (sing. pro plu.) = custodibus

obtusa = ignara / nec Sol ... = nec
tam procul habitamus
seu ... sive ... = sive ... sive ... / fines

opibus = divitiis / vultis
considerare = manere
subducite naves = pellite naves ex
aqua in harenam
Tros = Troianus / agetur = habebitur

adforet = adesset / certos homines =
homines quibus confido
lustrare = revisere

(ali)quibus

animum: acc. respectus

erumpere nubem = exire e nube
prior = primus

tuta (esse), receptos (esse)

respodent ... = sunt talia qualia tua
mater praedixit
scindit se = dividit se, rumpit se

aethera: Graecus acc.
restitit = mansit
os umerosque: acc. respectus

decoram caesariem = decoros
capillos / iuventae = iuventutis

Res dura et novitas regni cogunt me moliri talia et late tueri finis
custode. Quis nesciat genus Aeneadum, quis [nesciat] urbem Troiae,
virtutesque virosque, aut incendia tanti belli? Poeni non gestamus
pectora adeo obtusa nec Sol iungit equos tam aversus ab urbe Tyria.
Seu vos optatis magnam Hesperiam Saturniaque arva sive finis Erycis
regemque Acesten, <570> dimittam [vos] tutos auxilio [meo] atque
iuvabo [vos] [meis] opibus. Et voltis pariter mecum considerare [in]
meis regnis? Quam urbem statuo vestra est; subducite navis, mihi
Tros Tyriusque agetur nullo discrimine. Atque utinam rex ipse Aeneas
adforet, compulsus eodem Noto! Equidem dimittam per litora certos
[homines] et iubebo [eos] lustrare extrema Libyae, si, eiectus, errat
[in] quibus silvis aut urbibus."

Et fortis Achates et pater Aeneas, arrecti animum his dictis,
iamdudum ardebant erumpere nubem. <580> Prior Achates compellat
Aenean: "Nate [e] dea, quae sententia surgit nunc [in tuo] animo?
Vides omnia tuta, classem sociosque receptos. Unus abest, quem ipsi
vidimus in medio fluctu submersum; cetera respondent dictis [tuae]
matris." Vix ea fatus erat, cum repente circumfusa nubes scindit se et
purgat [se] in apertum aethera. Aeneas restitit atque refulsit in clara
luce, similis deo os umerosque, namque ipsa genetrix adflarat nato
decoram caesariem lumenque purpureum iuventae <590>

laetos honores = pulchram venustatem / manus: nom. pl.
 ebori: dat. / Parius lapis: lapis pulcherrima ex insula quae Paros vocatur

ereptus = servatus

sola miserata = tu sola miserata es tu quae socias (= iungis) nos tua urbe

non est nostrae opis = non possumus
 grates = gratias
 quicquid ... ubique = Dardanius quicumque, ubicumque sit

(ali)qua / (ali)quid

quae saecula = quod tempus

tulerunt = viderunt te natum genuerunt
 in freta = ad mare
 convexa = curvas partes
 polus = caelum

quaecumque

Ilionea: Graecus acc.

post = postea

primo... deinde... / aspectu = propter aspectum / tanto casu = propter tot casus (acc. pl.)

applicat te his oris = mittit te ad has oras

et laetos honores [in] oculis, decus quale manus [artificis] addunt ebori, aut ubi argentum Pariusve lapis circumdatur flavo auro.

Tum sic adloquitur reginam atque, repente improvisus, ait cunctis:

"Coram adsum quem quaeritis, Troius Aeneas, ereptus ab undis Libycis. O sola miserata infandos labores Troiae, [tu] quae nos, reliquias Danaum, exhaustos iam omnibus casibus terraeque marisque, egenos omnium, socias [tua] urbe, domo; non est nostrae opis, Dido, persolvere [tibi] dignas <600> grates, nec [potest] quicquid gentis Dardaniae est ubique, quae sparsa [est] per magnum orbem. Di tibi, si qua numina respectant pios, si usquam iustitia est quid et [si usquam] mens [est] sibi conscia recti, ferant praemia digna. Quae tam laeta saecula tulerunt te? Qui tanti parentes genuere [te] talem? Dum fluvii current in freta, dum umbrae lustrabunt convexa [in] montibus, dum polus pascet sidera, semper honos nomenque tuum laudesque manebunt, quae cumque terrae me vocant."

Sic fatus, petit amicum <610> Ilionea dextra [manu], atque Serestum laeva, post [petit] alios, fortemque Gyan fortemque Cloanthum. Sidonia Dido obstipuit primo aspectu, deinde tanto casu [huius] viri, et sic ore locuta est: "Quis casus, nate dea, insequitur te per tanta pericula? Quae vis applicat [te] [his] immanibus oris? Tune [es] ille Aeneas,

ad undam = prope undam	quem alma Venus genuit Dardanio Anchisae ad undam Phrygii
Simois: nomen fluminis	Simoentis? Atque equidem memini Teucrum, expulsus [e] patriis
(ad) Sidona: Graecus acc. auxilio = utens auxilio	finibus, venire Sidona, petentem <620> nova regna auxilio Beli; tum
in dicione = in sua potestate casus = fatum ipse = meus pater, Belus	[meus] genitor Belus vastabat opimam Cyprum, et victor tenebat
ferebat Teucros = loquebatur de Teucris / ortum = natum	[eam] [in] dicione. Iam ex illo tempore casus urbis Troianae mihi
succedo tecto = in eo sub tectum similis [vestrae fortunae] ignara = inscia / disco = scio, didici	cognitus [erat] nomenque tuum regesque Pelasgi. Ipse, [quamquam]
succurro + dat. = adiuvo + acc.	hostis [erat], ferebat Teucros insigni laude, atque volebat se ortum
indicit honorem = iubet honores fieri	[esse] ab antiqua stirpe Teucrorum. Quare agite, o iuvenes, succedite
divom = deorum / nec minus = plu- res quam suum (gen. pl.) < sus, suis / pingues	nostris tectis; quoque similis fortuna voluit me, per multos labores
regalis, -e = regius, -a, -um mediis tectis = media domo ingens argentum = multum argenti	iactatam, consistere demum [in] hac terra. Non ignara mali disco <630>
fortia facta = mira gesta caelata ≠ celata ducta = facta	succurrere miseris."
consistere mentem = oblivisci, de aliquo non putare	Sic memorat; simul ducit Aenean in regia tecta, simul indicit honorem
	[in] templis divom. Nec minus viginti tauros interea mittit ad litora
	sociis, centum horrentia terga magnorum suum, centum pinguis
	agnos cum matribus, munera laetitiamque diei. At splendida domus
	interior instruitur regali luxu, atque parant convivia [in] mediis tectis:
	[videntur] [in] mensis vestes laboratae arte ostroque superbo, ingens
	argentum atque fortia facta patrum caelata in auro, <640> series
	longissima rerum ducta per tot viros ab antiqua origine gentis.
	Aeneas –neque enim patrius amor passus [est] consistere mentem–
	praemittit rapidum Achaten ad naves:

ferat, ducat : Aeneas iubet eum
ferre, ducere

pallam rigentem

velamen circumtextum
ornatus: acc. pl.
(e) Mycenis

Pergama = Troiam
inconcessos = non licitos
Ilione: nom. sing. fem.

bacatus = qui margaritas habet
collo: dat.
celerans haec = haec iussa cito
ferens

faciem et ora: acc. respectus

implicit = ponat

quippe = quia / bilingues

recursat = revenit
adfatur = loquitur

temnis = despicias

Typhoius, -a, -um = Typhoei (Typhoeus gigas erat) / tua numina = tuum auxilium

ut iactetur = quod iactatur
pelago = per pelagus

moratur (dep.) eum = efficit ut
maneant

ferat haec Ascanio, atque ducat ipsum ad moenia; omnis cura cari parentis stat in Ascanio.

Praterea iubet ferre munera [ex] Iliacis ruinis erepta: pallam signis auroque rigentem et velamen croceo acantho circumtextum, ornatus Argivae Helenae, quos illa Mycenis <650> extulerat cum peteret Pergama inconcessosque hymenaeos, mirabile donum matris Leda; praeterea sceptrum quod olim gesserat Ilione, maxima natarum Priami, atque monile bacatum collo et duplicem coronam gemmis auroque [ornatam]. Celerans haec, ita Achates tendebat ad naves.

At Cytherea versat novas artes, nova consilia [in] pectore, ut Cupido, faciem et ora mutatus, veniat pro dulci Ascanio atque incendat furentem reginam donis atque implicitet ignem <660> [in] ossibus [reginae], quippe timet ambiguam domum Tyriosque bilinguis; atrox Iuno urit [eam] et, sub noctem, cura recursat [ad eam]. Ergo adfatur aligerum Amorem his dictis:

"Nate, meae vires, mea magna potentia, nate, qui solus temnis Typhoia tela summi patris, ad te confugio et supplex posco tua numina. Ut tuus frater Aeneas pelago circum omnia litora iactetur [ab] odiis iniquae Iunonis, [haec sunt] nota tibi, et saepe doluisti nostro dolore. Phoenissa Dido tenet hunc atque moratur <670> [eum] blandis vocibus,

quo = ad quid, ad quem locum

cardine = discrimine
 quocirca = hac de causa
 flamma: ablat. / (ali)quo numine =
 propter (ali)quod numen
 accipe ... = vide quid in mente
 habeam / qua: interrogat.

accitu = iussu

restantia = servata
 recondam = celabo
 (ali)qua

falle: imperat.

vultus: acc. pl. / ut inspires, ut fallas

regales

amplexus: acc. pl.

fallas = decipias

incedit gressu Iuli = imitatur (dep.)
 modum ambulandi Iuli

fotum < foveo

amaracus: nomen herbae
 complectitur (dep.) = amplectitur

parens < pareo (≠ parens, -entis)
 dicto = iusso
 composuit se = posuit se

sponda = lecto / aulaeum = stragulum /
 mediam = in medio loco

et vereor quo Iunonia hospitia se vertant: [Iuno] haud cessabit [in] tanto cardine rerum. Quocirca meditor ante capere reginam dolis et cingere [eam] flamma, ne mutet se quo numine, sed mecum teneatur magno amore Aeneae. Nunc accipe nostram mentem, qua [via] possis id facere. Regius puer, mea maxima cura, parat ire ad urbem Sidoniam accitu cari genitoris, ferens dona [e] pelago et [e] flammis Troiae restantia. Ego recondam hunc, somno sopitum, super alta Cythera <680> aut super sacrata sede Idalium, ne possit qua [via] scire dolos occurrereve medius. Tu non amplius [quam] unam noctem falle dolo faciem illius, et [tu], puer, indue notos voltus pueri ut, cum laetissima Dido te accipiet [in] gremio inter mensas regalis laticemque Lyaeum, cum dabit amplexus atque figet dulcia oscula, inspires [in eam] occultum ignem fallasque [eam] veneno."

Amor paret dictis carae genetricis et exiit alas et, gaudens, incedit gressu Iuli. <690> At Venus inrigat Ascanio placidam quietem per membra et dea tollit [eum], [in] gremio fotum, in altos lucos Idaliae, ubi mollis amaracus, adspirans, complectitur illum floribus et dulci umbra.

lamque ibat Cupido, parens dicto, et portabat regia dona Tyriis, laetus, duce Achate. Cum venit, regina iam composuit se [in] aurea sponda superbis aulaeis atque locavit [se] mediam.

discumbitur (impers. pass.) = iacent
 lymphas = aquam
 expediunt Cererem = distribuunt
 panem
 intus ↔ extra

penus, -i m./f. / Penates

totidem = quoque quinquaginta
 pares = aequales
 Nec non et = Et quoque
 : convenerunt laeti per limina
 discumbere = iacere

flagrantes vultus (acc. pl.)

simulata verba: quia simulabat
 esse lulum / acantho: nomen
 plantae / pesti = pernicii
 nequit = non potest
 expleri = satiare / movetur [in corde]

ille = puer Cupido / ubi = postquam

haeret ei = amplectitur (dep.) eum

quantus deus = quam potens deus
 insidat ei = sedeat super ea
 abolere Sychaeum = delere memo-
 riam de Sychaeo
 vivo amore = amore alicuius vivi
 resides < reses, -idis ↔ accensus
 desuetus ↔ assuetus

crateras: acc. pl. (< crater, -eris m.)
 coronant vina = coronant (= implent)
 crateras vino

Iam pater Aeneas et iam Troiana iuventus conveniunt atque
 discumbitur super strato ostro. <700> Famuli dant lymphas manibus
 atque expediunt Cererem [e] canistris atque ferunt mantelia tonsis
 villis. Intus quinquaginta famulae [sunt], quibus cura [est] struere
 longam penum ordine et adolere Penatis flammis; [sunt quoque]
 aliae centum totidemque ministri, aetate pares, qui onerent mensas
 dapibus et ponant pocula. Nec non et Tyrii frequentes convenere per
 laeta limina, iussi discumbere [in] pictis toris.

Mirantur dona Aeneae, mirantur lulum atque flagrantis vultus dei
 simulataque verba, <710> pallamque et velamen croceo acantho
 pictum. Praecipue infelix Phoenissa, devota futurae pesti, nequit
 expleri mentem ardescitque tuendo, et movetur pariter [a] puero
 donisque. Ille, ubi pependit [a] complexu colloque Aeneae et implevit
 magnum amorem falsi genitoris, petit reginam. Haec oculis, haec
 pectore toto haeret [ei] et interdum fovet [eum] [in] gremio, Dido,
 inscia quantus deus insidat [ei] miserae. At ille, memor matris
 Acidaliae, incipit paulatim abolere Sychaeum, <720> et temptat
 praevertere vivo amore animos [reginae], iam pridem resides,
 desuetaque corda.

Postquam prima quies epulis [facta est] mensaeque remotae [sunt],
 statuunt magnos crateras et coronant vina.

volutant vocem = magna voce loquuntur
 lychni = lampades, lucernae
 funalia = faces, taedae
 Hic = Tunc

gravem = oneratam, ornatam

silentia: plur. pro sing.

velis: subiunct. desiderii

minores = posteros
 adsit: subiunct. desiderii
 coetum = conventum, concilium

laticum < latex, -icis

summo ore tenuis = usque ad summum os
 proluit se pleno auro = bibit totum vinum ex aurea patera
 post = postea

personat = facit sonitum
 cithara aurata: ablat.

pluvias = pluviosas

quid = qua de causa
 tinguere = submergere
 quae ... = qua de causa noctes tam longae sint (tardus = lentus)
 ingeminant = duplicant / Nec non et = Et quoque
 trahebat = agebat

super = de

Fit strepitus [in] tectis, atque [omnes] volutant vocem per ampla atria; incensi lychni dependent [ab] aureis laquearibus et funalia vincunt noctem flammis. Hic regina poposcit implevitque mero [vino] pateram gemmis auroque gravem quam Belus et omnes a Bello [nati] soliti [erant] [implere]. Tum silentia facta [sunt] [in] tectis: <730> "Iuppiter, nam loquuntur te dare iura hospitibus: velis hunc diem esse laetum Tyriisque atque [eis] [e] Troia profectis, nostrosque minores meminisse huius [diei]. Adsit Bacchus, dator laetitiae, et bona luno; et vos, o Tyrii, celebrate coetum faventes."

Dixit, et libavit in mensam honorem laticum, primaque, libato [vino], attigit [pateram] summo ore tenuis; tum dedit [eam] Bitiae, increpitans [eum]; ille impiger hausit spumantem pateram et proluit se pleno auro; post, alii proceres. Crinitus lopas, <740> quem maximus Atlas docuit, personat cithara aurata. Hic canit errantem lunam atque labores solis, [canit] unde [veniant] genus hominum et pecudes, unde imber et ignes; [canit] Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones; [canit] quid soles hiberni tantum properent tinguere se [in] Oceano, vel quae mora obstet tardis noctibus. Tyrii ingeminant plausu Troesque sequuntur [plaudentes]. Nec non et infelix Dido trahebat noctem vario sermone, atque bibebat longum amorem, rogitans multa <750> super Priamo, multa super Hectore;

Diomedis: genit. / quantus = quam
magnus, quam fortis

a prima origine = ab initio

Danaum: genit. pl. / casus: acc. pl.
septima aestas = septimus annus
terris ... = per omnes terras et
fluctus (acc. pl.)

[rogitans] nunc quibus armis venisset filius Aurorae, nunc quales
[essent] equi Diomedis, nunc quantus [esset] Achilles.

"Immo age, hospes, et dic nobis a prima origine" inquit "insidias
Danaum casusque tuorum erroresque tuos; nam iam septima aestas
portat te errantem omnibus terris et fluctibus."

LIBER II

conticuerunt
intenti tenebant ora = magna cum
cura audiebant
(Haec longissima citatio hoc << signo
incipiens finem habebit illo >>
signo ad finem Libri Tertii)
ut = quo modo

temperet sibi a lacrimis? = posset
lacrimas vitare?
praecipitat = cadit

amor = desiderium

casus: acc. pl. / supremum = ulti-
mum
luctu = dolore, aegritudine

Danaum: genit. pl.

labentibus = progredientibus

Omnes conticuere, intentique tenebant ora. Inde pater Aeneas ab
alto toro sic orsus [est]: <<Regina, iubes renovare infandum dolorem,
ut Danaï eruerint Troianas opes et lamentabile regnum, atque
miserrima quae ipse vidi et quorum fui pars magna. Quis miles
Myrmidonum Dolopumve aut duri Ulixi, fando talia, temperet [sibi] a
lacrimis? Et iam nox humida [e] caelo praecipitat atque cadentia
sidera suadent somnos. Sed si tantus amor [tibi est] cognoscere
nostros <10> casus et breviter audire supremum laborem Troiae,
quamquam [meus] animus horret meminisse atque refugit [a] luctu,
incipiam.

Fracti bello atque repulsi [a] fatis, ductores Danaum, iam tot annis
labentibus,

instar montis = similem monti	aedificant equum instar montis divina arte Palladis atque intexunt
secta abiete: secto ligno (abies, -etis f.: genus arboris) caeco lateri = in interiorem partem	costas secta abiete; simulant [hoc esse] votum pro reditu; ea fama vagatur. Sortiti, includunt huc furtim delecta corpora virum caeco
ingentes armato milite = armatis militibus notissima: nomin. / fama: ablat.	lateri penitusque complent <20> ingentis cavernas uterumque armato milite. Est in conspectu [Troiae] Tenedos, insula notissima fama, dives
manebant = florebant	opum dum regna Priami manebant, nunc tantum sinus et statio male
carinis = navibus	fida carinis: huc provecti, condunt se in deserto litore; nos rati [sumus] [eos] abiisse et vento petiisse Mycenae.
solvit = liberavit / iuvat = placet	Ergo omnis Teucra solvit se [a] longo luctu, portae panduntur, iuvat
hic = in hoc loco	ire et videre Dorica castra desertosque locos litusque relictum: hic
tendebat = habebat tentoria	[tendebat] manus Dolopum, hic tendebat saevus Achilles, hic locus
exitialis = qui exitium (mortem) fert	[erat] classibus, hic solebant <30> certare [in] acie. Pars stupet exitiale donum innuptae Minervae et mirantur molem equi, atque
duci: pass. infinit.	Thymoetes primus hortatur [equum] duci intra muros et locari [in]
ferebant = iubebant	arce, sive dolo seu [quia] iam fata Troiae sic ferebant. At Capys et [ei]
melior erat menti = sapientior erat pelago = in pelagus Danaum: genit. pl. subiectis = subter positus terebrare = perfodere	quorum sententia melior [erat] menti iubent praecipitare pelago insidias Danaum suspectaque dona, atque urere [haec] subiectis flammis, aut terebrare et temptare cavas latebras uteri. Vulgus
studia = consilia / omnes	scinditur incertum in contraria studia. Primus ibi ante omnis, magna
comitante = stipante	caterva <40> comitante, Laocoon ardens decurrit a summa arce, et
procul ↔ prope	procul [dicit]:

hostes / avectos esse = abiisse

(careo + ablat.) / sic ... ? = Nonne novistis Ulixem?

in = contra

urbi desuper = super urbem

ne credite (+ dat.) = nolite credere

quidquid = quodcumque / et = quodque / ferentes

contorsit < contorqueo / alvus, -i f.

recuso < recutio

insonuerunt / dederunt / deorum

laeva = adversa / foedare = perfodere

latebra: locus ubi homines se occultant

manus (acc. pl.): acc. respectus

strueret = pararet

hoc ipsum = dolum

fidens animi = fidem habens suo animo

versare dolos = fallere

occumbere morti = ire ad mortem

studio = desiderio

Danaorum / omnes

ab uno ... = a dolo unius Graeci

hominis, disce omnes Graecos

"O miseri, quae [est] tanta insania, cives? Creditis hostis avectos [esse]? Aut putatis ulla dona Danaum carere dolis? Sic notus [est] [a nobis] Ulixes? Aut Achivi occultantur inclusi [in] hoc ligno, aut haec machina fabricata est in nostros muros, inspectura domos venturaque urbi desuper, aut aliquis error latet; ne credite equo, Teucris; quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis." Sic fatus, contorsit validis viribus ingentem hastam <50> in latus inque alvum feri, curvam compagibus; illa stetit tremens, atque, recusso utero, cavae cavernae insonuere atque dedere gemitum. Et si fata deum, si mens non fuisset laeva, [Laocoon] impulerat [nos] foedare Argolicas latebras ferro, Troiaque nunc staret, atque [tu], arx Priami, alta maneres.

Ecce interea pastores Dardanidae magno clamore ad regem trahebant iuvenem, manus post terga revinctum, qui ultro obtulerat se, ignotum, [eis] venientibus, ut strueret hoc ipsum atque aperiret Troiam Achivis, <60> fidens animi atque paratus in utrumque: seu versare dolos seu occumbere certae morti. Undique Troiana iuventus ruit circumfusa studio [eius] visendi certantque inludere capto. Accipe nunc insidias Danaum et, ab uno crimine, disce omnis. Namque ut constitit turbatus, inermis, in medio conspectu atque circumspexit oculis Phrygia agmina,

tellus = terra / aequora = maria

usquam = in ullo loco
super = insuper / infensi = hostiles
quo = hoc

fari = dicere

cretus = natus
quid novi = quas novas res

formidine = timore

quodcumque = quidquid

Nec ... finget (fut.) = Et ... non finget
fingo, -ere = facio, -ere

aures

insontem = sine culpa

demiserunt / neci = morti
infando = falso
lumine cassum = lumine orbium,
mortuum
in arma = ad bellum

incolumis = tutus, fortis

vigebat = vigorem habebat
et nos gessimus = quoque nos
obtinuimus / concessit ... = reliquit
lucem, mortuus est
invidia (ablat.) = propter invidiam
trahebam = gerebam

"Heu, quae tellus nunc," inquit, "quae aequora possunt accipere me? Aut quid denique restat <70> iam mihi misero, cui neque apud Danaos usquam locus [est] et, super, ipsi Dardanidae, infensi, poscunt [a me] poenas cum sanguine?" Quo gemitu animi [nostri] conversi [sunt] et omnis impetus [in eum] compressus [est]. Hortamur [eum] fari [nobis] quo sanguine cretus [sit] quidve [novi] ferat, [hortamur] memoret quae fiducia sit [ei] capto.

Ille, deposita tandem formidine, haec fatur: "Tibi equidem, rex, fatebor cuncta vera, quodcumque fuerit," inquit, "neque negabo me [esse] de Argolica gente. Hoc primum. Nec, si Fortuna finxit Sinonem miserum, finget <80> etiam, improba [illa], [eum] vanum mendacemque. Si forte, fando, pervenit ad tuas aures nomen et gloria, incluta fama, Belidae Palamedis, quem, insontem, Pelasgi demisere neci sub falsa prodicione, infando indicio, quia vetabat bella –nunc lugent [eum] lumine cassum–, pater [meus], [quia] pauper [erat], a primis annis misit me huc in arma [ut] comitem illi et [ut] propinquum consanguinitate [illi]. Dum stabat incolumis [in] regno atque vigebat [in] conciliis regum, et nos gessimus aliquod nomenque decusque. Postquam [is] concessit ab oris superis invidia pellacis Ulixi <90> (loquor haud ignota), [ego] adflictus trahebam vitam in tenebris luctuque et mecum indignabar casum insontis amici.

promisi me futurum esse ultorem
(ali)qua
remeassem = redivissem

odia [contra me]
prima labes = initium

in vulgum = inter homines

quid = cur

quid = cur
si habetis ... = si putatis omnes
Achivos aequales esse
sat = satis
sumite poenas = necate me
Ithacus: Ulixes
mercentur (dep.) = emant

scitari = scire

ficto pectore = mendacia dicens

cupiverunt / moliri = parare

discedere ↔ appropinquare

interclusit = impedivit a fuga
euntes

toto aethere = per totum aethera
scitatum (supinum) = ad scitandum,
ad rogandum

caesa = necata

reditus: nom. pl. / lito = sacrificio

anima Argolica: ablat. sing.

Nec tacui, demens, et promisi me, si qua fors tulisset [mihi] [tempus],
si umquam victor remeassem ad patrios Argos, [futurum esse]
ultorem, et verbis [meis] movi aspera odia. Hinc [venit] mihi prima
labes mali, hinc semper Ulixes terrere [me] criminibus novis, hinc
spargere in vulgum voces ambiguas et conscius quaerere arma. Nec
requievit enim, donec Calchante ministro... <100> sed quid ego autem
nequiquam revolvo haec ingrata, quidve moror? Si habetis omnes
Achivos [in] uno ordine atque audire id [nomen] sat est [vobis],
iamdudum sumite poenas: hoc Ithacus velit et Atridae mercentur
magno [pretio]."

Tum vero ardemus scitari et quaerere causas, ignari tantorum
scelerum artisque Pelasgae. Pavitans, prosequitur et fatur ficto
pectore: "Saepe Danaei cupiere moliri fugam, Troia relicta, et fessi
discedere [a] longo bello. Atque utinam fecissent! Saepe aspera
hiems ponti <110> interclusit illos et Auster terruit [eos] euntis.
Praecipue cum iam hic equus, acernis trabibus contextus, staret,
nimbi sonuerunt toto aethere. Suspensi, mittimus Eurypilum scitatum
oracula Phoebi, isque [ex] adytis reportat haec tristia dicta: 'Placastis
ventos sanguine et caesa virgine, Danaei, cum primum venistis ad oras
Iliacas; [nunc] reditus quaerendi [sunt] sanguine, atque litandum [est]
anima Argolica.'

aurēs / obstipuerunt

parent < paro, -are (≠ pareo, -ere)

Calchanta: Graecus acc.

flagitat = quaerit / divum = deorum

bis quinos = decem

tectus: loqui vitans

opponere morti = mittere ad mortem / actus = coactus

arae (dat.) = ad mortem

adsenserunt / tulerunt

exitium = ruinam

salsae fruges: aliquid quo utebantur in sacrificiis

tempora = caput / eripui me = fugi

obscurus = invisus / delitui = occultavi me

dulces / et = quoque

repositas poenas = punient

quod = propter hoc

(ali)qua

miserere: imperat.

ferentis = patientis

non digna = ea quae non mereor

damus vitam = parcemus ei

Quae vox ut venit ad auris vulgi, animi obstipuerunt gelidusque tremor cucurrit <120> per ima ossa: [quaerebant] cui fata parent [hoc], quem poscat Apollo. Hic Ithacus magno tumultu protrahit vatem Calchanta in medios [homines]; flagitat quae sint ea numina divum, et multi iam canebant mihi crudele scelus artificis, et, taciti, videbant ventura. Ille silet bis quinos dies, tectusque recusat prodere quemquam voce sua aut opponere [quemquam] morti. Vix tandem, actus magnis clamoribus Ithaci, [ex] composito rumpit vocem et destinat me arae. Omnes adsensere et, [ea] quae quisque timebat <130> sibi, tulere conversa in exitium unius miseri.

Iamque dies infanda aderat; sacra et salsae fruges et vittae circum tempora parari mihi; eripui me [a] leto, fateor, et rupi vincula, atque, obscurus, delitui per noctem in ulva [in] limoso lacu dum darent vela, si forte dedissent. Nec mihi iam est spes ulla videndi patriam antiquam nec dulcis natos exoptatumque parentem, quos illi fors et repositas poenas ob nostra effugia et piabunt <140> hanc [nostram] culpam morte miserorum. Quod te oro, per superos et numina conscia veri, per [fidem], si qua est intemerata fides quae adhuc usquam restet mortalibus: miserere laborum tantorum, miserere animi ferentis non digna."

His lacrimis damus vitam [ei] et miserescimus ultro.

arta = compressa / levari = detrahi

quisquis = quicumque

hinc = ab hoc tempore

edissere (imperat.) < edissero, -ere

quo = ad quem consilium, cur

statuerunt

sustulit < tollo / exutas = liberatas

testor (dep.) vos = facio vos testes

deorum

fas sit mihi = desidero posse

ferre sub auras: aperire, monstrare

(ali)qua

nec = iam non

feram < fero, ferre

Danaum: genit. pl.

stetit ... = accepit auxilium Palladis

ex quo = e tempore ubi

avellerunt

caesis = necatis / corripuerunt

contingere = tangere

Danaum: gen. pl.

fluere (hist. infinit.) = decrescere

mens: auxilium

Nec ... = Et Tritonia dedit ea signa

monstris (signis) non dubiis

simulacrum: equum

Ipse Priamus primus iubet manicas atque arta vincla levari viro, dictisque amicis ita fatur: "Quisquis es, obliviscere iam hinc amissos Graios; noster eris, atque edissere vera mihi, haec roganti: quo statuere hanc molem equi immanis? Quis auctor? <150> Quidve petunt? Quae religio [est hoc]? Aut quae machina belli?" Dixerat. Ille, instructus dolis et arte Pelasga, sustulit ad sidera palmas exutas [e] vinclis: "Testor vos, aeterni ignes, et vestrum non violabile numen," ait, "vos, arae ensesque nefandi quos fugi, vittaeque deum quas gessi [ut] hostia. Fas [sit] mihi resolvere sacrata iura Graiorum, fas [sit] odisse viros atque ferre omnia sub auras, si tegunt qua: nec teneor legibus ullis patriae. Tu modo maneat [in] promissis atque, servata Troia, serves <160> fidem si feram vera [tibi], si rependam magna [tibi].

Omnis spes Danaum et fiducia coepti belli semper stetit [in] auxiliis Palladis; sed enim ex quo impius Tydides atque Ulixes, inventor scelerum, aggressi avellere fatale Palladium [e] sacrato templo, caesis custodibus summae arcis, corripuere sacram effigiem atque ausi [sunt] contingere [suis] cruentis manibus virgineas vittas divae, ex illo [tempore] spes Danaum fluere ac, retro sublapsa, referri; vires fractae [sunt], mens <170> deae aversa [est] [ab eis].

Nec dubiis monstris Tritonia dedit ea signa. Vix positum [est] simulacrum [in] castris,

coruscae = fulgentes / arserunt

artus: acc. pl. / emicuit = surrexit

parmam = parvum scutum
aequora ... = necesse esse fugire
fuga: ablat. sing. / ni = nisi

(in) Argis / avexerunt

pelago = per pelagus / petiverunt

pelago remenso = postquam per
pelagus iterum huc navigaverint

statuerunt

piaret = expiaret / nefas = crimen

educere caelo = altissimam facere
caelo = ad caelum
recipi: pass. infinit.
portis = per portas
dona Minervae = equum ligneum

exitium = caedes

sin = sed si

manibus vestris = vobis trahentibus

ea fata: plur. pro sing.

periurus = mendax, qui false iurat

coactis = fictis, falsis

domuerunt = vicerunt

coruscae flammae arsere [in] luminibus arrectis, salsusque sudor iit per artus, terque ipsa emicuit [a] solo, mirabile dictu, ferens parmamque hastamque trementem. Extemplo Calchas canit aequora temptanda [esse] fuga, nec Pergama posse excindi Argolicis telis ni repetant omina Argis atque reducant numen quod secum avexere pelago et [in] curvis carinis. Et nunc, quod petiere patrias Mycenae <180> vento [secundo], parant arma deosque [ut] comites atque, pelago remenso, improvisi aderunt; ita Calchas digerit omina.

Moniti [a sacerdote], statuere pro Palladio, pro laeso numine, hanc effigiem quae piaret triste nefas. Calchas tamen iussit attollere hanc immensam molem textis roboribus atque educere caelo, ne posset recipi portis [vestris] aut duci in moenia neu tueri populum [vestrum] sub antiqua religione, nam [dixit] si vestra manus violasset dona Minervae tum magnum exitium –quod omen di prius convertant in ipsum!– <190> futurum [esse] imperio Priami Phrygibusque; sin [equus] ascendisset in vestram urbem manibus vestris, Asiam ultro venturam [esse] magno bello ad moenia Pelopea, et ea fata manere [ad] nostros nepotes."

Talibus insidiis atque arte periuri Sinonis res credita [est], atque capti [sumus] dolis lacrimisque coactis, [nos] quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles, non decem anni, non mille carinae domuere.

hic = tunc / tremendum = timendum
obicitur = monstratur

sollemnes

orbibus = curvatis corporibus

incumbunt pelago = eunt per
pelagus
fluctus: acc. pl.

pars [corporis] / pone = a tergo
legit pontum = progreditur per
pontum

tenebant arva = pervenerant ad arva
ardentes

Laocoonta: Graecus acc.
certo agmine = directe

artus: acc. pl. / post = postea

auxilio = ad adiuvandum

spiris = circulis
circum dati = postquam circumde-
derunt / superant capite = capita
anguium altiora apparent quam
Laocoon / tendit = conatur (dep.)
perfusus = maculatus
vittas: acc. respectus

incertam securim = securim quae
eum ferit sed non necat
lapsu = labentes

Hic aliud maius [portentum] atque multo tremendum obicitur miseris [Troianis] atque turbat <200> improvida pectora. Laocoon, sorte ductus sacerdos Neptuno, mactabat ad sollemnis aras ingentem taurum. Ecce autem gemini angues immensis orbibus per tranquilla alta [maria] incumbunt pelago a Tenedo –horresco referens– pariterque tendunt ad litora; quorum pectora inter fluctus arrecta sanguineaeque iubae superant undas, cetera pars pone legit pontum sinuatque immensa terga volumine. Fit sonitus [in] spumante salo. lamque tenebant arva atque, suffecti ardentis oculos sanguine et igni, <210> lambebant sibila ora vibrantibus linguis. [Nos,] exsanguis visu, diffugimus. Illi petunt Laocoonta certo agmine, et primum uterque serpens, amplexus, implicat parva corpora duorum natorum et depascitur morsu miseros artus; post, corripiunt ipsum [sacerdotem], auxilio subeuntem ac tela ferentem, atque ligant [eum] ingentibus spiris, et iam amplexi bis medium [corpus], circum dati bis squamea terga collo, superant capite et altis cervicibus. Ille simul manibus tendit divellere nodos, <220> perfusus vittas sanie atroque veneno, simul tollit clamores horrendos ad sidera, qualis mugitus cum saucius taurus fugit aram et excussit [e] cervice incertam securim. At gemini dracones effugiunt ad summa delubra lapsu atque petunt arcem saevae Tritonidis, atque teguntur sub pedibus deae atque sub orbe clipei.

insinuat = apparet	Tum vero novus pavor insinuat cunctis per tremefacta pectora, et
ferunt = dicunt / robur = lignum	ferunt Laocoonta merentem expendisse scelus, qui laeserit robur
intorserit < intorqueo tergo = ad tergum numina: plur pro sing.	<230> cuspide [hastae] et intorserit sceleratam hastam tergo [equi].
oranda = invocanda	Conclamant simulacrum ducendum [esse] ad sedes atque numina divae oranda [esse].
accingunt operi = incipiunt laborare	Dividimus muros et pandimus moenia urbis; omnes accingunt operi
lapsus: acc. pl.	atque subiciunt lapsus rotarum [sub] pedibus et intendunt stuppea
collo (dat.) = in collo / feta = plena	vincula collo; fatalis machina, armis feta, scandit muros; circum, pueri
inlabitur (dep.)... = pervenit usque ad mediam urbem divum = deorum	innuptaeque puellae canunt sacra atque gaudent contingere funem manu; illa subit atque, minans, inlabitur mediae urbi. <240> O patria, o
dederunt	lIium, domus divum, et moenia Dardanidum, incluta bello! Quater substitit in ipso limine portae atque quater arma dedere sonitum [in]
instamus = pergimus trahentes equo immemores = nihil praevidentes sistimus = ponimus	utero; instamus tamen, immemores caecique furore, et sistimus infelix monstrum [in] sacrata arce. Tunc etiam Cassandra, iussu dei
fatis futuris = ut futura fata monstraret delubra deum = templa deorum festa (ablat.) = festiva	non umquam credita [a] Teucris, aperit ora fatis futuris. Nos, miseri, quibus ille dies ultimus esset, per urbem velamus delubra deum festa fronde. Interea, caelum vertitur et nox <250> ruit [ab] Oceano,
umbra magna: ablat.	involvens terramque polumque Myrmidonumque dolos umbra
conticuerunt = silentes manserunt	magna; Teucris, fusi per moenia, conticuerunt; sopor complectitur
artus: acc. pl.	fessos artus, et iam a Tenedo Argiva phalanx ibat instructis navibus per amica silentia tacitae lunae,

regia puppis = prima navis (qua dux
vehitur) / extulerat = monstraverat
deum = deorum / laxat = liberat

ad auras = extra

promunt = iactant / lapsi = descen-
dentes

fabricator doli = qui dolum de ligneo
equo fabricaverat
omnes

conscia agmina: agmina quae
sciebant quid faciendum esset

quo = ubi

dono divum = propter donum
deorum
fletus (acc. pl.) = lacrimas

bigis [Achillis]

tumentes / lora: ablat.

ignes / iaculatus < iaculor (dep.) =
iacio
puppibus = ad naves / Danaorum
crines

compellare = vocare

expromere = dicere

Teucrum: gen. pl. / tenuerunt

exspectate: vocat.

petens nota litora, cum regia puppis extulerat flammas atque Sinon,
defensus iniquis fatibus deum, furtim laxat Danaos, [in] utero inclusos,
et pinea claustra. Equus, patefactus, reddit illos ad auras, atque, laeti,
duces promunt <260> se [e] cavo robore, lapsi per demissum funem:
Thessandrus Sthenelusque et dirus Ulixes, Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon et Menelaus et ipse
Epeos, fabricator doli. Invadunt urbem, somno vinoque sepultam;
vigiles cadentur, portisque patentibus accipiunt omnis socios atque
iungunt conscia agmina.

Tempus erat quo prima quies incipit aegris mortalibus et gratissima
serpit, dono divum; ecce, in somnis ante [meos] oculos maestissimus
Hector <270> visus [est] adesse mihi atque effundere largos fletus, ut
quondam, raptatus bigis aterque cruento pulvere atque traiectus per
tumentis pedes lora. Ei mihi, qualis erat! Quantum mutatus ab illo
Hectore qui redit indutus exuvias Achilli vel iaculatus Phrygios ignis
puppibus Danaum, [nunc] gerens squalentem barbam et crinis,
sanguine concretos, vulneraque illa quae, plurima, accepit circum
muros patrios! Ipse videbar, ultro flens, compellare virum et
expromere maestas voces: <280> "O lux Dardaniae, o fidissima spes
Teucrum, quae tantae morae tenere [te]? A quibus oris venis,
exspectate Hector?"

ut = quo modo (admir.)
 funera = mortes
 foedavit = maculavit

vultus (acc. pl.): plur. pro sing.

vana = vanas quaestiones

gemitus: acc. pl.

hostis: sing. pro plur.

sat = satis / Pergama: plur. pro sing.

Penates

fatorum: plur. pro sing.

e penetralibus adytis = ex interiore
 templi

diverso luctu = luctu multorum
 hominum
 recessit secreta = erat in remoto
 loco
 sonitus: acc. pl.

supero ... ascensu = ascendo ad
 summum tectum / asto = sto

sternit = inundat

laeta sata = laetos agros
 boum: gen. pl.
 fides = veritas

Danaum: genit. pl.

Ut [nos], defessi, aspiciamus te, post multa funera tuorum, post varios labores hominumque urbisque! Quae causa indigna foedavit [tuos] serenos vultus? Aut cur cerno haec vulnera?"

Ille nihil [dixit], nec moratur me vana quaerentem, sed graviter ducens gemitus de imo pectore "Heu fuge, nate dea," ait, "atque eripe te [ex] his flammis; hostis habet muros, Troia <290> ruit ab alto culmine; sat datum [est] [a nobis] patriae Priamoque. Si Pergama possent defendi [nostra] dextra [manu], etiam defensa fuissent hac [mea manu]. Troia commendat tibi sacra suosque Penatis: cape hos, comites fatorum, quaere his [Penatibus] magna moenia quae, pererrato ponto, denique statues." Sic ait, et [e] penetralibus adytis effert manibus vittas Vestamque potentem aeternumque ignem.

Interea moenia miscentur diverso luctu et, quamquam domus Anchisae parentis [mei] recessit <300> secreta arboribusque oblecta, sonitus magis atque magis clarescunt atque horror armorum ingruit. Excutor [e] somno et supero fastigia summi tecti ascensu atque asto arrectis auribus; veluti cum flamma incidit in segetem, furentibus Austris, aut rapidus torrens sternit agros montano flumine, sternit laeta sata atque labores boum atque, praecipitis, trahit silvas; pastor, inscius, stupet accipiens sonitum de alto vertice saxi. Tum vero fides manifesta [est] atque insidiae Danaum patescunt.

dedit ruinam = cecidit
 Volcano = igne
 Ucalegon: domus Ucalegonis
 igni: ablat.
 virorum / nec ... : et nescio quid
 facere debeam

bello (dat.) = ad bellum

succurrit = iuvat

Achivom = Graecorum

sacra: acc. pl. n.

tendit = venit / cursu = currens

in quo loco = in quo statu, quo modo
 prendimus = tenemus
 gemitu = gemens / summa = ultima

dardaniae: dat.

omnia = potentiam, imperium
 (ad) Argos
 dominantur < dominor (dep.)

fundit = expulit

miscet = effundit, efficit

venerunt / (a) magnis Mycenis
 obsederunt
 acies ferri = acies armata ferreis
 armis
 parata neci = parata ad necandum

divom = deorum / feror in = eo ad

Iam ampla domus Deiphobi dedit ruinam, <310> Volcano superante;
 iam proximus ardet Ucalegon; lata freta Sigea relucent igni; exoritur
 clamorque virum clangorque tubarum; amens, capio arma, nec sat
 rationis [est mihi] in armis, sed animi [mei] ardent glomerare manum
 bello et concurrere in arcem cum sociis; furor iraque praecipitant
 mentem, atque succurrit pulchrum [esse] mori in armis.

Ecce autem Panthus, elapsus [e] telis Achivom, Panthus Othryades,
 sacerdos arcis Phoebique: ipse trahit manu sacra victosque deos
 parvumque nepotem <320> atque amens tendit ad [mea] limina cursu.

"[In] quo loco summa res [est], Panthu? Quam arcem prendimus?"
 Vix fatus eram ea cum talia reddit gemitu: "Venit summa dies et
 ineluctabile tempus Dardaniae; fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
 gloria Teucrorum; ferus Iuppiter transtulit omnia Argos; Danai
 dominantur in urbe incensa. Arduus equus, adstans in mediis
 moenibus, fundit armatos [homines] victorque Sinon, insultans,
 miscet incendia; alii adsunt <330> portis bipatientibus, [tot] milia quot
 umquam venere magnis Mycenis; alii, oppositi, obsedere telis
 angusta viarum; acies ferri, corusco mucrone stricta, stat parata neci
 [nobis]; vix primi vigiles portarum temptant proelia et resistunt [in]
 caeco Marte."

Talibus dictis Othryadae et numine divom feror in flammis

aethera: Graecus acc.

oblati ... = postquam viam ad me
invenerunt per lucem lunae

adglomerant = accumulunt

incensus = motus

ut gener = conans gener Priami fieri

praecepta = consilia
furentis = a deis incitatae

in proelia = ad pugnam
super = insuper
cupido sequi = cupido sequendi

quae sit fortuna rebus = quo modo
res se habeant
quibus = propter quos / excesserunt

in media arma = pugnantes
moriatur, ruatur: iussivum sub-
iunct.

ceu = idem ac

improba rabies ventri = extrema
fames
siccis [cibi] = esurientibus / hostes

tenemus ... = progredimur ad me-
diam urbem
fando = loquendo

aequare = narrare labores sic ut
lacrimae fiant tam tristes quam
labores ipsos
dominata < dominor (dep.) = impero

et in arma, [illuc] quo tristis Erinys, quo fremitus et clamor ad aethera
sublatus vocat [me]. Rhipeus et Epytus, maximus armis, oblatis per
lunam, addunt se [mihi] [ut] socios, Hypanisque Dymasque, <340> et
adglomerant [se] lateri nostro, iuvenisque Coroebus Mygdonides: illis
diebus forte ad Troiam venerat, incensus insano amore Cassandrae,
et [ut] gener ferebat auxilium Priamo Phrygibusque; infelix, qui non
audierit praecepta furentis sponsae!

Quos ubi vidi confertos ardere in proelia, super incipio his [verbis]:
"Iuvenes, pectora frustra fortissima, si vobis [est] certa cupido sequi
[me] audentem extrema, videtis <350> quae sit fortuna rebus: adytis
arisque relictis, omnes di quibus hoc imperium steterat excessere;
succurritis urbi incensae. Moriamur et ruamus in media arma! Una
salus [est] victis: sperare nullam salutem."

Sic furor [meus] additus [est] animis iuvenum. Inde, ceu lupi raptores
in atra nebula quos improba rabies ventri exegit caecos, catulique
relicti exspectant faucibus siccis, vadimus per tela, per hostis, in haud
dubiam mortem atque tenemus iter mediae urbis; nox atra
circumvolat cava umbra. <360> Quis fando explicet cladem illius noctis,
quis [explicet] funera aut possit aequare labores lacrimis? Urbs
antiqua, dominata per multos annos, ruit; passim plurima corpora
sternuntur, inertia,

<p>Nec soli ... : Et non solum Teucri moriuntur dant ... = moriuntur / quondam = aliquando praecordia = pectora / victis: dat. pl.</p>	<p>perque vias perque domos et [per] religiosa limina deorum. Nec soli Teucri dant poenas sanguine: quondam etiam virtus redit in praecordia victis victoresque Danai cadunt. Ubique [est] crudelis luctus, ubique [est] pavor et plurima imago mortis.</p>
<p>Danaorum / offert ... = apparet ante nos socia agmina: Graecos segnities = ignavia, pigritia rapiunt = capiunt praedam ferunt sibi incensa Pergama = capiunt praedam ex incensa urbe itis = pervenitis delapsus esse = venisse / hostes</p>	<p>Androgeos, primus Danaum, offert se nobis, magna caterva <370> comitante, inscius credens [nos esse] socia agmina, atque ultro compellat verbis amicis: "Festinate, viri! Nam quae segnities tam sera moratur [vos]? Alii rapiunt feruntque [sibi] incensa Pergama. Vos nunc primum a celsis navibus itis?" Dixit, et extemplo –neque enim responsa dabantur satis fida– sensit delapsus [esse] in medios hostis. Obstipuit retroque repressit pedem cum voce. Veluti qui, nitens humi, [in] aspris sentibus pressit improvisum anguem trepidusque refugit <380> [eum] iras attollentem et colla tumentem, haud secus Androgeos, visu tremefactus, abibat [a nobis]; inruimus et circumfundimur densis armis, atque sternimus [eos], ignaros loci et captos formidine: Fortuna adspirat primo labori.</p>
<p>repressit ... = stetit et tacuit nitens humi = ambulans sentis, -is: genus plantae iras attollentem = iratum visu = postquam vidit nos</p>	<p>Atque hic, Coroebus, exultans successu animisque, "O socii," inquit, "sequamur qua Fortuna prima monstrat iter salutis atque qua ostendit se dextra; mutemus clipeos atque aptemus nobis insignias Danaum; dolus an virtus, quis requirat <390> in hoste? Ipsi [Graeci] dabunt [nobis] arma."</p>
<p>Fortuna ... = Fortuna iuvat nos in hoc primo labore qua = per quem locum Fortuna prima: nom. sing. dextra (nom. sing.) = propitia</p>	
<p>Danaorum / dolus ... = quis requirat dolum an virtutem in hoste?</p>	

accomodat ... = ponit Argivum ensem iuxta latus suum	Deinde sic fatus induitur comantem galeam Androgei atque insigne decorum clipei, atque accomodat Argivum ensem lateri. Rhipeus [facit] hoc, ipse Dymas [facit] hoc omnisque iuventus facit [hoc] laeta,
haud numine nostro = deis non propitiis nobis	quisque armat se recentibus spoliis. Vadimus immixti Danais haud numine nostro atque, per caecam noctem congressi, conserimus
Danaorum / Orco = ad mortem	multa proelia, demittimus multos Danaum Orco: alii diffugiunt ad
naves / curso = currentes	navis et petunt fida litora curso; pars, turpi <400> formidine, rursus
alvus, -i (f.)	scandunt ingentem equum et conduntur in nota alvo.
fas est quemquam fidere nihil = fas est neminem fidere quidquam invitis = non propitiis	Heu, fas [est] quemquam fidere nihil, invitis divis! Ecce, Priameia virgo Cassandra, passis crinibus, trahebatur a templo adytisque
ardentia lumina = ardentis oculos	Minervae, tendens frustra ardentia lumina ad caelum, nam vincula
hanc speciem = hunc visum non tulit = pati non potuit	arcebant teneras palmas. Coroebus, furiata mente, non tulit hanc speciem et iniecit sese in medium agmen periturus; cuncti
telis iactatis	consequimur et incurrimus densis armis. Hic primum obruimur telis
delubri = templi	<410> nostrorum, ex alto culmine delubri [iactatis], oriturque
facie = propter speciem	miserrima caedes facie armorum et errore Graiarum iubarum; tum
gemitu = dolore / ira: ablat. ereptae virginis: quia nos virginem eripimus / Dolopum: genit. pl.	Danai, gemitu atque ira ereptae virginis, undique collecti invadunt: acerrimus Ajax et gemini Atridae atque omnis exercitus Dolopum.
ceu = idem ac	Ceu quondam venti, rupto turbine, confligunt adversi, Zephyrusque
Eous, -a, -um = ab Oriente perve- niens	Notusque et Eurus, laetus Eois equis; silvae stridunt atque spumeus
saevit = irascitur (dep.)	Nereus saevit tridenti atque ciet aequora [ex] imo fundo.

(ali)quos

signant ora = audiunt nostram
linguam aliam esse
obruimur = superamur
procumbit = cadit
et = quoque

aequi = iustitiae

Panthu: vocat. / textit = servavit
Iliaci cineres et extrema flamma:
vocat.

ullas vices = quidcumque esset
meruisse cadere = cecidisse
Danaorum

divellimur = abimus

aevo = propter aetatem
tardus = lentus
hic = in hoc loco / ceu nusquam =
idem ac si in nullo alio loco
bella: plur. pro sing.
forent = essent
ruentes / testudine = ariete

[cernimus] limen
haerent = ponuntur
postes / nituntur (dep.) gradibus =
ascendunt per gradus scalarum
obiciunt = opponunt
prensant fastigia = capiunt primam
partem tectorum / turris: acc. pl.

Etiam apparent illi, si per umbram, <420> obscura nocte, fudimus quos insidiis atque agitavimus tota urbe; primi agnoscunt clipeos mentitaque tela atque signant ora, sono discordia. Ilicet obruimur numero, primusque Coroebus procumbit ad aram divae armipotentis dextra [manu] Peneleij; cadit et Rhipeus, qui unus iustissimus fuit in Teucris et servantissimus aequi –dis [hoc] aliter visum [est]–; pereunt Hypanisque Dymasque, confixi a sociis; nec tua plurima pietas, Panthu, nec infula Apollinis textit <430> te labentem. Iliaci cineres et extrema flamma meorum, testor [me] in occasu vestro vitavisse nec tela nec ullas vices et, si fata fuissent ut caderem, [me] meruisse [cadere] manu Danaum.

Inde divellimur, Iphitus et Pelias mecum (quorum Iphitus iam gravior aevo, et Pelias tardus vulnere Ulixi), protinus vocati clamore ad sedes Priami. Hic vero [cernimus] ingentem pugnam, ceu nusquam cetera bella forent, [ce]u nulli morerentur in tota urbe: sic cernimus Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis <440> atque, acta testudine, limen obsessum. Scalae haerent parietibus atque [hostes] sub ipsos postis nituntur gradibus atque, protecti, sinistris [manibus] obiciunt clipeos ad tela, dextris [manibus] prensant fastigia. Dardanidae, contra, convellunt turris ac tota culmina domorum; quando cernunt ultima, parant defendere se his telis, iam in extrema morte,

devolvunt = iactant desuper

mucronibus = gladiis

has: imas fores

succurrere tectis = servare tecta

levare auxilio = adiuvare

caecae fores = celata ianua

pervius usus tectorum = via quae

domos iungebat

postes relictis = ianua cuius omnes

obliti erant

avo = ad avum

adgressi = impetum facientes

qua = per quem locum / labantes

in praecipiti = in vacuo spatio

eductam = aedificatam

Danaorum

lapsa = cadens

Danaorum / subeunt = perveniunt

cessat [cadens super nos]

exsultat = gaudens clamat

coruscus = fulgens / aena: ablat.

coluber = anguis

pastus = postquam edit

positis exuviis = vetusta pelle

remota / iuventa: ablat.

convolvit = agitat

arduus = se tollens

atque devolvunt aratas trabes, alta decora veterum parentum; alii, strictis mucronibus, obsedere imas fores, [atque] servant has denso <450> agmine. Animi instaurati [sunt] succurrere tectis regis atque levare viros auxilio atque addere vim victis.

Limen erat caecaeque fores et pervius usus tectorum Priami inter se, postesque relictis a tergo, qua infelix Andromache, dum regna manebant, saepius solebat incommitata ferre se ad soceros et trahebat puerum Astyanacta avo. Evado ad fastigia summi culminis, unde Teucrici iactabant inrita tela miseri manu. Adgressi ferro circum, [illic] qua summa tabulata dabant labantis iuncturas, convellimus [ex] altis sedibus turrim in praecipiti stantem atque [in] summis tectis sub astra <460> eductam, unde omnis Troia [poterat] videri et naves Danaum solitae [erant videri] et Achaica castra, impulimusque [eam]; ea, lapsa, repente cum sonitu trahit ruinam et incidit late super agmina Danaum. Ast alii subeunt, nec saxa nec ullum genus telorum interea cessat.

Ante ipsum vestibulum atque in primo limine Pyrrhus exsultat, coruscus telis et aena <470> luce, qualis ubi in lucem [it] coluber, pastus mala gramina, quem frigida bruma tegebat tumidum sub terra; nunc, positis exuviis, novus nitidusque iuventa, convolvit lubrica terga, sublato pectore, arduus ad solem,

trisolcis = in tres partes divisis
agitor equorum = auriga

succedunt tecto = appropinquant ad
tectum
dura limina = duram ianuam

postes / excisa = rupta

dedit ... = aperuit amplum aditum

penetralia = cubicula

stantes

miscetur = plena est

ferit (≠ fert) < ferio, -ire

ingentibus tectis = per ingentia tecta

postes / patria vi: eadem vi utens
quam pater habebat
sufferre = detinere / labat = tremit
crebro = frequenti
procumbunt = cadunt

aditus: acc. pl.

milite: sing. pro plur.
aggeribus ruptis = ripis ruptis
omnes

evicit = omnino vicit

caede furentem = furentem et
necare desiderantem
nurus: acc. pl. / ignes

et micat linguis trisolcis [in] ore. Una ingens Periphas et agitator equorum Achillis, armiger Automedon, una omnis Scyria pubes succedunt tecto et iactant flammas ad culmina. Ipse [Pyrrhus] inter primos, correpta bipenni [securi], perrumpit dura limina atque vellit <480> a cardine aeratos postis, iamque, excisa trabe, cavavit firma robor et dedit ingentem fenestram lato ore. Apparet intus domus et longa atria patescunt; apparent penetralia Priami et veterum regum, atque vident [hostes] armatos stantis in primo limine. At interior domus miscetur gemitu miseroque tumultu, penitusque cavae aedes ululant femineis plangoribus; clamor ferit aurea sidera.

Tum pavidae matres errant ingentibus tectis amplexaeque tenent postis atque figunt <490> oscula [in eos]. Pyrrhus instat patria vi; nec claustra nec ipsi custodes valent sufferre [eum]; ianua labat crebro ariete, et postes, [e] cardine emoti, procumbunt. Vi via fit; Danaï, immissi, rumpunt aditus atque trucidant primos et late complent loca milite. Non sic spumeus amnis, cum exiit furens cumulo, aggeribus ruptis, fertur in arva atque per omnis campos trahit armenta cum stabulis atque evicit gurgite oppositas moles. Ipse vidi Neoptoleum, caede furentem, geminosque Atridas <500> in limine; vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras foedantem sanguine ignis quos ipse sacraverat.

spes nepotum = spes habendi
 prognatos
 superbi = ornati / procubuerunt
 qua (adv.) ignis deficit = omnia quae
 sunt in locis quae ignis non delet

forsitan = fortasse / uti = ut = cum

hostem: sing. pro plur. / in penetra-
 libus = intus domuum
 circumdat arma umeris = ponit
 arma circa umeros
 aevo = aetate / fertur = it

hostes / sub ... = sub aperto caelo

laurus: genus arboris

Penates / umbra: ablat.
 hic = in hoc loco
 praecipites = quae cadunt

divum = deorum / ut = cum

dira = terribilis / iuvenalis, -e = qui
 ad iuvenes pertinet
 cingi: pass. infinit.

eget auxilio = requirit auxilium

adforet = adesset / concede = veni

tuebitur = custodiet / omnes
 simul [nobiscum] morieris

longaevum = senem

elapsus de caede = qui vitaverat
 caedem
 porticibus < porticus, -us f.
 lustrat = percurrit

Illi quinquaginta thalami, ampla spes nepotum, [et] postes, superbi
 barbarico auro atque spoliis, procubuere; Danaï tenent qua ignis
 deficit.

Forsitan et requiras quae fuerint fata Priami. Uti vidit casum urbis
 captae atque limina tectorum convulsa et hostem medium in
 penetralibus, senior nequiquam circumdat arma diu desueta umeris,
 trementibus aevo, et cingitur inutile ferrum, <510> ac fertur moriturus

in densos hostis. In mediis aedibus atque sub nudo axe aetheris fuit

ingens ara iuxtaque veterrima laurus, incumbens arae atque

complexa Penatis umbra. Hic Hecuba et natae nequiquam circum

altaria, ceu columbae praecipites [ab] atra tempestate, sedebant

condensae et amplexae simulacra divum. Ut autem vidit ipsum

Priamum, sumptis iuvenalibus armis, "Quae mens tam dira,
 miserrime coniux, impulit [te] cingi his telis? Aut quo ruis?" inquit.

<520> Tempus non eget tali auxilio nec istis defensoribus; non, [etiam]

si meus Hector ipse nunc adforet. Concede tandem huc, haec ara

tuebitur [nos] omnis, aut simul moriere."

Sic ore effata, recepit longaevum ad sese et locavit [eum] in sacra

sede. Ecce autem Polites, unus natorum Priami, elapsus de caede

Pyrrhi, fugit porticibus longis per tela, per hostis et, saucius, lustrat

vacua atria.

infesto vulnere = desiderio necandi
iam iamque = atque paene
evasit = fugit

fudit vitam = mortuus est

hic = tunc

pepercit voci iraeque = retinuit
vocem iramque
(ali)qua

grates = gratias

vultus: acc. pl.

e quo ... = quem dicis esse tuum
patrem, sed mentiris
erubuit iura = pudorem sensit de
iuribus
sepulcro = ut sepeliretur

imbelle = innocens
sine ictu = sine vi
aere = scuto de aere facto

referes (fut.) = dices

[meo] genitori

morere: imperat.

lapso, -are = labor, -i
implicuit comam = cepit capillos
coruscum = fulgentem

capulo tenus = usque ad manubrium
gladii
sorte = propter Fata

Pyrrhus, ardens infesto vulnere, insequitur illum, iam iamque tenet [eum] manu et premit [eum] hasta. <530> Ut tandem evasit ante oculos et ora parentum, concidit ac fudit vitam cum multo sanguine. Hic Priamus, quamquam iam in media morte tenetur, non tamen abstinuit nec pepercit voci iraeque: "At pro scelere," exclamat "pro talibus ausis, si qua pietas [est] in caelo quae curet talia, di persolvant dignas grates et reddant debita praemia tibi, qui fecisti me cernere letum nati coram et foedasti patrios vultus funere. At non ille Achilles, <540> [e] quo mentiris te satum [esse], talis fuit in hoste Priamo, sed erubuit iura fidemque supplicis, atque reddidit exsanguie corpus Hectoreum sepulcro atque remisit me in mea regna."

Sic fatus [est] senior atque coniecit imbelle telum sine ictu, quod protinus repulsum [est] rauco aere, et nequiquam [in] summo umbone clipei pependit. Cui Pyrrhus [dixit]: "Ergo referes haec et ibis [ut] nuntius Pelidae genitori; memento narrare illi mea tristia facta atque [narrare] Neoptoleum degenerem [esse]. Nunc morere." Hoc dicens traxit ad ipsa altaria [eum] trementem <550> et in multo sanguine nati lapsantem; atque laeva [manu] implicuit comam, dextraque [manu] extulit coruscum ense ac abdidit [ensem] lateri [eius] capulo tenus. Haec [fuit] finis fatorum Priami, hic exitus tulit illum sorte, videntem Troiam incensam et prolapsa Pergama,

populis terrisque = populorum
 terrarumque
 avulsum = sectum

quondam superbum regnatorem tot populis terrisque Asiae. Iacet
 [in] litore ingens truncus, atque caput [ab] umeris avulsum et corpus
 sine nomine.

obstipui = attonitus mansi
 subiit me = venit ad me

At tum primum saevus horror circumstetit me. Obstipui: imago <560>
 cari genitoris subiit [me] ut vidi regem aequaevum vitam exhalantem
 crudeli vulnere; deserta Creusa et direpta domus et casus parvi Iuli
 subiit [meum animum]. Respicio et lustrum quae copia sit circum me.

subiit = subierunt
 quae copia sit = quo modo res stent
 deseruerunt / miserunt

Omnes, defessi, deseruere [me], et misere corpora ad terram saltu
 aut dedere aegra [corpora] ignibus. Iamque adeo super eram unus,

dederunt

Tyndarida (Graecus acc.): Helenam

cum aspicio Tyndarida servantem limina Vestae et tacitam in secreta
 sede latentem; incendia dant claram lucem [mihi] erranti passimque
 oculos per cuncta ferenti. <570> Illa, praemetuens Teucros infestos sibi

infestos = inimicos

Pergama: plur. pro sing. / Danaorum
 deserti = relict
 communis Erinys: Aeneas loquitur
 de Helena
 exarserunt / ira ulcisci et sumere =
 desiderium ulciscendi et sumendi

ob eversa Pergama et poenam Danaum et iras deserti coniugis,
 communis Erinys Troiae et patriae, sese abdiderat atque invisam
 sedebat [in] aris. Ignes exarsere [in meo] animo; ira subit [meum
 animum] ulcisci cadentem patriam et sumere sceleratas poenas [ab
 ea]. "Scilicet, haec incolumis aspiciet Spartam patriasque Mycenae,

ea: Helena

parto (< pario, -ere) triumpho =
 tamquam si victoriam obtinisset
 Iliadum: genit. pl.

partoque triumpho ibit [ut] regina, videbit coniugiumque domumque
 patris natosque, comitata [a] turba Iliadum et [a] Phrygiis ministris;

igni = igne

<580> Priamus occiderit ferro, Troia arserit igni, Dardanium litus sudarit
 sanguine totiens!

nomen = fama	Non [erit] ita, namque etsi nullum memorabile nomen est in feminea
extinxisse = quia extinxi	poena, nec [talīs] victoria habet laudem, laudabor tamen extinxisse
sumpsisse = quia sumpsi / explevisse	nefas et sumpsisse poenas [huius] merentis, atque iuvavit explese
satiavisse	animum ultricis flammae et satiasset cineres meorum."
iactabam = putabam	Talia iactabam et ferebar furiata mente, cum alma parens se obtulit
antea	mihi videndam, non ante tam clara oculis, et per noctem refulsit <590>
quanta = quam magna	in pura luce, confessa [se] deam [esse], qualisque et quanta solet
caelicolis = deis	videri caelicolis, dextraque [manu] continuit [me] prehensum,
quid = cur / quo = ad quem locum	roseoque ore insuper addidit haec: " Nate, quis tantus dolor excitat
cura nostri = cura quam de nobis	[tuas] indomitas iras? Quid furis, aut quonam cura nostri recessit tibi?
habes / liqueris = reliqueris	Non prius aspicias ubi liqueris parentem Anchisen, fessum aetate,
superet = vivat	coniunxne Creusa superet atque Ascanius puer? Circum quos omnes
ni = nisi	Graiae acies undique errant et, ni mea cura resistat, iam flammae
sit = iussivum subiunct.	tulerint [eos] et inimicus ensis <600> hauserit [eos]. Non [sit] invisā tibi
divom = deorum	facies Lacaenae Tyndaridis culpatusve [sit] Paris: divom inclementia,
has opes = hanc fortunam	divom, evertit has opes sternitque Troiam a culmine. Aspice, namque
hebetat = turbat	eripiam omnem nubem quae, nunc obducta tibi tuenti, hebetat visus
visus mortales = tuos mortales	mortalis et, umida, caligat circum; tu ne time qua iussa parentis, neu
oculos / ne time = noli timere	recusa parere praeceptis: hic, ubi vides moles disiectas atque saxa
(ali)qua	avolsa [a] saxis atque fumum undantem mixto pulvere, Neptunus
neu recusa = et noli recusare	quatit muros atque fundamenta,
avolsa (= avulsa) < avello, -ere	

emota (< emoveo) = erepta
 hic = in hoc loco
 prima (nomin.) = in prima acie stans

socium agmen: Graecum exercitum

insedit = occupat

sufficit = dat / in = contra

eripe fugam = fuge

abero tibi = relinquam te
 sistam = ponam / limine = domo

condidit se = celavit se

deorum

ignes / verti: pass. infinit.

instant = conantur (dep.)

ornus, -i f.: genus arboris
 accisam (< accido) = deletam
 comam (acc. respectus) = ramas

e iugis = e culmine montis

hostes
 dant mihi locum = cedunt ante me

perventum est mihi = perveni

montes / producere vitam = longius
 vivere
 quibus ... = qui iuvenes estis

magno tridenti <610> emota, atque eruit totam urbem a sedibus; hic saevissima luno tenet prima Scaeas portas atque, ferro accincta, furens vocat socium agmen a navibus. Respice: iam Tritonia Pallas insedit summas arces, effulgens nimbo et saeva Gorgone. Ipse pater sufficit animos atque secundas vires Danais, ipse suscitatur deos in Dardana arma. Eripe fugam, nate, atque impone finem labori. Nusquam abero [tibi] et sistam <620> te tutum in patrio limine."

Dixerat, et condidit se [in] spissis umbris noctis. Dirae facies atque magna numina deum, inimica Troiae, adparent. Tum vero omne Ilium mihi visum [est] considerare in ignis et Neptunia Troia verti ex imo; ac veluti in summis montibus agricolae certatim instant eruere antiquam ornus, cum ferro crebrisque bipennibus accisam; illa usque minatur [cadere] et, tremefacta comam, nutat concusso vertice, donec paulatim, evicta vulneribus, congemuit supremum <630> [gemitum] atque, avulsa [e] iugis, traxit ruinam. Descendo ac, ducente deo, expedior inter flammam et hostis: tela dant [mihi] locum flammaeque recedunt.

Atque ubi iam perventum [est mihi] ad limina patriae sedis antiquasque domos, genitor, quem primum optabam tollere in altos montis primumque petebam, abnegat, Troia excisa, producere vitam atque pati exsilium. "O vos, quibus [est] integer sanguis aevi" ait

robore = fortitudine
agitate fugam = fugite

exscidia: acc. pl. / superavimus ... =
satis viximus ut videremus captam
urbem / adfati extremum = post-
quam postrema funera dixeritis
discedite = relinquite

iactura sepulcri = non habere
sepulcrum
divum = deorum

contigit = tetigit / igni = igne

effusi lacrimis = multo lacrimantes

vertere [in ruinam]
incumbere = convenire, assentire
urgenti = quod urgebat nos
incepto = consilio
in arma = ad pugnam

efferre pedem = abire
tantum ... ? = quo modo potest
pater hoc dicere?

de multo sanguine Priami = de loco
ubi necavit Priamum
obtruncat = necat modo crudeli

hoc erat quod = haec erat causa
propter quam
cernam = videam

"solidaeque vires stant suo robore, vos agitate fugam; <640> si caelicolae voluissent me ducere vitam, servassent mihi has sedes.

Satis superque, una vidimus exscidia [urbis] et superavimus captae urbi. Adfati [extremum], discedite [meum] corpus sic, o sic, [ut] positum [est]. Ipse inveniam mortem manu [mea]; hostis miserebitur atque petet exuvias [meas]; iactura sepulcri est facilis. Iam pridem, invisus divis et inutilis, demoror annos, ex quo rex pater divum atque hominum adflavit me ventis fulminis et contigit [me] igni."

Talia memorans perstabat fixusque manebat. <650> Nos, contra, effusi lacrimis, coniunxque Creusa Ascaniusque omnisque domus, [rogamus] ne pater vellet vertere cuncta secum atque incumbere fato urgenti. [Pater] abnegat atque haeret [in suo] incepto et in isdem sedibus. Rursus feror in arma atque miserrimus opto mortem, nam quod consilium aut quae fortuna iam dabatur? "Sperastine me posse, te relicto, efferre pedem, genitor? Atque tantum nefas excidit [e] patrio ore? Si placet superis nihil relinqui ex tanta urbe et hoc sedet [in tuo] animo atque iuvat addere teque tuosque periturae Troiae, <660> ianua patet isti leto, iamque de multo sanguine Priami aderit Pyrrhus, [is] qui obtruncat natum ante ora patris [atque obtruncat] patrem ad aras. Hoc erat, alma parens, quod eripis me per tela, per ignis? Ut cernam hostem in mediis penetralibus

mactatos = necatos
 alterum ... = corpus super corpore
 sinite ut ego revisam = sinite me
 revisere

insertabam ... clipeo = capiebam
 clipeum sinistra manu
 ferebam me = ibam

haerebat = manebat

periturus = moriturus / et = quoque

sin = sed si
 expertus = sciens quid faciendum sit
 tutare (imperat.) < tutor, -ari

quondam = alio tempore
 dicta = vocata
 omne tectum = omnem domum

dictu: supinum / manus: acc. pl.

levis apex = initium flammae
 fundere = deorsum mittere
 vertice = capite

pasci: pass. inf. / tempora = caput

excutere [ad flammam exstinguen-
 dam] / ignes
 fontibus = aqua / extulit = sustulit

caelo = ad caelum

tantum = solum / (mereor + ablat.)

firma omina = dic quid omina
 significant

atque ut [cernam] Ascanium patremque meum iuxtaque Creusam
 mactatos, alterum in sanguine alterius? Arma, viri, ferte arma! Ultima
 lux vocat victos. Reddite me Danais, sinite [ut ego] revisam instaurata
 proelia. Hodie numquam moriemur omnes inulti." <670>

Hinc accingor rursus ferro atque insertabam sinistram [manum]
 aptans [eam] clipeo atque ferebam me extra tecta. Ecce autem
 coniunx haerebat in limine, complexa [meos] pedes, atque tendebat
 parvum lulum [mihi] patri: "Si periturus abis, rape et nos tecum in
 omnia [pericula]; sin, expertus, ponis aliquam spem in sumptis armis,
 primum tutare hanc domum. Cui parvus lulus [relinquitur], cui pater
 [relinquitur] et [cui ego], quondam dicta tua coniunx, relinquer?"
 Talia vociferans replebat gemitu omne tectum, cum monstrum <680>
 subitum atque mirabile dictu oritur. Namque inter manus atque ora
 maestorum parentum, ecce, levis apex visus [est] fundere lumen de
 summo vertice Iuli, atque mollis flamma, tactu innoxia, [visa est]
 lambere comas et pasci circum tempora [eius]. Nos, pavidi, trepidare
 metu atque excutere crinem flagrantem et restinguere sanctos ignis
 fontibus. At pater Anchises, laetus, extulit oculos ad sidera et tetendit
 palmas caelo cum [hac] voce: "Iuppiter omnipotens, si flecteris ullis
 precibus, aspice nos, hoc tantum, et, si meremur <690> pietate, da
 deinde auxilium, pater, atque firma haec omina."

facem = magnam lucem

cernimus illam condere se

labentem = cadentem

longo limite = longum iter faciens

locus, -i (sing.) > loca, -orum (pl.)

fumant = fumum effundunt

sidus, -eris n. = stella, -ae f.

nulla mora est = morari non

debemus / qua = per quam

in vestro numine = penes vos

ignis auditur = sonus ignis auditur

aestus: acc. pl. / imponere (pass.

imperat.) = impone te ipsum

quocumque ... = quocumque modo

res eveniant

vestigia servare = sequi

famuli = servi

Est ... tumulus = Ei quicumque ex

urbe egrediunt vident tumulum

cupressus, -i f.

sacra: acc. pl. / Penates

digressum = egressum

Vix senior fatus erat ea, subitoque laevum [latus] intonuit fragore, et stella, lapsa de caelo per umbras, ducens facem, cucurrit cum multa luce. Cernimus illam, claram labentem super summa culmina tecti atque signantem vias, condere se [in] silva Idaea; tum sulcus longo limite dat lucem, et loca, late circum, fumant sulphure. Hic vero genitor, victus, tollit se ad auras adfaturque deos et adorat <700> sanctum sidus:

"Iam, iam nulla mora est; adsum et sequor [per viam] qua ducitis. Di patri, servate domum, servate nepotem, hoc augurium [est] vestrum, Troia est in vestro numine. Cedo equidem, nec recuso ire [ut] comes tibi, nate." Dixerat ille, et iam ignis auditur clarior per moenia, atque incendia volvunt aestus propius. "Ergo age, care pater, imponere [te] nostrae cervici; ipse subibo [te] [meis] umeris, nec iste labor gravabit me; quocumque res cadent, periculum [erit] unum et comune, salus erit una ambobus. Parvus lulus <710> sit mihi comes, et coniunx servet vestigia longe; vos, famuli, advertite animis vestris [ea] quae dicam. Est [eis] [ex] urbe egressis tumulus templumque vetustum desertae Cereris, iuxtaque [est] antiqua cupressus, per multos annos servata religione patrum. Veniemus in hanc unam sedem ex diverso [loco]. Tu, genitor, cape manu sacra patriosque Penatis; nefas [est] me, e tanto bello et recenti caede digressum,

insternor veste = induo vestem

succedo oneri = capio onus

passibus non aequis: passus patris
longiores erant / pone = postea
ferimur = imus

opaca locorum = opaca loca
movebant = terrebant
glomerati = magno numero

timeo comiti = timeo de comite
(timeo ne quid accidat ei)
videbar evasisse = putabam me
evasisse / pedum: genit. pl.
aures [meas]

ardentes

aera (< aes, aeris ≠ aer, aeris) = arma
de aere facta

hic = tunc

avia loca = loca per quae difficile est
ambulare / excedo = exeo
incertum est mihi = nescio

substitit = mansit ubi erat
lapsa = fessa
post = postea / amissam = ne amit-
teretur
reflexi animum = direxi animum
[ad eam]
hic = in hoc loco

fefellit comites = evanuit ab oculis
comitum
incusavi = accusavi

attrectare [eos] donec abluero <720> me [in] vivo flumine."

Haec fatus, super latos umeros subiectaque colla insternor veste
atque pelle fulvi leonis, succedoque oneri; parvus lulus implicuit se
dextrae [manui] sequiturque patrem passibus non aequis; pone subit
coniunx; ferimur per opaca locorum et nunc omnes aerae terrent me,
quem dudum non ulla iniecta tela movebant, neque Grai glomerati ex
adverso agmine; omnis sonus excitat [me] suspensum, pariter
timentem comitique onerique. Iamque propinquabam portis atque
videbar <730> evasisse omnem viam, cum subito creber sonitus pedum
visus [est] adesse ad auras, genitorque, per umbram prospiciens,
"Nate," exclamat, "fuge, nate: propinquant. Cerno ardentis clipeos
atque micantia aera."

Hic nescio quod numen, male amicum, eripuit confusam mentem
mihi, trepido, namque dum cursu sequor avia [loca] et excedo [e]
nota regione viarum, heu, incertum [est] [mihi] misero coniunx
Creusa substititne, erepta fato, erravitne [a] via seu resedit lapsa, nec
post reddita est oculis nostris. <740> Nec respexi [eam] amissam
reflexive animum prius quam venimus [ad] tumulum antiquae Cereris
sedemque sacratam. Hic demum, collectis omnibus, [illa] una defuit,
et fefellit comites natumque virumque. Quem hominumque
deorumque non incusavi, amens,

eversa = deleta

Penates / recondo = occulto

repeto = iterum eo ad
cingor armis = pono arma circa me
omnes casus: acc. pl.

obiectare ... = me in periculum
iacere

qua = per quem locum

meum gressum = meos passus
sequor observata vestigia = sequor
vestigia mea quae video

tulisset: subiectum est Creusa
omne tectum = omnem domum
ilicet = statim, repente
fastigia = tecta
furit = ascendit furens

lecti = electi, delecti
adservabant = tuebantur (dep.)
(e) Troia / adytis = templis

captiva vestis = vestes magni pretii a
Graeci captae
iactare voces = clamare

nequiquam = frustra

imago ... : imago maior erat quam
vivum corpus
tectis = per tecta

aut quid crudelius vidi in eversa urbe? Commendo sociis Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque Penatis et recondo [eos] [in] curva valle; ipse repeto urbem et cingor fulgentibus armis. [Consilium] stat [mihi] renovare omnis casus atque reverti <750> per omnem Troiam et rursus obiectare caput periclis.

Principio repeto muros obscuraque limina portae qua extuleram [meum] gressum et sequor retro per noctem observata vestigia et lustrum [ea] lumine. Ubique horror [est] [in meo] animo, simul ipsa silentia terrent [me]; inde refero me domum, si forte, si forte [illuc] tulisset pedem; Danaei inruerant et tenebant omne tectum; illicet edax ignis volvitur vento ad summa fastigia, flammae exsuperant [ea], aestus furit ad auras. Procedo et reviso <760> sedes arcemque Priami, et iam [in] vacuis porticibus, [in] asylo lunonis, Phoenix et dirus Ulixes, lecti [ut] custodes, adservabant praedam. Huc congeritur gaza, erepta undique Troia, incensis adytis, mensaeque deorum crateresque solidi auro captivaque vestis. Pueri et pavidae matres stant circum [in] longo ordine. Quin, ausus etiam iactare voces per umbram, implevi vias clamore, maestusque vocavi <770> Creusam nequiquam ingeminans [nomen] iterumque iterumque. Infelix simulacrum atque umbra ipsius Creusae, et imago maior [illa] nota, visa [est] ante oculos mihi quaerenti et furenti tectis urbis sine fine.

haesit = fixa mansit

adfari = locutus est
demere = deprompsit

indulgere dolori = dare te ipsum
dolori

divom = deorum / nec fas est ... aut
ille ... = nec fas est ... neque ille ...

arandum est: mare arare [remis] =
per mare navigare

virorum
leni agmine = leni cursu aquae
parta sunt = parata sunt

Dardanis = e sanguine Dardani nata

servitum (supinum) < servio, -ire

deorum

communis nati = nostri filii

deseruit = reliquit

recessit = rediit / tenues

dare ... = circumdare collum
bracchiis
manus: acc. pl. / par = similis

reviso = iterum video = redeo ad
hic = in hoc loco
adfluxisse = advenisse

exsilio = ad exsilium

convenerunt

Obstipui atque [meae] comae steterunt, et [mea] vox haesit [in] faucibus. Tum sic adfari [mihi] et demere curas [a me] his dictis:

"Quid iuvat tantum indulgere insano dolori, o dulcis coniunx? Haec eveniunt non sine numine divom, nec fas [est] te hinc portare Creusam [ut] comitem, aut ille regnator superi Olympi sinit [hoc].

Longa exsilia [erunt] tibi, et vastum aequor maris arandum <780> [est tibi], et venies [ad] Hesperiam terram, ubi Lydius Thybris fluit inter opima arva virum leni agmine. Illic res laetae regnumque et regia coniunx parta [sunt] tibi. Pelle lacrimas dilectae Creusae. Ego, Dardanis et nurus divae Veneris, non aspiciam superbas sedes Myrmidonum Dolopumve, aut ibo servitum Graiis matribus. Sed magna genetrix deum detinet me [in] his oris. Iamque vale, et serva amorem communis nati."

Ubi dedit haec dicta, deseruit [me] lacrimantem et multa dicere volentem <790> atque recessit in tenuis auras. Ter conatus [sum] ibi dare bracchia circum collo: ter imago, frustra comprehensa, effugit manus, par levibus ventis atque simillima volucris somno. Sic demum, consumpta nocte, reviso socios, atque hic, admirans, invenio ingentem numerum novorum comitum adfluxisse, matresque virosque, pubem collectam exsilio, miserabile volgus. Undique convenere, parati animis opibusque,

pelago = per pelagus

ex iugis = e culmine, e summis

sublato genitore = genitorem
portans

in quascumque terras <800> velim deducere [eos] pelago. Iamque
Lucifer surgebat [ex] iugis summae Idae ducebatque diem, Danaïque
tenebant limina portarum obsessa nec ulla spes opis dabatur. Cessi
et, sublato genitore, petivi montes.

LIBER III

evertere res Asiae = delere Asiam

immeritam = quae hoc non mere-
batur (dep.)

divom = deorum / agimur = cogimur

molimur = paramus / quo = ad quem
locum / detur = sinetur

sistere = manere et habitare

contrahimus = colligimus

vix ... et = vix ... cum / fatis: dat.

portus: acc. pl. / exsul (adiect.) = in
exsilium

vastis campis = per vastos campos

Licurgo: dat. agentis / hospitium =
locus ubi nos, Troiani, hospitalita-
tem accipiebamus / socii Penates =
locus secundus, nam socii illic
habitant / loco = pono, aedifico

Postquam visum [est] superis evertere res Asiae atque gentem
Priami, immeritam, atque superbum Ilium cecidit et omnis Neptunia
Troia fumat humo, agimur auguriis divom quaerere diversa exsilia et
desertas terras, atque sub ipsa Antandro et montibus Phrighiae Idae
molimur classem, incerti quo fata ferant [nos], ubi detur [nobis]
sistere, contrahimusque viros. Vix prima aestas inceperat et pater
Anchises iubebat dare vela fatis, cum lacrimans relinquo <10> litora
patriae portusque et campos ubi Troia fuit. Feror exsul in altum
[mare] cum sociis natoque et Penatibus, magnis dis.

Procul, terra Mavortia colitur vastis campis –Thracēs arant [eam]–,
quondam regnata acri Licurgo, antiquum hospitium Troiae atque socii
Penates dum [nostra] fortuna fuit. Feror huc et, ingressus iniquis
fatis, in curvo litore loco prima moenia

tingo = creo / ferebam sacra =
 faciebam sacrificia
 auspicibus = ut auspices essent
 coeptorum operum = operum quae
 iam coeperam
 nitentem < niteo (≠ nitor)
 in quo summo = in cuius summo

myrtus f. / accessi = appropinquavi

silvam = plantam, parvum arborem

monstrum = prodigium
 arbos (arbor) ... huic arbori guttae =
 arbori ... guttae

coit = fit / formidine = timore
 et = quoque / insequor = conor
 temptare = indagare et invenire

latentes / et = quoque / sequitur =
 liquitur

venerabar = orabam / agrestes
 Gradivum = Martem
 secundarent = secundos facerent
 visus: acc. pl.
 levarent omen = bonum facerent
 omen / adgredior = capio manu
 obluctor (dep.) + dat. = pugno
 contra / genibus (ablat.) = ponens
 genua super terram
 lacrimabilis = tristissimus
 aures

quid = cur / parce viro = noli turbare
 virum
 manus: acc. pl. / Troia ... tibi = non
 sum ignotus tibi / tulit = peperit
 aut = nec

atque de meo nomine fingo [incolis] nomen "Aeneadas." Ferebam
 sacra [meae] Dionaeae matri divisque, auspicibus coeptorum
 operum, atque in litore mactabam nitentem <20> taurum supero regi
 caelicolum. Forte, iuxta fuit tumulus, [in] quo summo [erant] cornea
 virgulta et myrtus densis hastilibus horrida. Accessi atque, conatus
 convellere ab humo viridem silvam ut tegerem aras frondentibus
 ramis, video monstrum horrendum et mirabile dictu, nam arbos quae
 prima, radicibus ruptis, [e] solo vellitur, huic [arbori] guttae liquuntur
 atro sanguine et maculant terram tabo. Frigidus horror mihi quatit
 membra atque sanguis <30> coit gelidus formidine. Rursus et insequor
 convellere lentum vimen alterius [arboris] et temptare causas penitus
 latentis: et ater sanguis sequitur de cortice alterius [arboris].

Multa movens [in] animo, venerabar agrestis Nymphas Gradivumque
 patrem, qui praesidet Geticis arvis, [ut] secundarent visus rite atque
 levarent omen. Sed postquam adgredior tertia hastilia maiore nisu
 atque obluctor adversae harenae genibus –eloquar an sileam?–
 lacrimabilis gemitus auditur [ex] imo tumulo et reddita vox fertur ad
 auris: <40>

"Quid laceras miserum [virum], Aenea? Parce iam sepulto [viro],
 parce scelerare [tuas] pias manus. Troia non tulit me externum tibi
 aut hic cruor manat de stipite.

crudeles	Heu, fuge [has] crudelis terras, fuge [hoc] litus avarum, nam ego
seges telorum = tamquam si plantae essent lanceae acutis iaculis = formans acuta iacula ut ramas	[sum] Polydorus. Hic ferrea seges telorum textit [me], confixum, et increvit acutis iaculis."
mentem: acc. respectus ancipiti = ambigua, incerta steterunt = rigidae factae sunt	Tum vero, pressus mentem ancipiti formidine, obstipui, atque comae steterunt et vox haesit [in] faucibus. Quondam, infelix Priamus, cum
diffideret armis = fidem non haberet in armis / cingi: pass. infinit. alendum = ut rex eum aleret	iam diffideret armis Dardaniae atque videret urbem cingi obsidione, mandarat furtim Threicio regi hunc Polydorum alendum, <50> cum
ut = cum / Teucrorum	magno pondere auri. Ille, ut opes Teucrum fractae [sunt] et Fortuna
secutus ... = relinquens nostram amicitiam et capiens amicitiam Agamemnonis / potior + ablat. = capio sacra fames (vocat.) = detestabilis fames	recessit, secutus res Agamemnonias victriciaque arma, abrumpit omne fas: obtruncat Polydorum et vi potitur auro. Quid non cogis mortalia pectora [facere], sacra fames auri?
refero monstra = narro prodigia deum = deorum proceres = primos, duces quae sit ... : obliqua quaestio animus = consilium, desiderium	Postquam pavor reliquit [mea] ossa, refero monstra deum ad delectos proceres populi, primumque parentem, et posco quae sit sententia [eorum]. Omnibus idem animus [erat]: excedere [a] terra
dare Austros classibus = dare classem Austris [ventis] tumulo (dat.) = tumulo qui iam illic erat Manibus = ad Manes honorandos maestae: maestae quia funebres arae erant / crinem: acc. respectus de more: ut solebant cymbia = pocula / sacri sanguinis = sanguinis victimarum ciemus = vocamus supremum = postremum	<60> scelerata, linqui pollutum hospitium et dare Austros classibus. Ergo instauramus funus Polydoro et ingens tellus aggeritur tumulo; arae stant Manibus, maestae caeruleis vittis atraque cupresso et, circum, [stant] Iliades, solutae crinem de more; inferimus spumantia cymbia tepido lacte et pateras sacri sanguinis, condimus animam [eius] [in] sepulcro et magna voce ciemus [eum] supremum.
ubi ... = ubi pelagus praebet fiduciam	Inde, ubi prima fides [apparet] [in] pelago

naves / provehimur = navigamus

recedunt = ex oculis evanescent

errantem ... : haec terra "navigabat"

dedit = sivit / coli: pass. infinit.
contemnere ventos: quia iam non
movebatur ventis

redimitus < redimio, -ire
sacra tempora: acc. respectus
tempora = caput

subimus = intramus in

venerabar templa dei = venerabar
deum in templo
mansuram urbem = urbem quae
maneat
altera Pergama: plur. pro sing.
reliquias Danaum (genit. pl.) = nos
quos Danaï non necaverunt

inlabere (pass. imperat.) animis =
intra in animos

cortina = tripus, -odis

adytis = templo / aures

tellus ... = tellus ubi maiores vestri
nati sunt
laeto ubere = laeta fecunditate

atque venti dant placata maria et Auster, lenis crepitans, vocat [nos] in altum, <70> socii deducunt navis et complent litora. Provehimur [e] portu, atque terrae urbesque recedunt. [In] medio mari colitur sacra tellus, gratissima matri Nereidum et Neptuno Aegaeo, quam, errantem circum oras et litora, pius arcitenens revinxit e celsa Mycono Gyaroque, atque dedit [eam], immotam, coli et contemnere ventos. Huc feror; haec [tellus], placidissima, accipit [nos] fessos [in] tuto portu; egressi, veneramur urbem Apollinis. Rex Anius, idem rex hominum atque sacerdos <80> Phoebi, redimitus sacra tempora vittis et lauro, occurrit [nobis]; agnovit veterem Anchisem [ut] amicum; iungimus dextras [in] hospitio et subimus tecta.

Venerabar templa dei, structa vetusto saxo: "Da, Thymbraee, propriam domum; da [nobis] fessis moenia et genus et mansuram urbem; serva altera Pergama Troiae, reliquias Danaum atque immitis Achilli. Quem sequimur? Quove iubes ire? Ubi [iubes] ponere sedes? Da, pater, augurium, atque inlabere animis nostris." Vix fatus eram ea: repente <90> omnia visa [sunt] tremere, liminaque laurusque dei, totusque mons [visus est] moveri circum et cortina [visa est] mugire [in] reclusis adytis. Summissi, petimus terram, et vox fertur ad aures: "Duri Dardanidae, tellus quae prima tulit vos a stirpe parentum, eadem accipiet vos, reduces, laeto ubere.

hic = in hoc loco	Exquirite antiquam matrem. Hic domus Aeneae dominabitur [in]
cunctis = omnibus	cunctis oris, et nati natorum et qui nascentur ab illis."
laetitia mixto tumultu = laetitia mixta tumultu cuncti = omnes quo = ad quem locum errantes / volvens monimenta = memor famae proceres = primi viri	Haec [dixit] Phoebus, atque ingens laetitia exorta [est] mixto tumultu, et cuncti quaerunt <100> quae sint ea moenia quo Phoebus vocet [nos] errantis iubeatque reverti. Tum genitor, volvens monimenta veterum virorum, "Audite, o proceres," ait, "et discite vestras spes: Creta, insula magni Iovis, iacet [in] medio ponto, ubi [sunt] mons Idaeus et cunabula nostrae gentis. Habitant centum magnas urbes, uberrima regna, unde maximus pater, Teucrus, si rite recordor [illa a me] audita, primum advectus est in oras Rhoeteas atque [illic] optavit locum regno. Ilium et arces Pergameae nondum steterant, habitabant [in] imis <110> vallibus. Hinc [subiere] [nobis] mater cultrix Cybeli atque Corybantia aera atque Idaeum nemus, hinc subiere fida silentia [in] sacris et leones [ad] currum dominae iuncti. Ergo agite et sequamur qua iussa divum ducunt, placemus ventos et petamus Cnosia regna, nec distant longo cursu: modo Iuppiter adsit, tertia lux sistet classem in Cretaeis oris."
cunabula = origines	
rite = ut decet, recte	
advectus est = pervenit optavit = delegit	
subierunt = venerunt	
aera: tympana de aere facta fida ... sacris: quia in ritibus omnes praesentes tacebant iuncti = vincti qua = per quem locum divum = deorum modo = solum / lux: prima pars diei	
sistet = ponet	
mactavit = sacrificavit	Sic fatus, mactavit [in] aris meritos honores: taurum Neptuno, taurum tibi, pucher Apollo, nigram pecudem Hiemi, albam <120> [pecudem] felicibus Zephyris. Fama volat Idomenea ducem, pulsum [e] regnis paternis, cessisse, atque litora Cretae deserta [esse],
Idomenea: Graecus acc.	
cessisse = abiisse	

<p>vacare hoste = vacuam hostium esse portus: acc. pl. pelago = per pelagus bacchatam: ubi Bacchae ritus celebrant</p>	<p>domum vacare hoste atque sedes astare relictas. Linquimus portus</p>
<p>crebris ... = multis parvis insulis plena</p>	<p>Ortygiae atque volamus pelago atque legimus Naxon, bacchatam [in] iugis, viridemque Donusam, Olearon niveamque Paron atque Cycladas, sparsas per aequor, et freta crebris terris concita. Nauticus clamor exoritur vario certamine; socii hortantur [ut] petamus Cretam proavosque. Ventus, a puppi surgens, prosequitur euntis, <130> et</p>
<p>[nos] euntes</p>	<p>tandem adlabimur antiquis oris Curetum. Ergo, avidus, molior muros optatae urbis atque voco [eam] "Pergameam," et hortor gentem,</p>
<p>antiquis oris = ad antiquas oras molior (dep.) = incipio erigere</p>	<p>laetam cognomine, amare focos atque attollere arcem tectis.</p>
<p>cognomine = nomine urbis ("Pergamea") / tectis = ut praesidium</p>	<p>lamque fere puppes subductae [sunt] [in] sicco litore, iuventus</p>
<p>operata est = operam dabat, versabatur (dep.) e ... caeli = quia aer impurus erat</p>	<p>operata [est] conubiis atque novis arvis, [ego] dabam iura domosque, cum subito, [e] corrupto tractu caeli, venit lues, tabida membris</p>
<p>letifer: qui letum (mortem) fert</p>	<p>arboribusque satisque atque miseranda, et letifer annus. [Homines]</p>
<p>linquo animam = morior / dulces</p>	<p>linquebant dulcis animas aut trahebant <140> aegra corpora; tum Sirius</p>
<p>exurebat / steriles / victum = cibum</p>	<p>exurere sterilis agros, herbae arebant, et aegra seges negabat victum.</p>
<p>remenso mari = mare transientes</p>	<p>Pater hortatur ire, remenso mari, rursus ad oraclum Ortygiae</p>
<p>finem ferat fessis rebus = finem iubeat huius pessimi status (genit.)</p>	<p>Phoebumque atque precari veniam [et quaerere] quam finem ferat fessis rebus, unde iubeat temptare auxilium laborum, quo [iubeat]</p>
<p>cursus: acc. pl.</p>	<p>vertere cursus.</p>
<p>divom = deorum</p>	<p>Nox erat et somnus habebat animalia [in] terris; sacrae effigies divom atque Phrygii Penates</p>

astare = stare

qua = per quem locum

fundebat se = intrabat

delato = postquam iterum iveris

hic canit = in hoc loco dicit

Dardania incensa: ablat. absol.

permensi = postquam navigavimus

sub te = te duce

ne linque = noli relinquere

sedes ... = locus mutandus est

suasit tibi = monuit te

Cretae: locat.

potens ubere glebae = fertilis

coluerunt

minores = posteri, prognati

nobis = nostrae, nobis destinatae

a quo principe = princeps a quo

refer = dic

longaevo = seni

requirat = petat, eat (ad)

arva = agros

sopor = somnium

videbar = sentiebam

praesentia ora = facies eorum

praesentium

quos mecum a Troia atque ex mediis ignibus urbis extuleram visi [sunt] astare ante oculos [mei] iacentis <150> in somnis, manifesti multo lumine [illic] qua luna plena fundebat se per insertas fenestras. Tum sic adfari et demere curas his dictis: "Quod tibi, delato Ortygiam, Apollo dicturus est, hic canit et, en, ultro mittit nos ad tua limina. Nos, secuti te atque tua arma, Dardania incensa, nos, permensi tumidum aequor classibus sub te, idem tollemus in astra venturos nepotes atque dabimus imperium urbi [eorum]. Tu para moenia magna magnis [hominibus] atque ne linque longum laborem <160> fugae. Sedes mutandae [sunt]. Delius Apollo non suasit tibi haec litora aut iussit [te] considerare Cretae. Est locus, Grai dicunt [eum] cognomine "Hesperiam," terra antiqua, potens armis atque ubere glebae; viri Oenotri coluere [eam], nunc fama [fertur] minores dixisse gentem "Italiam," de nomine ducis. Haec [sunt] propriae sedes nobis, hinc Dardanus ortus [est] lasiusque pater, a quo principe [ortum est] genus nostrum. Age, surge et, laetus, refer haec haud dubitanda dicta longaevo parenti: requirat <170> Corythum terrasque Ausonias; Iuppiter negat tibi Dictaea arva."

Attonitus talibus visis et voce deorum –nec sopor erat illud, sed videbar coram agnoscere vultus velatasque comas praesentiaque ora; tum gelidus sudor manabat [e] toto [meo] corpore–,

corripio corpus = surgo
 manus: acc. pl.
 facio Anchisen certum = dico omnia
 Anchisei

parentes

exercite: vocat. (< exercitus, -a, -um)

tales casus: accusat. pl.
 repeto = meminisse
 portendere = monstrare
 vocare Hesperiam = loqui de
 Hesperia

quem ... moveret? = cui ... persua-
 deret? (nam nemo credebat
 Cassandrae)

deserimus = relinquimus

trabe = nave / tenuerunt

apparent = videntur
 caelum ... : solum poteramus videre
 caelum et pontum / ferens noctem
 = omnia obscura faciens

magna aequora = magnae undae

involverunt / abstulit [a nobis]

ingeminant = duplices fiunt

negat discernere = dicit se non
 posse discernere
 (memini + genit.)

corripio corpus e stratis tendoque ad caelum supinas manus cum
 voce et libo intemerata munera focus. Laetus perfecto honore, facio
 Anchisen certum atque pando [ei] rem ordine; agnovit prolem
 ambiguam geminosque parentis, <180> atque [agnovit] se deceptum
 [esse] novo errore veterum locorum. Tum memorat: "Nate, exercite
 Iliacis fati, sola Cassandra canebat mihi talis casus. Nunc repeto
 [eam] portendere haec debita [esse] nostro generi et saepe vocare
 Hesperiam, saepe Itala regna. Sed quis crederet Teucros venturos
 [esse] ad litora Hesperiae? Aut quem tum vates Cassandra moveret?
 Cedamus Phoebo et, moniti, sequamur meliora."

Sic ait, et cuncti ovantes paremus dicto. Deserimus quoque hanc
 sedem atque, paucis relictis, <190> damus vela atque currimus vastum
 aequor [in] cava trabe. Postquam rates tenuere altum [mare] nec iam
 amplius apparent ullae terrae, caelum undique et undique pontus,
 tum mihi supra caput astitit caeruleus imber ferens noctem
 hiememque, et unda inhorruit [in] tenebris. Continuo venti volvunt
 mare atque surgunt magna aequora; dispersi, iactamur [a] vasto
 gurgite. Nimbi involvere diem et humida nox abstulit caelum; ignes
 ingeminant [in] abruptis nubibus; excutimur [a] cursu et erramus in
 caecis undis. <200> Ipse Palinurus negat discernere diem noctemque
 [in] caelo nec meminisse viae in media unda.

pelago = per pelagus / tres	Adeo erramus pelago tris incertos soles [in] caeca caligine, [atque]
totidem noctes = quoque tres noctes	totidem noctes sine sidere.
attollere se = apparere	Quarto die tandem terra primum visa [est] attollere se, aperire
montes	montis procul ac volvere fumum. Vela cadunt, insurgimus remis;
adnixa = laborantes	haud mora [est]: nautae, adnixa, torquent spumas et verrunt caerula
me servatum	[aequora]. Litora Strophadum primum excipiunt me, ex undis
Graio = Graeco	servatum. Strophades, Graio nomine dictae, <210> stant in magno
colunt = habitant	(mari) Ionio, insulae quas dira Celaeno atque aliae Harpyae colunt,
Phineia domus = domus Phinei (re)liquerunt	postquam Phineia domus clausa [est] [eis] atque metu liquere priores
deorum / extulit sese = apparuit	mensas. Haud [est] [aliud] monstrum tristius illis, nec ulla pestis et ira
manus: nom. pl. fem.	deum extulit sese saevior [e] Stygiis undis. Vultus volucrum [sunt]
fame = propter famem	virginei, proluvies ventris [est] foedissima, atque manus [sunt] uncae
portus: acc. pl.	et ora semper [sunt] pallida fame. Ubi huc delati intravimus portus,
boum: genit. pl.	ecce, videmus <220> laeta armenta boum passim [in] campis
pecus, -udis n.	caprigenumque pecus per herbas nullo custode. Inruimus [eis] ferro
inruimus = impetum facimus	et vocamus divos ipsumque lovem in partem atque praedam; tum
in partem = ut partem accipiant	[in] curvo litore exstruimusque toros atque epulamur opimis dapibus.
epulamur = edimus	At Harpyiae adsunt subitae de montibus horrifico lapsu et quatiunt
horrifico lapsu = modo horrifico descendentes	alas magnis clangoribus diripiuntque dapes atque foedant omnia
diripiunt = rapiunt / dapes = cibum	immundo contactu. Tum dira vox [earum] [audita est] inter taetrum
foedant ... = modo immundo	odorem.
foedant omnia quae tangunt (nam omnia quae tangunt pessimum odorem accipit)	

in longo secessu = in magno atque
remoto loco / [nos] clausi ... instru-
imus

aris = ad aras

polluit dapes = contaminat cibum

edico = dico / capessant = capiant

haud ... faciunt = faciunt quod ego
iubeo / enses

dederunt

volucres / vim = ictum

lapsae < labor, -i, lapsus sum

semesam = esam (< edo, -ere) ad
dimidiam partem

rumpit = iacit

pro caede = propter caedem

boum: genit. pl.
stratis iuvenis = propter necatas
iuencas / insontes

figite = ponite

pando = monstro, dico, nuntio

vocatis = invocatis / portus: acc. pl.
cingetis = muniētis

Rursum in longo secessu, sub rupe cavata, clausi arboribus circum
atque horrentibus umbris, <230> instruimus mensas atque reponimus
ignem aris; rursum sonans turba, ex diverso [loco] caelicisque
latebris, circumvolat praedam uncis pedibus [atque] polluit dapes
ore. Tunc edico sociis [ut] capessant arma et bellum gerendum [esse]
cum dira gente. Haud secus ac iussi faciunt atque disponunt ensis
tectos per herbam et condunt scuta latentia. Ergo, ubi per curva
litora delapsae dedere sonitum, Misenus ab alta specula dat signum
cavo aere. Socii invadunt et temptant <240> nova proelia: foedare ferro
obscenas volucris pelagi. Sed accipiunt neque vim ullam [in] plumis
nec vulnera [in] tergo atque, lapsae sub sidera celeri fuga, relinquunt
semesam praedam et foeda vestigia.

Una, Celaeno, infelix vates, consedit in praecelsa rupe, rumpitque
hanc vocem [e] pectore: "Etiam [paratis inferre] bellum pro caede
boum stratisque iuvenis, Laomedontiadae, paratisne inferre bellum
et pellere insontis Harpyias [e] patrio regno? Ergo, accipite atque
figite [in] animis haec mea dicta <250> quae pater omnipotens
praedixit Phoebus, Phoebus Apollo [praedixit] mihi [atque] ego,
maxima Furiarum, pando vobis. Petitis Italiam cursu; atque ibitis [ad]
Italiam vocatis ventis atque licebit intrare portus, sed non cingetis
datam urbem moenibus

subigat = cogat	antequam dira fames atque iniuria nostrae caedis subigat vos
absumere = edere malis < mala, -ae (≠ malus, -a, -um)	absumere ambasas mensas [vestris] malis."
ablata < aufero, -ferre	Dixit, et pennis ablata refugit in silvam. At gelidus sanguis sociis
ceciderunt / iubent = desiderant	deriguit subita formidine; animi cecidere, nec iam amplius iubent
exposcere = poscere	exposcere pacem armis <260> sed votis precibusque, sive sint deae seu
passis < pando, -ere	dirae obscenaeque volucres. At pater Anchises, passis palmis, de
indicit = nuntiat	litore vocat magna numina atque indicit meritos honores: "Di, prohibete minas; di, avertite talem casum et, placidi, servate pios."
deripere = secare / rudentes	Tum iubet deripere funem [e] litore atque laxare excussos rudentis.
spumantibus undis = per spumantes undas / qua = per quem locum	Noti tendunt vela; fugimus spumantibus undis qua ventusque gubernatorque vocabat cursum. Iam [in] medio fluctu apparet
nemorosus = qui multa nemora habet	nemorosa Zacynthos <270> Dulichiumque Sameque et Neritos, ardua saxis. Effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna, et execramur terram
altricem Ulixi = quae aluit Ulixem	altricem saevi Ulixi. Mox aperitur [nobis] et nimbose cacumina
Apollo: templum Apollinis	Leucatae montis et Apollo, formidatus nautis. Petimus hunc, fessi, et
succedo urbi = appropinquo ad urbem	succedimus parvae urbi. Ancora iacitur de prora; puppes stant [in]
lustramur Iovi = lustramur honoris Iovis causa	litore. Ergo, potiti tandem insperata tellure, lustramurque Iovi atque incendimus aras votis atque celebramus Actia litora Iliacis ludis. <280>
oleo labente = postquam oleo unxerunt sua corpora	Nudati socii exercent patrias palaestras, oleo labente; iuvat evasisse
iuvat = placet eis / hostes	tot urbes Argolicas atque tenuisse fugam per medios hostis. Interea
sol ... : finis anni appropinquat	sol circumvolvitur magnum annum

asperat = asperas facit / figo = pono
 adversis = adversum me
 signo ... : scribo hoc in clipeo
 portus: acc. pl.
 feriunt (< ferio, -ire) ≠ ferunt
 legimus = navigamus iuxta
 subimus portu = intramus in portum

hic = tunc / aures
 potitum < potior, -iri
 urbes / cessisse = nupsisse
 amore compellere = cupiditate
 compellandi
 casus: acc. pl. / classes (= naves)

Andromache: nom. sing.
 falsi Simoentis = fluminis quod
 simile erat flumini Simoenti
 sollemnes
 Manes / tumulum ... = tumulum ubi
 viridis caespes creverat
 inanem = vacuum (sine corpore
 Hectoris) / lacrimis = lacrimarum
 Troia = Troiana

deriguit = rigida mansit

longo tempore = post longum
 tempus

et glacialis hiems asperat undas Aquilonibus [ventis]. Figo [in] postibus adversis clipeum [de] cavo aere [factum], gestamen magni Abantis, et signo rem carmine: "Aeneas [obtinuit] haec arma de Danais victoribus." Tum iubeo linquere portus et considerare [in] transtris. Socii certatim feriunt mare et verrunt <290> aequora. Protinus abscondimus aerias arces Phaeacum atque legimus litora Epiri atque subimus portu Chaonio et accedimus celsam urbem Buthroti.

Hic incredibilis fama rerum occupat aures: [dicitur] Priamiden Helenum, potitum coniugio sceptrisque Aeacidae Pyrrhi, regnare per urbis Graias, et Andromachen iterum cessisse patrio marito. Obstipui, atque pectus incensum [est] miro amore compellere virum et cognoscere tantos casus. Progredior [a] portu linquens <300> classis et litora, cum forte Andromache, ad undam falsi Simoentis, ante urbem, in luco, libabat sollemnis dapes et tristia dona cineri [Hectoris] atque vocabat Manis ad tumulum Hectoreum viridi caespite quem, inanem, sacraverat et [ad] geminas aras, causam lacrimis. Ut conspexit me venientem et, amens, vidit Troia arma circum, exterrita magnis monstris deriguit in medio visu, calor reliquit ossa [eius], labitur, et tandem vix longo tempore fatur: "Verane [est] [haec] facies? Verus nuntius mihi adfers <310> te, nate dea? Vivisne?"

recessit a te = reliquit te

subicio = dico

hisco = aperio os

ne dubita = noli dubitare

tanto = tam magno

Pyrrhin = Pyrrhine (Pyrrhi-ne)
Pyrrhin ... ? = adhuc es uxor Pyrrhi?

iussa mori = quae, iussa a deis,
mortua est
sortitus (acc. pl.) = sortes

heri < herus, -i (= erus, -i)
enixae in servitio = liberos parientes
in servitute
fastus (acc. pl.) = arrogantiam

transmisit = dedit

flammatu = incensus, ardens

agitatus ... : quia matrem necaverat

obtruncat = necat / ad = prope
morte = post mortem
cessit = data est

addidit = quoque aedificavit
Pergama: plur. pro sing.
dederunt

nostris oris = ad nostras oras
quid ... = quid accidit Puero Ascanio?
vescitur (dep.) aura (ablat.)? = vivit?

Aut, si alma lux recessit [a te], ubi est Hector?" Dixit, atque effudit lacrimas et implevit omnem locum clamore. Vix pauca [verba] subicio [ei] furenti et, turbatus, hisco raris vocibus: "Vivo equidem, atque duco vitam per omnia extrema. Ne dubita, nam vides vera. Heu, quis casus excipit te, deiectam [a] tanto coniuge? Aut quae fortuna satis digna revisit [te], Andromache Hectoris? Pyrrhin conubia servas?"

Deiecit vultum et locuta est <320> demissa voce: "O felix ante alias una, Priameia virgo, iussa mori ad hostilem tumulum sub altis moenibus Troiae, quae non pertulit ullos sortitus nec captiva tetigit cubile victoris heri! Nos, patria incensa, vectae per diversa aequora, enixae [in] servitio tulimus fastus Achilleae stirpis atque superbum iuvenem, qui deinde secutus [est] Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos, atque transmisit me, famulam, famulo Heleno habendam. Ast Orestes, flammatus magno amore <330> ereptae coniugis et agitatus furiis scelerum, excipit illum incautum atque obtruncat [eum] ad patrias aras. Morte Neoptolemi pars regnorum, reddita, cessit Heleno, qui a Troiano Chaone dixit campos "Chaonios" atque omnem [terram] "Chaoniam," atque addidit Pergama atque hanc Iliacam arcem [his] iugis. Sed qui venti, quae fata dedere cursum tibi? Aut quisnam deus appulit [te] ignarum nostris oris? Quid puer Ascanius? Superatne et vescitur aura?"

(sententia imperfecta est)
 ecqua = aliqua
 ecquid = fortasse

viriles

fletus: acc. pl.
 incassum = frustra, nequiquam
 adfert sese = venit

inter singula verba = dum loquitur
 agnosco ... = video parvam urbem
 similem Troiae / Pergama: pl. pro
 sing.

Nec non et = Et quoque

aulai: genit. sing.

Bacchi = vini
 in auro = in aureis patinis

aurae = venti

carbasus: genus velae

divum = deorum
 sentis = scis interpretari

pennae = avis (sing. pro pl.)
 fare: imperat.
 religio = oraculum
 numine = sua voluntate
 temptare = conari pervenire ad

nefas dictu = quod dici non potest
 tristes

Quem tibi, iam Troia... <340> Ecqua cura tamen amissae parentis est puero? Ecquid, et pater Aeneas et avunculus Hector excitat [eum] in antiquam virtutem animosque virilis?"

Talia fundebat lacrimans, atque ciebat longos fletus incassum, cum heros Helenus Priamides adfert sese a moenibus, multis comitantibus, agnoscitque suos laetusque ducit [eos] ad limina, et multum fundit lacrimas inter singula verba. Procedo et agnosco parvam Troiam atque Pergama simulata [ex] magnis [Pergamis] et arentem rivum <350> cognomine Xanthi, atque amplector limina portae Scaeeae. Nec non et Teucri simul fruuntur socia urbe. Rex accipiebat illos in amplis porticibus; [in] medio aulai libabant pocula Bacchi, dapibus [in] auro impositis, atque tenebant pateras.

Iamque dies alterque dies processit, et aurae vocant vela atque carbasus inflatur tumido Austro. Adgredior vatem his dictis ac quaeso talia: "Troiu gena, interpres divum, qui [sentis] numina Phoebi, qui [sentis] tripodas et lauros Clarii, qui sentis <360> sidera et linguas volucrum et omina praepetis pennae: fare, age, namque omnis prospera religio dixit mihi cursum et cuncti divi suaserunt numine petere Italiam et temptare repostas terras; sola Harpya Celaeno canit [nobis] prodigium novum atque nefas dictu et denuntiat tristis iras obscenamque famem; quae pericula vito prima?"

quidve ... superare = quid facere possum ut superem	Quidve sequens possim superare tantos labores?"
de more = ad consuetudinem divum = deorum	Hic Helenus, primum caesis iuvenis de more, exorat pacem divum atque resolvit <370> vittas sacrati capitis atque ipse ducit me manu at
suspensum = anxium	tua limina, Phoebe, suspensum multo numine, atque deinde sacerdos
fides ... mihi = constat, video	canit haec ex divino ore: "Nate [e] dea –nam fides manifesta [est
maioribus auspiciis: quia dei ducunt te / deorum	mihi] te ire per altum [mare] maioribus auspiciis, sic rex deum
(ut + comparat. > quo + comparat.)	sortitur fata volvitque vices, [atque] is ordo vertitur–, expediam tibi
fari = dicere / longa via dividit	[meis] dictis pauca e multis, quo tutior lustres hospita aequora et
rere = reris (< reor)	possis considerare [in] Ausonio portu; nam Parcae prohibent Helenum
portus: acc. pl.	scire cetera atque Saturnia luno <380> vetat [me] fari. Principio, longa
aequor salis = superficies maris	via, longis terris in via, procul dividit Italiam, quam tu iam rere
lacus: nom. pl.	propinquam [esse] atque, ignare, [cuius] vicinos portus paras
componere = aedificare	invadere; et remus lentandus [est] in unda Trinacia, et aequor salis
teneto: fut. imperat. cum iacebit tibi alba sus = cum videbis albam suem	Ausonii lustrandum [est] navibus atque lacus inferni atque insula
enixa ... caput = habens triginta fetus (acc. pl.)	Aeaeaeque Circae, antequam possis componere urbem [in] tuta
requies = finis nec horresce = et noli horrescere morsus: acc. pl. / aderit = iuvabit te	terra. Tibi dicam signa, tu teneto [ea] condita [in] mente: cum iacebit tibi, sollicito, ad undam secreti fluminis, ingens alba sus, <390> inventa
	sub litoreis illicibus, enixa triginta fetus caput, recubans [in] solo, [et] albi nati circum ubera [eius], is erit tibi locus urbis, ea [erit] certa
	requies laborum. Nec tu horresce futuros morsus mensarum: fata
	invenient viam atque Apollo, vocatus, aderit.

perfunditur ... = rigatur nostro mari

hic = in hoc loco

milite: sing. pro pl.

subnixa = protecta, defensa

velare: pass. imperat.

ignes / (ali)qua

tenento, teneto: fut. imperat.

Maneant ... = servent tui nepotes
hanc religionem

orae Siculae (dat.) = ad oras Siculas

petatur tibi tellus = debes petere
tellurem

ferunt = dicunt

[loca] convulsa: acc. pl.
vasta ruina: ablat. sing.

abscidit = abiunxit

aestu = mari

obsidet = tenet, occupavit

fluctus: acc. pl. / in abruptum =
repente

unda: ablat. sing.

sidera: acc. pl.

Effuge autem has terras atque hanc oram Itali litoris, quae, proxima, perfunditur aestu nostri aequoris: cuncta moenia habitantur malis Graeis. Hic et Narycii Locri posuerunt moenia et Lyctius Idomeneus obsedit Sallentinos campos <400> milite; hic [iacet] illa parva Petelia, subnixa muro ducis Meliboei Philoctetae. Quin, ubi classes, transmissae trans aequora, steterint et, positis aris, iam solves vota in litore, adopertus purpureo amictu velare comas, ne inter sanctos ignis in honore deorum qua hostilis facies occurrat et turbet omina; [tui] socii [tenento] hunc morem sacrorum, ipse [tu] teneto. Maneant nepotes casti in hac religione. Ast ubi ventus admoverit te, digressum, orae <410> Siculae et claustra angusti Pelori rarescent, petantur tibi longo circuitu tellus laeva et aequora laeva, fuge dextrum litus et undas [dextras]. Ferunt quondam haec loca, cum protinus utraque tellus una foret, dissiluisse convulsa vi et vasta ruina –tantum longinqua vetustas aevi valet mutare–: pontus venit vi [in] medio et undis abscidit Hesperium latus [a] Siculo [latus] atque interluit arva et urbes, diductas [nunc] [a] litore angusto aestu.

Scylla obsidet dextrum latus, implacata Charybdis <420> [obsidet] laevum, atque ter sorbet vastos fluctus in abruptum [in] imo gurgite barathri atque rursus erigit [eos] alternos sub auras, et unda verberat sidera.

naves	At spelunca cohibet Scyllam [in] caecis latebris, exsertantem ora et trahentem navis in saxa. Prima [pars] [videtur] facies hominis et virgo
pube tenus = usque ad pubem	pulchro pectore pube tenus, postrema [pars] [videtur] pistrix immani corpore, commissa caudas delphinum [cum] utero luporum. Praestat [te], cessantem, lustrare metas Trinacii Pachyni et circumflectere
praestat = melius est praestat lustrare ... quam vidisse	longos cursus <430> quam semel vidisse informem Scyllam sub vasto antro et saxa resonantia caeruleis canibus. Praeterea, si qua prudentia est Heleno vati, si qua fides, si Apollo implet animum veris, tibi, nate [e] dea, praedicam unum illud, atque unum pro omnibus, et monebo repetens [id] iterumque iterumque: primum adora numen magnae lunonis prece, libens cane vota lunoni, atque supera potentem dominam supplicibus donis; sic denique, Trinacia relicta, <440> victor mittere [ad] Italos fines.
cursus: acc. pl.	
(ali)qua	
(ali)qua / implet ... = vera ei dicit	
adora ... = adora magnam lunonem precibus	
supplex, -icis: adiect.	
mittere = mitteris	
lacus: acc. pl.	Ubi, huc delatus, accesseris urbem Cumaeam divinosque lacus et Averna sonantia silvis, aspicias insanam vatem quae sub ima rupe canit fata atque mandat notas et nomina foliis. Quaecumque carmina descripsit in foliis, virgo digerit [ea] in numerum atque relinquit [ea] seclusa [in] antro. Illa manent immota [in] locis neque cedunt ab ordine. Verum cum, cardine verso, tenuis ventus impulit eadem et ianua turbavit teneras frondes, numquam curat deinde prendere [ea], [in] cavo saxo <450> volitantia,
sonantia silvis = ubi frons arborum sonat vento mandat = scribit / foliis = in foliis	
in numerum = ordine	
illa: carmina / neque cedunt ab ordine = atque non mutant ordinem verum = sed / eadem = carmina	
frondes = folia / prendere = colligere	

situs: acc. pl.	nec revocare [ea] [ad] situs aut iungere carmina. [Homines] abeunt
oderunt / hic = in hoc loco / (ali)qua	inconsulti atque odere sedem Sibyllae. Hic ne qua dispendia morae
tanti: genit. pretii / vocet vela = hor- tetur (dep.) ad navigandum	fuerint tibi tanti, quamvis socii increpitent et cursus vocet vi vela in
sinus: acc. pl.	altum [mare] possisque implere secundos sinus [velorum] [vento],
quin = cave ut non	quin adeas vatem atque precibus poscas [ut] ipsa canat atque volens
ora: pl. pro sing. expediet = monstrabit	resolvat vocem atque ora. Illa tibi expediet populos Italiae
feras = patiaris / cursus: acc. pl.	venturaque bella et quo modo atque quem laborem fugiasque
liceat ... : possum tibi dicere	ferasque, atque, venerata [a te], dabit [tibi] secundos <460> cursus.
fer: imperat. / aethera: Graecus acc.	Haec sunt quae liceat te moneri nostra voce. Vade, age, et [tuis] factis fer ingentem Troiam ad aethera."
imperat dona gravia ferri	Quae postquam vates sic effatus est ore amico, imperat dehinc dona,
naves / stipat = cumulat	auro ac secto elephanto gravia, ferri ad navis, stipatque [in] carinis
loricam consertam	ingens argentum Dodonaeosque lebetas, loricam trilicem hamis
insignis galeae, comantis: genit.	auroque consertam et conum insignis galeae cristasque comantis,
sunt ... = quoque dat dona parenti meo	arma Neoptolemi. Sunt et sua dona parenti [meo]. Addit equos,
supplet remigium = dat nobis remiges	additque duces, <470> supplet remigium, simul instruit socios armis.
(ali)qua	Interea Anchises iubebat aptare classem velis, ne qua mora fieret
dignate, erepte: vocat. / deorum	vento ferenti. Quem interpres Phoebi compellat multo honore:
arripe = perveni ad	"Anchisa, dignate superbo coniugio Veneris, cura deum, bis erepte
praeterlabare = navigare iuxta	[e] Pergameis ruinis, ecce tibi tellus Ausoniae: arripe hanc velis; et tamen necesse est praeterlabare hanc [in] pelago:

quid = cur	illa pars Ausoniae quam Apollo pandit [iacet] procul. Vade," ait, "o felix pietate [tui] nati. Quid ultra <480> provehor et, fando, demoror surgentis Austros?"
surgentes	
vestes	Nec minus Andromache, maesta supremo digressu, fert vestis, subtemine auri picturatas, et Phrygiam chlamydem Ascanio (nec cedit [in] honore) atque onerat [eum] textilibus donis, ac talia fatur:
nec cedit in honore = atque non inferior apparet in honorando	"Accipe et haec, quae tibi sint monimenta mearum manuum, puer, et testentur longum amorem Andromachae, coniugis Hectoreae. Cape extrema dona tuorum, o sola imago mei Astyanactis [quae] mihi super [manet]! Sic ille ferebat <490> oculos, sic manus, sic ora, et nunc pubesceret tecum aequali aevo."
et = quoque	
Hectoreae = Hectoris	
extrema = ultima	
sic ... oculos = tales oculos habebat manus: acc. pl. aequali aevo = aequum numerum annorum nato	
adfabar hos = loquebar his	Ego, digrediens, adfabar hos lacrimis obortis: "Vivite felices, [vos] quibus sua fortuna iam peracta est; nos vocamur ex aliis [fatis] in alia fata. Vobis parta [est] quies: nullum aequor maris arandum [est], neque arva Ausoniae, semper retro cedentia, quaerenda [sunt]. Videtis effigiem Xanthi Troiamque quam vestrae manus fecere – melioribus auspiciis, opto– et quae fuerit minus obvia Graeis. Si quando intraro Thybrim vicinaque Thibridis arva <500> atque cernam moenia data meae genti, faciemus [has] urbes olim cognatas atque [hos] populos propinquos, Hesperiam Epiro –quibus idem auctor [est], Dardanus, atque idem casus–, utramque unam Troiam,
peracta = facta	
parta est = iam adest	
semper ... = ad quae pervenire non possumus fecerunt	
quae ... = contra quam Graeci impetum non facient (ali)quando / intraro = intravero	
faciemus unam	
Hesperiam [propinquam] Epiro (dat.) / auctor = conditor casus = fatum / utramque = utrosque [populos]: "utrosque" attractum est ad "Troiam"	

pelago = per pelagus
 undis = per undas
 sortiti remos = sortiti vigiliis iuxta
 remos habendas
 ad undam = iuxta mare
 artus: acc. pl.
 e strato = e lecto / omnes
 aera: Graecus acc.
 tacito caelo = per tacitum caelum

 Oriona: Graecus acc.
 constare = quiete manere

 pandimus = aperimus

 stellis fugatis = postquam stellae
 abierant
 colles
 induit ... = ponit coronam circum
 cratera (Graecus acc.)
 corona: ablat. sing. / mero = puro

 ferte = date [nobis]
 patescit = apparet

 legunt = colligunt, complicant
 torquent = vertunt

[in] [nostris] animis: maneat ea cura [ad] nostros nepotes."

Provehimur pelago [ad] iuxta vicina Ceraunia, unde iter [ad] Italiam
 cursusque undis [est] brevissimus. Sol interea ruit et montes
 umbrantur opaci; sortiti remos, sternimur ad undam [in] gremio
 optatae telluris atque curamus corpora passim in sicco <510> litore;
 sopor inrigat fessos artus. Necdum nox, Horis acta, subibat medium
 orbem: haud segnis Palinurus surgit [e] strato et explorat omnis
 ventos atque captat aera auribus. Notat cuncta sidera tacito caelo
 labentia: Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones, atque
 circumspicit Oriona, armatum auro. Postquam videt cuncta constare
 [in] caelo sereno, dat clarum signum e puppi; nos movemus castra
 temptamusque viam et pandimus alas <520> velorum.

iam Aurora rubescebat, stellis fugatis, cum procul videmus obscuros
 collis humilemque Italiam. "Italiam," primus conclamat Achates;
 "Italiam," salutant socii laeto clamore. Tum pater Anchises induit
 magnum cratera corona implevitque mero [vino], atque stans in celsa
 puppi vocavit divos: "Di potentes maris et terrae tempestatumque,
 ferte facilem viam vento et spirate secundi." Optatae aurae
 crebrescunt portusque iam propior patescit, <530> templumque
 Minervae apparet in arce; socii legunt vela et torquent proras ad
 litora. Portus [apparet] ab Euroo fluctu curvatus in arcum,

obiectae cautes = obiecta saxa	obiectae cautes spumant salsa aspergine, [atque] ipse [portus] latet;
templum refugit = templum distat paulum nivali candore = albos ut nivem	turriti scopuli demittunt bracchia gemino muro, atque templum refugit ab litore. Hic vidi primum omen, quattuor equos nivali candore, in gramine, tondentis late campum. Et pater Anchises "O
tondentes = herbam edentes	terra hospita, portas bellum: equi armantur bello, haec armenta
portas = nuntias / bello = ad bellum armenta = animalia quadripedes = equi	minantur <540> bellum. Sed tamen idem quadripedes olim sueti [sunt]
succedere curru = currum trahere	succedere curru et ferre concordia frena [sub] iugo; et spes pacis
armisonae = cuius arma sonant	[apparet]" ait. Tum precamur numina sancta armisonae Palladis,
ovantes / velamur = operimur velo capita: acc. respectus praeceptis = propter praecepta	quae prima accepit [nos] ovariantis, et ante aras velamur capita Phrygio amictu, atque praeceptis Heleni, quae [is] dederat [nobis] [ut] maxima, adolemus rite iussos honores Iunoni Argivae. Haud mora [est]: perfectis votis continuo ordine, obvertimus cornua velatarum antemnarum atque linquimus domos Graiugenum suspectaque arva <550>.
cornua = extremas partes, fines velata antemna = antemna quae velam habet / Graiugenum: genit. suspecta arva = arva ubi suspicimus Graecos habitare	
cernitur = videtur	Hinc cernitur sinus Herculei Tarenti (si vera est fama); contra, attollit se diva Lacinia, Caulonisque arces et navifragum Scylaceum. Tum procul cernitur e fluctu Trinacia Aetna, et audimus longe gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa atque voces fractas ad litora, vadaque exsultant atque harenae miscentur aestu. Et pater Anchises [dixit] "Nimirum, hic [iacet] illa Charybdis, Helenus canebat hos scopulos, haec horrenda saxa.
navifragum = qui naves frangit	
e fluctu = e fluctu emergens longe = procul pulsata [undis] / voces [undarum]	
aestu = aqua, undis	
canebat hos scopulos = loquebatur de his scopulis	

insurgo remis = incumbo remis, me confero ad remos	Eripite [nos a periculo], o socii, pariterque insurgite remis." <560>
Haud ... = Faciunt ea quae iussa sunt	Haud minus ac iussi faciunt, atque Palinurus primus contorsit proram ad laevas undas; cuncta cohors petivit laevam remis ventisque.
subducta = remota	Tollimur in caelum curvato gurgite et, unda subducta, [nos] idem desedimus ad imos Manis. Ter scopuli dedere clamorem inter cava saxa, ter vidimus spumam elisam et astra rorantia [nos]. Interea ventus cum sole reliquit [nos], fessos, ignarique viae adlabimur oris Cyclopum. Portus ipse, ab accessu ventorum, [iacet] immotus et ingens, <570> sed iuxta tonat Aetna horrificis ruinis, interdumque prorumpit ad aethera atram nubem, piceo turbine et candente favilla fumantem, attollitque globos flammaram et lambit sidera; interdum erigit eructans scopulos atque avulsa viscera montis, atque cum gemitu glomerat sub auras liquefacta saxa atque exaestuat [in] imo fundo. Fama est corpus Enceladi, fulmine semustum, urgeri hac mole, atque ingentem Aetnam, impositam super, exspirare flammam ruptis caminis, <580> et [eum] fessum, quotiens mutet latus, omnem Trinaciam intremere murmure et caelum subtexere fumo.
Manes / dederunt	
elisam (< elido) = ruptam rorantia = umectantia adlabimur oris = pervenimus ad oras	
ab accessu ventorum = protectus a ventis iuxta = prope	
prorumpit = iacit aethera: Graecus acc.	
avulsa < avello, -ere	
glomerat = cumulat	
fama est = dicitur, fertur urgeri (pass. infinit.) = iacere compressum ab	
mutet latus = iacens vertat se ad alterum latus subtexere = operiri, celari	
tecti = protecti	
quae ... = quae sit causa sonitus (genit. sing.)	
nox intempesta = iam ultima pars noctis	
	Tecti silvis, illum noctem perferimus immania monstra, nec videmus quae causa det sonitum, nam neque erant ignes astrorum nec lucidus polus [in] siderea aethra, sed nubila [in] obscuro caelo, et nox intempesta tenebat lunam in nimbo.

postera = insequens	lamque postera dies surgebat primo Eoo, atque Aurora dimoverat
nova ... = ignotus vir	umentem umbram [e] polo, cum subito e silvis procedit nova forma
confecta = affecta / cultu = habitu	viri ignoti, confecta suprema <590> macie atque miseranda cultu,
manus: acc. pl. inluyies = sordes, squalor immissa = non tonsa / tegimen = vestis / cetera: acc. respectus	supplexque tendit manus ad litora. Respicimus: dira inluyies immissaque barba, tegimen consertum spinis; at cetera Graius [erat], et quondam missus in patriis armis ad Troiam. Isque, ubi procul vidit
habitus: acc. pl.	Dardanios habitus et Troia arma, conterritus aspectu paulim haesit
continuit gradum = fecit finem ambulandi	continuitque gradum; mox tulit sese ad litora praeceps cum fletu precibusque: "Per sidera testor, per superos atque hoc spirabile
tollite me = capite me vobiscum	lumen <600> caeli, tollite me, Teucris, abducite [me] [ad] quascumque
fateor = confiteor	terras! Hoc sat erit. Scio me unum [esse] e Danais classibus et fateor
petiisse ... = conatum esse bellum gerere ad Iliacos Penates fluctus: acc. pl.	petiisse bello Iliacos Penatis. Pro quo, si tanta est iniuria nostri sceleris, spargite me in fluctus atque immergite [me] [in] vasto ponto; si pereo, iuvabit periisse manibus hominum."
iuvabit = placebit, melius erit	
amplexus < amplector	Dixerat, et haerebat amplexus [mea] genua atque volutans genibus
fari = dicere / cretus = natus	[suis]. Hortamur [eum] fari qui sit, [e] quo sanguine cretus, fateri
agitet = turbet	quae fortuna deinde agitet [eum]. Ipse pater Anchises, haud multa moratus, <610> dat dextram iuveni atque firmat animum [eius]
praesenti pignore = hoc signo benevolentiae	praesenti pignore. Ille, deposita formidine, tandem haec fatur: "Sum ex Ithaca patria, comes infelicis Ulixi, nomine Achaemenides,
genitore ... : quia meus genitor Adamastus pauper erat	profectus Troiam genitore Adamasto paupere

trepidi = timentes

deseruerunt

sanies, -ei = sanguis, -inis
sanie dapibusque: ablat. descriptio-
nis

ulli: dat. / vescitur (dep.) visceribus =
edit viscera (< viscus, eris n.)
resupinus = iacens

ad = contra

natarent = stagnarent
manderet < mando, -ere
tabo = sanguine / artus: nom. pl.

oblitus est sui = oblitus est suae
naturae
discrimine = periculo
expletus = plenus

iacuit < iaceo (≠ iacio)
frusta (≠ frustra) < frustum
vices: ea quae cuique facienda sunt

lumen = oculum

instar + genit. = idem ac

umbras = neces, caedes

rumpite = secate

pressat ubera: ut lac obtineat

–atque utinam mansisset fortuna!– Hic socii, dum trepidi linquunt
crudelia limina, immemores deseruere me in vasto antro Cyclopis. Est
domus sanie dapibusque cruentis, opaca intus, ingens; ipse arduus
[est], atque pulsat alta sidera –di, avertite talem pestem <620> [a]
terris!– nec facilis visu nec adfabilis dictu ulli; vescitur visceribus
miserorum et atro sanguine: egomet vidi cum, resupinus in medio
antro, frangeret ad saxum duo corpora de numero nostro, prensa
manu, atque limina natarent aspersa sanie. Vidi cum manderet
membra, atro tabo fluentia, et [cum] tepidi artus tremerent sub
dentibus.

Haud impune quidem, nec Ithacus Ulixes talia passus [est] oblitusve
est sui [ipsius] [in] tanto discrimine, nam [Cyclops], simul expletus
dapibus atque sepultus <630> vino, posuit cervicem inflexam atque
iacuit per antrum, immensus, per somnum eructans saniem et frusta
cruento mero commixta; nos, precati magna numina sortitique vices,
una undique circum fundimur et acuto telo terebramus ingens lumen
quod latebat solum sub torva fronte, instar Argolici clipei aut
Phoebeae lampadis, et tandem laeti ulciscimur umbras sociorum. Sed
fugite, o miseri, fugite atque rumpite <640> funem ab litore. Nam
qualis quantusque Polyphemus in cavo antro claudit lanigeras
pecudes atque pressat ubera,

vulgo = ubique / ad = iuxta	centum alii Cyclopes infandi vulgo habitant ad haec curva litora et
iam ... = iam ter cornua lunae ...	errant [in] altis montibus. Iam tertia cornua lunae complent se
traho vitam = habito, vivo	lumine cum [interea] traho vitam in silvis inter deserta lustra
Cyclopas: acc. pl.	domosque ferarum atque prospicio ab rupe vastos Cyclopas atque
pedum < pes, pedis	tremesco sonitum pedum vocemque [eorum]. Rami dant [mihi]
victus, -us = cibus, -i	infelicem victum, bacas lapidosaque corna, et herbae <650> pascunt
pascunt = alunt	[me] vulsis radicibus. Conlustrans omnia, conspexi primum hanc
vulsis (< vello, -ere) = quas ego vello	classem ad litora venientem; addixi me huic [classi], quaecumque
addixi = dedi, ieci	fuisset, satis est effugisse gentem nefandam; vos potius absumite
quocumque leto: et necate me si vultis	hanc animam quocumque leto."
moventem se vasta mole = moventem suum magnum corpus cui ... = qui nunc caecus est	Vix ea fatus erat cum [in] summo monte videmus ipsum pastorem Polyphemum moventem se vasta mole inter pecudes et petentem nota litora, monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum [est]; trunca pinus regit manum et firmat vestigia; lanigerae oves comitantur; ea sola voluptas <660> [est] [ei] solamenque mali. Postquam tetigit altos fluctus et venit ad aequora, lavit inde fluidum cruorem effossi luminis infrendens dentibus gemitu, graditurque iam per medium aequor, necdum fluctus tinxit ardua latera. Nos procul trepidi, recepto supplice sic merito, inde celerare fugam tacitique incidere funem, et proni vertimus [proras] [ad] aequora certantibus remis.
trunca ... : utitur trunca pino ut baculo	
fluctus: acc. pl.	
luminis = oculi	
graditur (dep.) = ambulat / aequor = mare / tinxit = pervenit ad, tangit celeramus	
incidimus (= secamus)	
certantibus remis = cito remigantes tamquam si in certamine essemus	

vestigia = passus (acc. pl.)
ubi nulla potestas datur ei = ubi non poterat

aequare fluctus (acc. pl.): = tam cito progredi quam fluctus

contremuerunt

portus: plur. pro sing.

adstantes / nequiquam: nequiquam quia non videbant nos ferentes

aeriae quercus: nomin. pl. f. cyparissus, -i f. agit = iubet, monet, cogit

praecipites / rudentes quocumque = ad quemcumque locum
ni teneant cursus (acc. pl.) = non tenere cursus
parvo discrimine = paene aequales dare ... = recedere / adest = apparet

praetervehor = vehor praeter ostia: plur. pro sing. sinus: acc. pl.

relegens = iterum legens

errata litora = litora iuxta quas iam erraverat dixerunt (= vocaverunt)

fama est = dicitur, fertur

subter = sub

[Is] sensit, et torsit vestigia ad sonitum vocis. Verum, ubi nulla potestas <670> adfectare [nos] dextra [manu] datur [ei] nec potis [est] aequare Ionios fluctus sequendo, tollit clamorem immensum quo pontus et omnes undae atque tellus Italiae, exterrita, penitus contremuere, atque immugiit Aetna curvis cavernis.

At genus Cyclopus, excitum e silvis et altis montibus, ruit ad portus et complent litora. Cernimus Aetnaeos fratres adstantis, nequiquam lumine torvo, ferentis capita alta caelo, concilium horrendum: quales cum [in] celso vertice aeriae quercus aut coniferae cyparissi <680> constiterunt, silva alta Iovis lucusve Dianae. Acer metus agit [nos] praecipitis excutere rudentis quocumque et intendere vela secundis ventis. Contra, iussa Heleni monent ni teneant cursus inter Scyllamque Charybdisque, utramque viam leti parvo discrimine; certum est dare linthea retro. Ecce autem Boreas adest, missus ab angusta sede Pelori: praetervehor ostia Pantagiae [in] vivo saxo [sita] Megarosque sinus Thapsumque [ad mare] iacentem. Talia litora monstrabat [nobis] Achaemenides, comes infelicis Ulixi, relegens retrorsus <690> [illa] errata [litora]. [In] sinu Sicano iacet insula, praetenta contra undosum Plemurium; priores dixerunt [eam] nomen "Ortygiam." Fama est Alpheum, amnem Elidis, huc egisse occultas vias subter mare,

Arethusa: vocat.	qui nunc, Arethusa, confunditur Siculis undis [in] tuo ore. [Nos], iussi,
exsupero = relinquo	veneramur magna numina loci, et inde exsupero praepingue solum
radimus = navigamus iuxta	stagnantis Helori. Hinc radimus altas cautes proiectaque saxa
a fati... = quam fata numquam concesserunt moveri	Pachyni, et procul apparet Camerina, [a] fati numquam concessa
immanis = mirabilis, maximi	moveri, <700> campique Geloi, atque Gela, dicta cognomine immanis fluvii.
magnanimorum	Inde arduus Acragas, quondam generator magnanimum equorum,
longe = procul	ostentat longe maxima moenia; atque datis ventis linquo te, palmosa
lego = video / caecis saxis = saxis quae non videntur	Selinus, et lego Lilybeia vada, dura caecis saxis. Hinc portus Drepani
hic = in hoc loco	et inlaetabilis ora accipit me. Hic, actus tot tempestatibus pelagi, heu,
casus: genit. sing.	amitto genitorem Anchisen, levamen omnis curae casusque. Hic,
erepte: vocat. / deseris = relinquis	pater optime, nequiquam erepte [e] tantis periclis, deseris me, fessum! <710> Nec vates Helenus, cum moneret multa horrenda,
luctus: acc. pl. / dira = terribilis	praedixit mihi hos luctus, non dira Celaeno [praedixit]. Hic [fuit] labor
appulit = pepulit (< pello, -ere)	extremus, haec [fuit] meta longarum viarum. Deus appulit me, hinc digressum, vestris oris.>>
vestris oris = ad vestras oras (hic finem habet narratio ad initium capitis secundi incepta)	Sic pater Aeneas, unus omnibus intentis, renarrabat fata divum atque
unus... = qui unus loquebatur dum omnes intenti audiebant	docebat [suos] cursus. Conticuit tandem atque, fine hic facto, quievit.
divum = deorum / cursus: acc. pl.	
hic = in hoc loco narrationis	

LIBER IV

saucia = vulnerata

multa = tanta / gentis [Troianae]

haerent = manent

nec cura dat = atque cura non dat

male sana = insana

unanima = quae idem sentit

suspensam = nescientem quid
faciendum sit

succedit sedibus = intravit in sedes

quem ... = quam faciem monstrans!

arguit = monstrat

exhausta = usque ad finem facta

ne vellem sociare = non sociare
(ali)cui

deceptam morte: quia primus
coniunx mortuus est

forsan = fortasse

huic uni culpae = solum huic culpae

Penates

sensus: acc. pl.

adigat = iaciat

At regina, saucia iamdudum gravi cura, alit vulnus [in] venis et
carpitur caeco igni; multa virtus viri multusque honos gentis recursat
[in] animo [reginae]; vultus verbaque [Aeneae] haerent infixi [in]
pectore nec cura dat placidam quietem membris [reginae]. Postera
Aurora lustrabat terras Phoebea lampade atque dimoverat umentem
umbram [a] polo, cum sic, male sana, adloquitur unaniam sororem:
"Anna soror, quae insomnia terrent me suspensam! Quis hic novus
hospes <10> successit nostris sedibus! Quem ferens se [in] ore! Quam
forti pectore et armis! Credo equidem, nec vana [est] [mea] fides,
[eum] esse genus deorum. Timor arguit degeneres animos. Heu, ille,
quibus fatis iactatus [est]! Quae bella exhausta canebat! Si mihi non
sederet fixum immotumque [in] animo ne vellem sociare me cui
iugali vinclo, postquam primus amor fefellit [me] deceptam morte, si
non pertaesum [mihi] fuisset thalami taedaeque [nuptialis], fors
potui succumbere huic uni culpae. Anna, fatebor enim, post fata
miseri coniugis Sychaei <20> et [post] Penatis fraterna caede sparsos,
solus hic inflexit [meos] sensus atque impulit animum labantem.
Agnosco vestigia veteris flammae. Sed optem prius vel ima tellus
dehiscat mihi vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,

pallentes	[ad] pallentis umbras Erebi noctemque profundam, ante quam violo
resolvo = rumpo / abstulit < aufero	te, Pudor, aut resolvo tua iura. Ille, qui primus iunxit me sibi, abstulit
ille: mortuus coniunx Sychaeus	meos amores; ille habeat [eos] secum servetque [eos] [in] sepulcro."
	Sic effata, implevit sinum obortis <30> lacrimis. Anna refert: "O [tu],
sosori tuae: mihi carpere = carperis noris = noveris / dulces	sorori [tuae] magis dilecta luce, solane maerens carpere [in] perpetua
Manes / flexerunt	iuventa nec noris dulcis natos nec praemia Veneris? Credis cinerem
Lybiae: locat.	aut sepultos Manis curare id? Esto: nulli mariti quondam flexere [te]
ductores = duces	aegram, non Lybiae, non ante Tyro; Iarbas despectus [est]
placito amori: cum placito amore	ductoresque alii, quos Africa terra, dives triumphis, alit. Etiam
consederis = habitaveris	pugnabisne placito amori? Nec venit in mentem [in] arvis quorum
	consederis? Hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello, <40> et
deserta siti (dat.) = sine aqua dicam bella = dicam de bellis	infreni Numidae cingunt [te], et inhospita Syrtis; hinc [cingunt te]
quam: exclamat.	regio deserta siti atque Barcaei late furentes. Quid dicam bella Tyro
quae: exclamat.	surgentia atque minas germani [tui]? Reor equidem auspibus dis et
Teucrorum / quantis: exclamat.	lunone secunda Iliacas carinas tenuisse hunc cursum vento. Quam
modo = solum indulge hospitio = accipe eos ut hostes per longum tempus	urbem, hanc, tu cernes, soror, quae regna [cernes] surgere [e] tali
pelago = per pelagus	coniugio! Armis Teucrum comitantibus, quantis rebus Punica gloria
	attollet se! Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis <50> indulge
	hospitio atque innecte causas morandi, dum hiems et aquosus Orion
	desaevit pelago atque rates quassatae [manent], dum caelum
	[manet] non tractabile."

delubra = templa	His dictis flammavit animum impenso amore atque dedit spem
de more = ut solebant / bidentes	dubiae menti solvitque pudorem. Principio adeunt [ad] delubra atque
omnes cui ... = quae curat de vinclis iugalis	per aras exquirunt pacem; de more mactant lectas bidentis [oves]
candentis = albae	legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo, lunoni ante omnis, cui
deorum / spatiatur (dep.) = it pingues / instaurat = celebrat, incipit inhians = avido modo / exta = vis- cera / reclusis = apertis quid = quo modo	vincla iugalia [sunt] curae. Ipsa pulcherrima Dido, <60> tenens pateram
est (= edit) < edo, edere	[in] dextra, fundit [eam] inter media cornua candentis vaccae, aut
uritur = ardet	ante ora deum spatiatur ad pinguis aras instauratque diem donis,
tota urbe = per totam urbem agens = persequens fixit = vulneravit	atque inhians consulit spirantia exta [in] reclusis pectoribus
illa: nomin. / fuga: ablat. saltus: acc. pl. harundo = sagitta	pecudum. Heu, ignarae mentes vatium! Quid vota, quid delubra
Aenean: Graecus acc.	iuvant [eam] furentem? Interea mollis flamma est medullas et vulnus
resistit ... = pausam facit dum loquitur eadem: eadem ac hesternam	vivit tacitum sub pectore. Infelix Dido uritur atque furens vagatur
exposcit = poscit, desiderat, postulat	tota urbe, qualis cerva, coniecta sagitta, quam pastor, agens [eam]
post = postea	telis, fixit <70> incautam procul inter Cresia nemora atque, nescius,
suadent somnos = monent dormire	liquit volatile ferrum: illa fuga peragrat silvas saltusque Dictaeos;
	letalis harundo haeret lateri.
	Nunc ducit Aenean secum per media moenia atque ostentat [ei]
	Sidonias opes urbemque paratam; incipit effari atque resistit in
	media voce; nunc, die labente, quaerit eadem convivia atque,
	demens, iterum exposcit audire Iliacos labores atque iterum pendet
	ab ore [eius] narrantis. Post, ubi digressi [sunt] atque obscura luna
	vicissim <80> premit lumen atque cadentia sidera suadent somnos,

relictis [ab Aenea]	maeret sola [in] vacua domo atque incubat stratis relictis. Absens,
detinet = habet, tenet	auditque videtque illum absentem, aut detinet Ascanium [in] gremio,
si possit = conans	capta [ab] imagine genitoris, si possit fallere infandum amorem.
coeptae ... = iam nemo aedificat turres quas aedificare inceperunt	Coeptae turres non adsurgunt, iuventus non exercet arma parantve
portus: acc. pl. / tuta (adiect.) = praesidium	portus aut propugnacula, tuta [in] bello; opera atque ingentes minae
caelo aequata = tam alta quam caelum	murorum atque machina caelo aequata pendent interrupta.
Quam ... = Simul ac cara iovis coniunx persensit Didonem teneri	Quam simul ac cara Iovis coniunx persensit teneri <90> tali peste nec famam obstare furori, Saturnia talibus dictis adgreditur Venerem:
refertis = obtinetis	"Vero tuque puerque tuus (magnum et memorabile numen) refertis egregiam laudem et ampla spolia, si una femina victa est dolo duorum divum. Nec me adeo fallit te, veritam moenia nostra, habuisse domos altae Karthagini [ut] suspectas. Sed quid erit modus, aut quo nunc [imus] tanto certamine? Quin potius exercemus aeternam pacem pactosque hymenaeos? Habes quod petisti <100>
divum = deorum nec me adeo fallit = et video, sentio modus = finis, limes	tota mente: ardet amans Dido atque traxit furorem per ossa. Ergo
quin = cur non exercemus = constituimus	regamus communem hunc populum paribusque auspiciis; liceat [Didoni] servire Phrygio marito atque permittere dotalis Tyrios tuae dextrae."
tota mente = toto corde	
regamus communem = regamus nos duae	
permittere dotales ... = ponere Tyrios in tua dextra ut dotem	
ingressa est = loqui incipit / olli = illi (dat.) quo (relat.): ut	Venus, contra, sic ingressa est olli (sensit enim [eam] locutam [esse] simulata mente, quo averteret regnum Italiae [ad] Lybicas oras):

abnuere = reicere / malit < malo

si modo = utinam

(a) Troia

probet = ei placeat / iungi: pass.
infin.

perge = incipe viam

qua ratione = quo modo

confieri = fieri

venatum (supinum) = ad venandum

ortus: acc. pl.

desuper = de caelis

alae: globi hominum venantium
saltus: acc. pl. / ciebo = turbabo
diffugient = fugient alii in aliam
partem

devenient = pervenient

certa est mihi = similis est meae

dicabo ... = dabo Didonem Aeneae

dolis = propter dolos

iubar, -aris = prima lux

portis = per portas / retia rara,
plagae: diversa genera retium
venabula lato ferro = venabula
ferrum in cuspide habentia
odora vis canum = canes qui olfa-
cere possunt

"Quis demens abnuat talia aut malit contendere bello tecum? Si modo fortuna sequatur factum quod memoras! Sed incerta feror [a] fatis, si Iuppiter velit unam <110> urbem esse Tyriis atque [eis] Troia profectis, probetve populos misceri aut foedera iungi. Tu [es] coniunx, tibi fas [est] temptare animum precando. [Tu] perge, [ego] sequar."

Tum sic excepit regia Iuno: "Mecum erit iste labor. Nunc, qua ratione possit confieri [id] quod [iam] instat, paucis [verbis] docebo; adverte: Aeneas atque miserrima Dido parant una ire in nemus venatum, ubi crastinus Titan extulerit primos ortus atque retexerit orbem radiis. Ego, desuper, infundam his nigrantem nimbem, <120> commixta grandine, dum alae trepidant atque cingunt saltus indagine, et ciebo omne caelum tonitru. Comites diffugient et tegentur nocte opaca; Dido et Troianus dux devenient [ad] eandem speluncam; adero et, si tua voluntas certa [est] mihi, iungam [eos] [in] stabili conubio atque dicabo [Didonem] propriam [Aeneae]. Hic Hymenaeus erit." Cytherea adnuit, non adversata [ei] petenti, atque risit repertis dolis.

Interea Aurora, surgens, reliquit Oceanum; iubare exorto, delecta iuventus <130> it portis, [videntur] retia rara, plagae, venabula lato ferro, atque Massyli equites et odora vis canum ruunt. Primi Poenorum ad limina exspectant reginam,

sonipes = equus	[in] thalamo cunctantem, atque sonipes stat, insignis ostro et auro,
mandit = mordet	ac ferox mandit spumantia frena. Tandem [regina] progreditur,
circumdata = induta	magna caterva stipante, circumdata chlamydem Sidoniam picto
nodantur in aurum = aureo nodo tenentur	limbo. Cui [est] pharetra ex auro [facta], crines nodantur in aurum,
nec non et = et quoque	[atque] aurea fibula subnectit purpuream vestem. Nec non et Phrygii
incedunt = progrediuntur (dep.)	comites et laetus lulus <140> incedunt. Ipse Aeneas, pulcherrimus ante
omnes / infert se = venit / iungit agmina = iungit se agminibus deserit = relinquit / invisit = visitat	omnis alios, infert se [ut] socium atque iungit agmina. Qualis ubi
instaurat = parat, constituit	Apollo deserit hibernam Lyciam fluentaque Xanthi ac invisit
ipse: Apollo / iugis = per iuga	maternam Delum instauratque choros, atque Cretesque Dryopesque
Cynthus: nomen montis / fingens eum = efficiens ut pulchram formam habeat	pictique Agathyrsi mixti fremunt circum altaria; ipse graditur iugis
illo: ablat. comparationis	Cynthi atque premit fluentem crinem molli fronde, fingens [eum],
montes / invia = non facilia ad ambulandum decurrebant / iugis = per iuga	atque implicat [eum] auro, [atque] tela sonant [in] umeris: haud
transmittunt = transeunt / cursu = currentes / patentes glomerant = cumulant / montes	segnior illo ibat Aeneas, tantum decus enitet [ex] egregio ore. <150>
praeterit = antecedit	Postquam ventum [est] in altos montis atque invia lustra, ecce ferae
dari = apparere	caprae, [e] vertice saxi deiectae, decurrere iugis; de alia parte cervi
	transmittunt cursu patentis campos atque [in] purulenta fuga
	glomerant agmina atque relinquunt montis. At puer Ascanius in
	mediis vallibus gaudet acri equo atque cursu praeterit iam hos, iam
	illos, atque votis optat spumantem aprum dari inter inertia pecora
	aut fulvum leonem descendere [de] monte.
misceri: pass. infinit.	Interea caelum <160> incipit misceri magno murmure,

metu = metuentes / petiverunt

deveniunt = perveniunt

fulserunt

leti = mortis

fama: ablat.

meditatur (dep.) amorem = putat de
amore / praetexit = occultavit
extemplo = statim

qua: ablat. comparationis

adquirat vires = fit fortior

solo = per solum
condit = celat (quia altissima est)

perhibent = dicunt
ira: ablat. causae

quot ... tot ...

sonant = loquuntur
subrigit = surrigit / aures
declinat lumina = claudit oculos

luce = interdiu ↔ noctu

territat = terret / ficti = falsi
tenax = perita

nimbus insequitur commixta grandine, et Tyrii comites et Troiana iuventus Dardaniusque nepos Veneris metu petiere tecta per agros diversa. Amnes ruunt de montibus. Dido et Troianus dux deveniunt [ad] eandem speluncam; et Tellus, prima, et pronuba luno dant signum; ignes fulsere et aether, conscius conubiis, atque Nymphae ulularunt [in] summo vertice. Ille dies primus fuit leti atque primus [fuit] causa malorum, neque enim Dido movetur <170> specie famave nec iam meditatur furtivum amorem: vocat id "coniugium," praetexit culpam hoc nomine. Extemplo Fama it per magnas urbes Lybiae, Fama, qua non ullum aliud malum velocius [est]; viget mobilitate atque adquirit vires eundo; primo, parva metu, mox attollit sese in auras ingrediturque solo et condit caput inter nubila.

Ut perhibent, Terra parens, inritata ira deorum, progenuit illam extremam, sororem Coeo Enceladoque, celerem pedibus et pernicibus alis, <180> monstrum horrendum, ingens, cui quot plumae sunt [in] corpore, tot vigiles oculi [sunt] subter, mirabile dictu, tot linguae, totidem ora sonant, [atque] subrigit tot aures. Volat nocte [in] medio caeli terraeque per umbram, stridens, nec declinat lumina dulci somno; luce sedet custos aut [in] culmine summi tecti aut [in] altis turribus, et territat magnas urbes, nuntia tam tenax ficti praeque quam veri.

infecta = falsa, res non factas
 cretum = natum
 dignetur (dep.) = accipiat
 fovere = agere

Dea: Fama

virorum / Iarban: Graecus acc.

aggerat = cumulat
 satus (< sero) = natus
 immania = magna

vigilem = qui numquam exstinguitur

divum = deorum
 solum: solum circa aras
 florentia = floribus ornata

oravisse

numina divum = statuas deorum

epulor, -ari = edo, -ere

horremus = timemus

fulmina: acc. pl. / caeci: nom. pl.
 caeci = occulti
 inania = vacua

pretio = postquam pretium solvit

reppulit ... = non vult mihi nubere

subnexus = subiciens, nectens

Maeonia mitra: ablat.
 raptio = femina (ablat.) quam rapuit

Tum haec, gaudens, replebat populos multiplici sermone, et pariter
 canebat <190> facta atque infecta: venisse Aenean, cretum [a] Troiano
 sanguine, cui viro pulchra Dido dignetur iungere se; nunc [eos] fovere
 hiemem, quam longa [esset], inter se luxu, immemores regnorum
 atque captos turpi cupidine. Dea passim diffundit haec foeda in ora
 virum; protinus detorquet cursum ad regem Iarban incenditque
 animum [eius] dictis atque aggerat iras. Hic, satus [ab] Hammone,
 Garamantide nympha rapta, posuit centum immania templa Iovi [in]
 latis regnis, centum aras atque sacraverat vigilem ignem, <200>
 aeternas excubias divum, atque solum pingue [erat] cruore pecudum,
 et limina florentia [erant] variis sertis. Isque dicitur, amens animi et
 accensus amaro rumore, supplex multa orasse Iovem ante aras, inter
 media numina divum, manibus supinis: "Iuppiter omnipotens, cui
 nunc Maurusia gens, epulata [in] pictis toris, libat Lenaeum honorem:
 aspicias haec? An nequiquam horremus te, genitor, cum torques
 fulmina et ignes, caeci in nubibus, terrificant animos et miscent <210>
 inania murmura? Femina quae errans posuit in nostris finibus
 exiguam urbem pretio, cui [dedimus] litus arandum cuique dedimus
 leges loci, reppulit conubia nostra ac recepit Aenean in regna [ut]
 dominum, et nunc ille Paris, cum semiviro comitatu, subnexus
 mentum crinemque madentem Maeonia mitra, potitur rapto.

ferimus munera = sacrificamus
animalia
fovemus ... = nequiquam fovemus
tuam famam

tenentem = tangentem

oblitos = qui obliti erant

labere (< labor): imperat.

(in) Tyria Karthagine
respicit urbes = curat de urbibus
celeris

atque ideo = neque ad hunc finem
vindicat = servavit
Graium = Graecorum

gravidam imperiis = quae imperia
pariet (< pario, -ere)

accendit = hortatur (dep.) / molitur
(dep.) ... laude = laborat ad suam
laudem / invidet ... ? : non vult
Ascanium habere Romanas arces?

hic: nunc

nectit = vinxit

pedibus: dat.
sublimem = per aerem
aequora = mare / paritem cum fla-
mine = tam cito quam flamen (=
ventus) / pallentes

Quippe, nos ferimus munera [in] tuis templis atque fovemus inanem
famam."

Omnipotens audiit [eum] orantem talibus dictis atque tenentem aras,
atque torsit <220> oculos ad regia moenia et amantes oblitos famae
melioris. Tum sic adloquitur Mercurium ac mandat talia: "Vade, age,
nate, voca Zephyros et labere pennis, atque adloquere Dardanium
ducem qui nunc Tyria Karthagine exspectat atque non respicit urbes
[a] fatis datas, et defer mea dicta per celeris auras. Pulcherrima
genetrix non promisit nobis illum talem, atque ideo bis vindicat [eum]
[ab] armis Graium, sed [promisit] [eum] fore qui regeret Italiam,
gravidam imperiis atque frementem bello, [qui] proderet genus ab
alto sanguine Teucris <230> ac mitteret totum orbem sub leges. Si nulla
gloria tantarum rerum accendit [eum] nec ipse molitur super laborem
sua laude, [is], pater, invidetne Romanas arces Ascanio? Quid struit?
Aut qua spe moratur in gente inimica nec respicit prolem Ausoniam
et Lavinia arva? Naviget! Haec summa est, esto hic nuntius nostri."

Dixerat. Ille parabat parere imperio magni patris, et primum nectit
pedibus talaria aurea, quae alis portant [eum] sublimem sive supra
<240> aequora seu [supra] terram, pariter cum rapido flamine. Tum
capit virgam: hac ille evocat pallentis animas [ex] Orco, mittit alias
sub tristia Tartara,

resignat ... = efficit ut mortui videre
possint / illa: ablat.
apicem = cuspidem

vertice = capite / cui = cuius

praecipitant = cadunt

hic = in hoc loco
Cyllenius: Mercurius natus erat in
monte Cileno

Cyllenia proles = Mercurius

veniens ... : mater Mercurii erat
Maia, filia Atlantis

magalia = casas, parvas domus

novare = e novo facere
ensis (= gladius) stellatus
laena (= tunica) demissa

tenui auro = tenui aureo filo

continuo = tunc, statim
invadit = adloquitur
oblite: vocat. (< obliviscor)

deorum / torquet = regit

celeris

teris = geris

dat adimitque somnos, et resignat lumina [in] morte. Fretus illa, agit
ventos et tranat [per] turbida nubila, iamque volans cernit apicem et
ardua latera duri Atlantis, qui fulcit caelum [suo] vertice; Atlantis, cui
piniferum caput, nubibus atris cinctum, adsidue pulsatur et vento et
imbri; nix infusa tegit umeros, tum flumina praecipitant [a] mento
<250> senis, et horrida barba riget glacie. Hic primum Cyllenius, nitens
paribus alis, constitit; hinc misit se praeceps toto corpore ad undas,
similis avi quae volat humilis circum litora, circum piscosos scopulos
iuxta aequora: haud aliter Cyllenia proles volabat inter terras
caelumque ad harenosum litus Libyae atque, veniens ab avo
materno, secabat ventos.

Ut primum tetigit magalia alatis plantis, conspicit Aenean fundantem
arces ac novantem <260> tecta. Atque illi erat ensis, fulva iaspide
stellatus, atque laena ardebat Tyrio murice, ex umeris demissa,
munera quae dives Dido fecerat et discreverat telas tenui auro.
Continuo invadit [eum]: "Tu nunc locas fundamenta altae Karthaginis
atque, uxorius, exstruis pulchram urbem? Heu, oblite regni rerumque
tuarum! Ipse regnator deum, qui torquet [suo] numine caelum et
terras, demittit me [e] claro Olympo, ipse iubet [me] ferre per celeris
auras <270> haec mandata: Quid struis? Aut qua spe teris otia [in]
Lybicus terris?

moliris ... laude = laboras ad tuam
laudem
spes: acc. pl.

tellus: fem.

mortales visus: acc. pl.

aspectu = visione, visu

haesit = invita mansit

dulces

quo adfatu = quibus verbis
ambire reginam = ire ad reginam
exordium = initium, prima verba

partes

versat per omnia = de omnibus
rebus cogitat
Mnesthea: Graecus acc.

aptent = parent

rebus novandis = novarum rerum,
novi status (gen.)

aditus: acc. pl.

mollissima = aptissima, optima
dexter = secundus

excepit = sensit

motus: acc. pl.
timens omnia = timens de omnibus

Si nulla gloria tantarum rerum movet te nec ipse moliris super laborem tua laude, respice Ascanium surgentem et spes heredis Iuli, cui debetur regnum Italiae Romanaque tellus." Cyllenius, locutus tali ore, [in] medio sermone reliquit mortalis visus et evanuit ex oculis procul in tenuem auram.

At vero Aeneas, amens aspectu, obmutuit, atque comae arrectae [sunt] horrore et vox haesit <280> [in] faucibus. Ardet abire [in] fuga atque relinquere dulcis terras, attonitus tanto monitu imperioque deorum. Heu, quid agat? Quo adfatu nunc audeat ambire reginam furem? Quae exordia sumat prima? Atque dividit celerem animum nunc huc nunc illuc atque rapit [eum] in varias partis atque versat per omnia. Haec sententia potior visa est [optima] [ei] alternanti: vocat Mnesthea Sergestumque fortemque Serestum, [imperat ut], taciti, aptent classem atque cogant socios ad litora, parent arma et dissimulent quae sit causa rebus novandis; <290> [dicit] sese interea, quando optima Dido nesciat et non speret tantos amores rumpi, temptaturum [esse] aditus et tempora quae mollissima fandi [sint], quis modus [sit] dexter [his] rebus.

Ocius omnes, laeti, parent imperio et facessunt iussa. At regina praesentit dolos (quis posset fallere amantem?), atque prima excepit futuros motus, timens omnia [quae nunc] tuta [sunt].

inops animi = amens

commotis sacris = cum sacrae res e
templo ad pompam extrahuntur
trierterica = quae fiunt trinis annis

ultro = sua sponte

decedere = exire

funere = morte / quin = contra
moliris = paras
sub hiberno sidere: cum caelum
adversum ad navigandum est
properas = festinas

peteretur Troia = peteres Troiam

me (acc.) fugis = a me fugis, me vitas

quando = quoniam

merui = accipere possum / (ali)quid

miserere: imperat.

(ali)quis / exue = relinque
mentem = consilium [abeundi]
oderunt

infensi = hostes

qua sola (ablat.) = una via per quam

hospes: vocat. / de coniuge = de te,
qui fuisti meus coniunx
an = fortasse

Eadem impia Fama detulit [ei] furenti classem armari cursumque parari. Inops animi saevit atque bacchatur incensa per totam urbem, <300> qualis Thyias commotis sacris excita, ubi, audito Baccho, trieterica orgia stimulant [eam] nocturnusque Cithaeron vocat clamore. Tandem ultro compellat Aenean his vocibus: "Sperasti, perfide, etiam posse dissimulare tantum nefas tacitusque decedere [e] mea terra? Nec noster amor [tenet] te nec dextera quondam data tenet te nec Dido moritura crudeli funere? Quin, etiam moliris classem [sub] hiberno sidere et properas ire per altum <310> [mare] mediis Aquilonibus, crudelis? Quid? Si non peteres arva aliena domosque ignotas et Troia antiqua maneret, peteretur Troia classibus per undosum aequor? Mene fugis? Ego per has lacrimas dextramque tuam (quando iam ipsa reliqui nihil aliud mihi miserae), per conubia nostra, per inceptos hymenaeos, si bene merui quid de te, aut [si] quicquam meum fuit dulce tibi, oro te, miserere labentis domus et, si quis locus adhuc [est] precibus, exue istam mentem. Propter te Libycae gentes Nomadumque tyranni <320> odere [me], Tyrii [sunt] infensi [mihi]; propter te eundem pudor extinctus [est] et prior fama [extincta est], qua sola adibam [ad] sidera. Cui deseris me, moribundam, hospes –quoniam hoc solum nomen restat de coniuge–? Quid moror? An dum frater Pygmalion destruat mea moenia aut Gaetulus Iarbas ducat [me] captam?

(ali)qua / suscepta = nata / (ali)quis
 referret te = memoriam adferret tui
 capta = decepta

lumina = oculis
 obnixus = pugnans, obluctans

promeritam esse = mereri
 vales = potes
 Elissa: alter nomen reginae

artus: acc. pl.

ne finge = noli putare hoc

taedas coniugis = matrimonium
 paterentur = sinerent
 ducere = deligere

dulces

alta tecta = urbem

recidiva = iterum nata

sortes = oraculum / iusserunt
 hic = in Italia

quae invidia est = cur tibi non placet
 et = quoque

operit = tegit, occultat
 [totiens] admonet

Saltem si qua suboles ante fugam fuisset mihi, de te suscepta, si quis parvulus Aeneas luderet mihi [in] aula, qui tamen referret te [suo] ore, non equidem omnino viderer <330> capta ac deserta."

Dixerat. Ille, Iovis monitis, immota tenebat lumina et, obnixus, premebat curam sub corde. Tandem refert pauca: "Ego numquam negabo, regina, te promeritam [esse] plurima quae vales enumerare fando, nec pigebit me meminisse Elissae dum ipse memor [sum] mei, dum spiritus regit hos artus [meos]. Pauca loquar pro re: neque ego speravi furto abscondere hanc fugam –ne finge– nec umquam praetendi taedas coniugis aut veni in haec foedera. Si fata paterentur [me] ducere meam vitam <340> meis auspiciis et componere curas mea sponte, primum colerem urbem Troianam dulcisque reliquias meorum, alta tecta Priami manerent, et [mea] manu posuissem recidiva Pergama victis. Sed nunc Gryneus Apollo [iussit] [capessere] magnam Italiam, Lyciae sortes iussere capessere Italiam; hic [est] amor [meus], haec est patria [mea]. Si arces Karthagini atque aspectus Libycae urbis detinet te, Phoenissam, quae invidia est Teucros tandem considerare [in] terra Ausonia? Et fas [est] nos quaerere externa regna. <350> Turbida imago patris Anchisae, quotiens nox operit terras umentibus umbris, quotiens astra ignea surgunt, admonet me in somnis et terret;

iniuria ... = iniuria quam meo filio
committo
divum = deorum

celeris

hausi (< haurio) = audivi

sponte = libenter, ultro
sequor (dep.) = peto

iamdudum = iam per longum
tempus
luminibus = oculis

accensa = iratissima

auctor = conditor

admoverunt ... te = aluerunt te
quid = cur
(nunc Dido loquitur tamquam si
Aeneas abesset)
lumina = oculos

quae ... ? : = quae crimina tua dicam
primum?
aequis oculis = nemini favens
nusquam = in nullo loco
excepi [e mare] = accepi, servavi

reduxi = servavi

feror = affecta sum

sortes = oraculum / divum = deorum
(nunc Dido irrisu utitur)

puer Ascanius, quem fraudo [a] regno Hesperiae et fatalibus arvis,
atque iniuria cari capitis [eius] [movent] me. Nunc etiam interpres
divum, missus ab ipso Iove (testor utrumque caput [tuum et meum]),
detulit mandata per celeris auras: ipse vidi deum in manifesto lumine
intransem muros atque hausii vocem his [meis] auribus. Desine
incendere meque teque tuis querelis; <360> non sponte sequor
Italiam."

[Dido], aversa, iamdudum tuetur [eum] talia dicentem, volvens
oculos huc illuc, atque pererrat [eum] totum tacitis luminibus et,
accensa, sic profatur: "Nec tibi [est] diva parens nec Dardanus [est]
auctor generis, perfide, sed Caucasus, duris cautibus horrens, genuit
te, atque Hyrcanae tigres admorunt ubera [ad te]. Nam quid
dissimulo aut ad quae maiora reservo me? Num ingemuit nostro
fletu? Num flexit lumina? Num victus dedit lacrimas aut miseratus est
<370> amantem? Quae anteferam quibus? Iam, iam nec maxima Iuno
nec Saturnius pater aspicit haec aequis oculis. Nusquam tuta [est]
fides. Excepi [eum] [in] litore eiectum, egentem, et demens locavi
[eum] in parte regni. [Reduxi] [ei] amissam classem, reduxi socios a
morte. Heu, feror incensa furiis! Nunc augur Apollo, nunc Lyciae
sortes, nunc et interpres divum ab ipso Iove missus fert horrida iussa
per auras. Scilicet, is est labor superis, ea cura sollicitat [eos] quietos.

refello: refuto, loquor contra
i: sententia qua brevior nulla esse
potest in lingua Latina / (ali)quid

hausurum = inventurum, passurum

sequar = persequar

seduxerit = abduxerit / artus: acc. pl.

dabis poenas = punieris

fama = rumor / Manes

fugit auras = fugit locum

aufert ... = se occultavit

metu = propter metum

ad marmoreum thalamum

stratis = lecto

labefactus = ruptus
animum: accusat. respectus
divum = deorum

incumbunt = nituntur (dep.)
toto litore = per totum litus
celsas naves / frondentes remos =
ramos [ad remos faciendos] qui
adhuc folia habent
cernas = possis cernere
migrantes / ruentes

in tecto = domum suam

campis = per campos

Neque teneo te neque refello <380> dicta: i, sequere Italiam ventis,
pete regna per undas. Spero equidem, si pia numina possunt quid,
[te] hausurum [esse] supplicia [in] mediis scopulis et saepe
vocaturum [esse] "Dido" nomine. Absens, sequar [te] atris ignibus et,
cum frigida mors seduxerit [meos] artus [ab] anima, adero [in]
omnibus locis [ut] umbra. Dabis poenas, improbe. Audiam [hoc] et
haec fama veniet mihi sub imos Manis."

Abrumpit medium sermonem his dictis et, aegra, fugit auras atque
avertit [se] et aufert se ex oculis, linquens [eum] cunctantem multa
metu et parantem <390> multa dicere. Famulae suscipiunt [eam] atque
referunt conlapsa membra marmoreo thalamo atque reponunt [eam]
[in] stratis. At pius Aeneas, quamquam cupit lenire dolentem solando
et avertere curas dictis, gemens multa atque labefactus animum
magno amore, tamen exsequitur iussa divum atque revisit classem.

Tum vero Teucri incumbunt et toto litore deducunt celsas navis;
Natat uncta carina, atque studio <400> fugae ferunt [e] silvis frondentis
remos et robora infabricata. Cernas [eos] migrantis atque ruentis ex
tota urbe: ac velut cum formicae, memores hiemis, populant
ingentem acervum farris atque reponunt [eum] [in] tecto; nigrum
agmen it campis atque convectant praedam per herbas [in] angusto
calle;

grandia = magna

moras = eas quae morantur (dep.)

gemitus: acc. pl.

prospiceres = videres

misceri: pass. infinit.

ire in lacrimas = lacrimare

(ali)quid / inexpertum = sine conatu

convenerunt

carbasus = vela / imposuerunt

et = quoque / perferre = pati

exsequere: imperat.

colit / credit / sensus: acc. pl.

noveras molles aditus (acc. pl.)

tempora: optima tempora ad

loquendum / adfare: imperat.

(in) Aulide

misive = neque misi

Manes

auras / munus = donum

expectet ... : hoc est munus quod

poscit / ferentes = secundos

(careo + ablat.)

pars, obnixae, trudunt grandia frumenta umeris, pars cogunt agmina
castigantque moras; omnis semita fervet opere.

Quis sensus [erat] tibi tum, Dido, talia cernenti! Quosve gemitus
dabas, cum ex summa arce prospiceres litora late fervere atque ante
oculos videres <410> totum aequor misceri tantis clamoribus! Improbe
Amor, quid non cogis mortalia pectora [facere]! [Dido] cogitur ire
iterum in lacrimas, iterum temptare precando et, supplex,
submittere animos Amori, ne relinquat quid inexpertum, moritura
frustra. "Anna, vides circum [in] toto litore properari; convenere
undique; iam carbasus vocat auras, et laeti nautae imposuere
coronas puppibus. Si ego potui sperare hunc tantum dolorem, soror,
et potero perferre. Exsequere tamen hoc unum <420> mihi miserae,
Anna, nam ille perfidus colere te solam, etiam credere tibi arcanos
sensus; sola [tu] noras mollis aditus viri et tempora; i, soror, atque tu,
supplex, adfare superbum hostem: ego Aulide non iuravi cum Danais
excindere gentem Troianam misive classem ad Pergama, nec revelli
cinerem Manisve patris [eius] Anchisae; cur negat demittere mea
dicta in [suas] duras auras? Quo ruit? Det hoc extremum munus
miserae amanti: expectet facilemque fugam ventosque ferentis. <430>
Non iam oro antiquum coniugium quod prodidit, nec [oro] ut careat
pulchro Latio atque relinquat regnum;

inane = vacuum

dolere = pati / miserere: imperat.

remittam = reddam
cumulatam = auctam

tales fletus (acc. pl.) / aut = neque
aures

quercus, -us f. / validam = fortem
it = expanditur
consternunt = operiunt

vertice = culmine

haud secus = haud aliter
tunditur = pulsatur
persentit = sentit

taedet ... = nolit videre caelum

ut + comparat. > quo + comparat.

vidit latices nigrescere

vertere = mutare

cruorem = sanguinem
effata est = narravit
quod: accusat.

revinctum = ornatum

peto tempus inane, requiem spatiumque furori, dum mea fortuna doceat me, victam, dolere. Oro hanc extremam veniam (miserere sororis!), quam, cum mihi dederit [eam], remittam cumulatam morte."

Talibus [verbis] orabat, atque miserrima soror fertque refertque [ad Aenean] talis fletus, sed ille movetur nullis fletibus aut, tractabilis, audit ullas voces: fata obstant atque deus obstruit placidas auras. <440>
Ac velut cum Alpini Boreae, flatibus nunc hinc nunc illinc, certant inter se eruere quercum, annoso robore validam, stridor it, et altae frondes consternunt terram, concusso stipite; ipsa haeret scopulis et, quantum [tendit] ad aetherias auras vertice, tantum tendit in Tartara radice: haud secus heros tunditur adsiduis vocibus hinc atque hinc, et persentit curas [in] magno pectore; [sed] mens manet immota, lacrimae volvuntur inanes.

Tum vero infelix Dido, <450> fatis exterrita, orat mortem; taedet tueri convexa caeli. Quo magis peragat inceptum atque relinquat lucem, vidit, cum imponeret dona [in] turicremis aris, (horrendum dictu) sacros latices nigrescere fusaque vina vertere se in obscenum cruorem; effata [est] hoc visum nulli, non ipsi sorori. Praeterea fuit in tectis [eius] templum de marmore, antiqui coniugis, quod colebat miro honore, revinctum velleribus niveis et festa fronde;

Dido visa est = Didoni videtur	[Dido] visa [est] voces et verba vocantis <460> viri exaudiri hinc, cum
bubo: genus avis / queri: pass. infin.	obscura nox teneret terras, atque sola bubo saepe queri ferali
culminibus = tectis ducere = iactare, canere	carmine [in] culminibus et ducere longas voces in fletum; praeterea, multa praedicta priorum vaturn horrificant [eam] terribili monitu. In
videtur: subiectum est Dido	somnis, ipse ferus Aeneas agit [eam] furentem, semperque [videtur]
incomitata = sine comitibus	relinqui sola sibi, semper videtur ire longam viam incomitata et [in]
Eumenidum: genit. pl. geminum ... = duos soles et duas Thebas fugit matrem = fugit a matre, vitat matrem	deserta terra quaerere Tyrios, veluti Pentheus demens videt agmina Eumenidum et geminum solem et duplices Thebas <470> ostendere se, aut Agamemnonius Orestes, agitatus [in] scaenis, cum fugit matrem, facibus et atris serpentibus armatam, atque ultrices Dirae sedent in limine.
evicta = omnino victa concepit furias = amens facta est exigit = delegit	Ergo ubi, evicta dolore, concepit furias decrevitque mori, ipsa exigit secum tempus modumque, et, adgressa maestam sororem dictis, tegit consilium [ficto] vultu ac serenat spem [in] fronte: "Germana,
serenat = simulat	inveni viam (gratare sorori) quae reddat eum mihi vel solvat me
gratare: imperat. / sorori: mihi	amantem [ab] eo. iuxta finem Oceani solemque cadentem <480> est
amantem ab eo = ab amore eius	ultimus locus Aethiopum, ubi maximus Atlas [in] umero torquet axem, stellis ardentibus aptum; mihi monstrata [est] hinc sacerdos
Aethiopum: genit. pl. torquet = volvit axem [mundi] / sacerdos, -otis m./f.	gentis Massylae, custos templi Hesperidum atque quae dabat epulas draconi et servabat sacros ramos in arbore, spargens umida mella
Hesperidum: genit. pl. epulas = cibum mella < mel, mellis n.	soporiferumque papaver;
papaver: genus plantae	

ast = at = sed

fluviis (dat.) = fluviorum (gen.)

Manes

ornus, -i: genus arboris
testor (dep.) deos = pono deos ut
testes / accingier = accingi / artes

secreta = nullo te vidente
super = insuper
viri = Aeneae

exuvias = vestes / omnes / iuvat
abolere = placet delere
monstrat [hoc faciendum esse]

praetexere = celare / novis = miris

aut = neque

ingenti pyra erecta: ablat. absol.

intenditque ... et coronat = et
intendit et coronat
intendit = ornat, operit

exuvias = vestes

crines effusa = postquam effudit
crines / tonat = vocat, invocat

quaeruntur herbae = quaerit herbas

ad lunam = ad lucem lunae
messae (< meto, -ere) = collectae

haec promittit se carminibus solvere mentes quas velit, ast immitere
duras curas aliis [mentibus], sistere aquam fluviis et vertere sidera
retro, atque movet nocturnos Manis; videbis <490> terram mugire sub
pedibus et ornos descendere [de] montibus. Testor, cara germana,
deos et te tuumque dulce caput, [me] invitam accingier magicas artis.
Tu, secreta, sub auras erige pyram [in] tecto interiore, atque super
imponas arma viri, quae [ille] impius reliquit fixa [in] thalamo,
exuviasque omnis lectumque iugalem, [in] quo perii: iuvat abolere
cuncta monumenta viri nefandi, atque sacerdos monstrat [hoc]."

Haec effata, silet; pallor simul occupat ora [eius]. Anna tamen non
credit germanam praetexere funera [his] novis sacris, <500> nec
concipit [in] mente tantos furores aut timet graviora quam morte
Sychaei; ergo, parat iussa. At regina, ingenti pyra sub auras in
penetranti sede taedis atque secta ilice erecta, intenditque locum
sertis et coronat funerea fronde; haud ignara futuri, super toro locat
exuvias ensemque relictum effigiemque. Arae stant circum, et
sacerdos, crinis effusa, tonat [sua] ore ter centum deos, Erebumque
Chaosque <510> tergeminamque Hecaten, tria ora virginis Dianae. Et
sparserat latices simulatos fontis Averni, et quaeruntur herbae cum
lacte nigri veneni pubentes, ad lunam aenis falcibus messae;

amor: pars pellis equi nuper nati;
 Vergilius vocat hoc "amor"
 praereptus matri: quia dicebatur
 ipsam matrem equi auferre hoc
 exuta ↔ induta
 recincta in veste = vestem induens
 non omnino ligatam / (ali)quod

curae: dat. / amantes

aequora = maria / volvuntur ... = iam
 fecerunt dimidiam partem itineris

lacus: acc. pl.

positae = iacentes

corda oblita
 neque umquam = et numquam
 solvitur in somnos = dormit

ingeminant = fiunt duplices

aestu = tempestate

inrisa = postquam omnes in me
 inriserunt / experiar = adibo ad
 Nomadum: genit. pl.

dedignor (dep.) = recuso / classes

iuvat = placet / levo, -are = lenio, -ire

fac me velle = etiam si volo

invisam = quam omnes oderunt

et quaeritur amor, revulsus de fronte nascentis equi et praereptus matri. Ipsa, mola manibusque piis, iuxta altaria, exuta unum pedem [e] vinclis, recincta in veste, moritura testatur deos et sidera, conscia fati. Tum precatur, si quod numen, iustumque memorque, habet curae [eos] non aequo foedere amantis. <520>

Nox erat, et fessa corpora per terras carpebant soporem, silvaeque et saeva aequora quierant, cum sidera volvuntur [in] medio lapsu, cum omnis ager tacet, pecudes pictaeque volucres [tacent], atque [ferae] quae late [tenent] liquidos lacus atque quae tenent rura, dumis aspera, [a] somno sub silenti nocte positae. [Omnes] lenibant curas et corda, oblita laborum. At non Phoenissa, infelix animi, neque umquam solvitur in somnos accipitve noctem <530> [in] oculis aut pectore; curae ingeminant, atque amor, rursus regurgens, saevit, atque fluctuat [in] magno aestu irarum. Sic adeo insistit secumque ita volutat [in] corde: "En, quid ago? Rursusne, inrisa, experiar priores procos, atque supplex petam conubia Nomadum, quos ego totiens iam dedignata sim [ut] maritos? Igitur sequar Iliacas classis atque ultima iussa Teucrum? Quiane iuvat [eos] ante levatos [esse] auxilio [meo] et gratia veteris facti bene stat apud memores? Fac [me] velle: Quis autem sinet me, atque accipiet [me] invisam [in] ratibus superbis? <540>

periuria: acc. pl. n.

ovantes = laetos
inferar = impetum faciam

pelago = per pelagus

morere: imperat.

oneras me his malis = ponis haec
mala super me
expertem thalami = non habentem
thalamum
tales

questus: acc. pl.

carpebat = capiebat

obtulit se = apparuit / huic: Aeneae

(similis + dat.) / omnia: accusat.
respectus
crines / iuventa: ablat.

ducere somnos = dormire

spirare = flare

certa mori = quae iam consilium
moriendi cepit
aestus: acc. pl.

praecipitare = fugere
trabibus = navibus

attigerit = invenerit, viderit

Heu, perdita, nescis, necdum sentis periuria Laomedontee gentis?
Quid tum? Comitabor sola ovantis nautas [in] fuga? An inferar [in
eos] [cum] Tyriis omnique stipata manu meorum et rursus agam
pelago et iubebo vela dare ventis [eos] quos vix [e] Sidonia urbe
revelli? Quin, morere ut merita es, atque averte dolorem ferro. Tu
prima, germana, evicta meis lacrimis, oneras [me] furem his malis
atque obicis [me] hosti. Non licuit [me], expertem thalami, degere
vitam <550> sine crimine, more ferae, nec tangere talis curas; fides
promissa Sychaeo cineri non servata [est]."

Tantos questus illa rumpebat [e] suo pectore. Aeneas, iam certus
eundi, in celsa puppi carpebat somnos, rebus iam rite paratis; forma
dei, redeuntis eodem vultu, obtulit se huic in somnis rursusque ita
visa est monere [eum], similis omnia Mercurio, vocemque
coloremque et crinis flavos et membra decora iuventa: "Nate dea,
potes ducere somnos <560> sub hoc casu nec cernis, demens, quae
pericula deinde stent circum te, nec audis Zephyros spirare
secundos? Illa, certa mori, versat in pectore dolos dirumque nefas,
atque concitat varios aestus irarum. Non fugis hinc praeceptis, dum
[est] potestas praecipitare? Videbis mare iam turbari trabibus
saevasque faces conlucere, [videbis] iam litora fervere flammis, si
Aurora attigerit te [in] his terris morantem.

rumpe moras = festina	Heia, age, rumpe moras. Femina semper [est] varium et mutabile."
subitis = repentinis	Sic fatus immiscuit se atrae <570> nocti. Tum vero Aeneas, subitis
corripit ... = expergefit	umbris exterritus, corripit corpus e somno atque fatigat socios
praecipites	praecipitis: "Vigilate, viri, et considite [in] transtris; citi solvite vela.
instimulat = hortatur (dep.)	Deus, ab alto aethere missus, ecce iterum instimulat festinare fugam
incidere = secare / funes	atque incidere tortos funis. Sequimur te, sancte deorum, quisquis es,
quisquis = quicumque	atque iterum paremus imperio [tuo] ovantes; o, adsis, atque placidus
adsis: desiderat. subiunc.	
feras = monstres	iuves [nos] et feras [nobis] sidera [in] caelo [tua manu] dextra."
ferit < ferio (≠ fero)	Dixit, atque eripit fulmineum ense[m] [e] vagina atque ferit retinacula
omnes	stricto ferro. <580> Idem ardor habet simul omnis, rapiuntque
deseruerunt / aequor ... = classis	ruuntque; deseruere litora, aequor latet sub classibus; adnixi,
operit mare / adnixi / laborantes	torquent spumas et verrunt caerulea [aequora]. Et iam prima Aurora,
caerulea aequora = caeruleum mare	linquens croceum cubile Tithoni, spargebat terras novo lumine.
e speculis = e loco optimo ad viden-	Regina, ut e speculis vidit primam lucem albescere et classem
dum	procedere aequatis velis atque sensit litora et portus vacuos [esse]
portus: acc. pl.	
sine remige = sine remigibus	sine remige, terque quaterque percussa decorum pectus manu atque
abscissa = postquam abscidit	abscissa flaventis comas, "Pro Iuppiter, ibit <590> hic," ait, "et advena
flaventes	inluserit nostris regnis? [Mei cives] non expedient arma atque ex tota
inludo + dat. = irrideo + acc.	urbe sequentur [eum], atque alii diripient rates [e] navalibus? Ite, citi
expedient = capient	
rates = naves	ferre flammam, date tela, impellite remos! Quid loquor? Aut ubi sum?
date = iacite	

en = ecce

aiunt = dicunt

subiisse umeris = posuisse super
umeros

undis = per undas

absumere = necare

ad epulandum = ad edendum

anceps = dubitanda

implevissem

exstinxem = exstinxissem

ipsa: corpora necatorum

ululata = invocata ululatus

Elissa: alterum nomen Didonis
advertite = vertite

portus: acc. pl.

adnare terris = pervenire ad terram
at = saltem / extorris = expulsus

avulsus < avello

sub ... pacis = victum et coactum
adversam pacem accipere
ante diem [qua mori debet]

fundo = effundo, iacio

Quae insania mutat [meam] mentem? Infelix Dido, nunc facta impia tangunt te? Tum decuit [hoc facere], cum dabas [ei] sceptrum. En dextra fidesque eius, quem aiunt portare secum patrios Penates, quem [aiunt] subiisse umeris parentem aetate confectum. Non potui divellere abreptum corpus et spargere [id] undis? <600> Non [potui] absumere socios [eius] ferro, non [potui absumere] ipsum Ascanium atque ponere [eum] [in] patriis mensis [ad] epulandum? Verum fortuna pugnae fuerat anceps. [Utinam] fuisset! Quem metui, moritura? Tulissem faces in castra implesemque foros flammis atque exstinxem natum patremque cum genere, [atque] dedissem memet supra ipsa. Sol qui lustras omnia opera terrarum [tuis] flammis, tuque, luno, interpres et conscia harum curarum, atque Hecate, ululata per urbes [in] nocturnis triviis, et Dirae ultrices, et di morientis Elissae: <610> accipite haec, atque advertite meritum numen [meis] malis et audite nostras preces. Si necesse est infandum caput tangere portus ac adnare terris, et fata Iovis sic poscunt, [et si] hic terminus haeret, at vexatus bello et armis audacis populi, extorris [e] finibus, avulsus [e] complexu Iuli, imploret auxilium videatque indigna funera suorum; nec, cum tradiderit se sub leges iniquae pacis, fruatur regno aut optata luce, sed cadat ante diem atque inhumatus [in] media arena. <620> Haec precor, hanc vocem extremam fundo cum sanguine.

exercete stirpem odiis = vertite
odium contra stirpem
haec munera: odium contra genus
Aeneae
exoriare: imperat. (exorior = nascor)

ultor aliquis: vocat.
sequare = sequaris
vires dabunt se = habebis vires ad
hoc faciendum

nepotes = posterii

omnes partes

invisam = odiosam / Barcen: acc.

namque = nam

siste = voca, iube venire

lympha = aqua

tempora (= caput): acc. pl.
pia vitta: ablat.
sacra: acc. pl. n.

flammae: dat.
celebrabat gradum = laeta ibat

tremescentes / pallida: nom.

futura morte: ablat. / domus: genit.

Tum vos, o Tyrii, exercete stirpem [Aeneae] et omne genus futurum [vestris] odiis, atque mittite haec munera nostro cineri; nullus amor nec foedera sunt [nostris duobus] populis; exoriare e nostris ossibus [tu], ultor aliquis, qui sequare Dardanos colonos face ferroque, nunc, olim, quocumque tempore vires dabunt se. Imprecor litora [nostra] [esse] contraria litoribus [eorum], undas [nostras esse contrarias] fluctibus [eorum], arma [nostra] armis [eorum]: pugnent ipsique nepotesque."

Haec ait, et versabat animum in omnis <630> partis, quaerens quam primum abrumpere invisam lucem. Tum breviter adfata [est] Barcen, nutricem Sychaei, namque ater cinis habebat suam [nutricem] [in] antiqua patria: "Cara mihi nutrix, siste sororem Annam huc; dic [ei] properet spargere corpus fluviali lympha, et ducat secum pecudes et piacula [mihi] monstrata. Sic veniat, tuque ipsa tege tempora pia vitta; animus [meus] est perficere Iovi Stygio sacra quae, [iam] incepta, paravi rite, atque imponere finem curis atque permittere flammae <640> rogam Dardanii capitis." Sic ait. Illa celebrabat gradum anili studio. At Dido, trepida et immanibus coeptis efferata, volvens sanguineam aciem atque interfusa tremescentis genas maculis et pallida futura morte, inrumpit interiora limina domus et, furibunda, conscendit altos rogos

recludit = stringit / usus: acc. pl.	atque recludit Dardanium ensem, munus non quaesitum in hos usus.
hic = tunc / vestes	Hic, postquam conspexit Iliacas vestis notumque cubile, paulum
incubuit toro = se iecit super torum novissima = ultima dulces	morata [in] lacrimis et mente, incubuitque toro dixitque novissima verba: <650> "Dulcis exuviae, [dulcis] dum fata deusque sinebat,
exsolvite = liberate	accipite hanc animam atque exsolvite me [ex] his curis. Vixi et peregi
cursum = vitam	cursum quem Fortuna dederat, et nunc magna imago mei ibit sub
ulta < ulciscor (dep.) / recepi poenas a fratre = facta sum inimica fratri tantum = solum	terras; statui urbem praeclaram, vidi mea moenia, ulta virum recepi poenas a fratre inimico; felix, heu, nimis felix [fuissem] si tantum Dardaniae carinae numquam tetigissent nostra litora!" Dixit, et,
toro (dat.) = contra torum	imprensa os toro, "Moriemur inultae, sed moriamus" ait. "Sic, sic
iuvat = placet / hauriat = videat	iuvat ire sub umbras. <660> Hauriat crudelis Dardanus hunc ignem ab
nostrae = meae	alto [mare] et ferat secum omina nostrae mortis."
	Dixerat, atque, inter talia media [verba], comites aspiciunt illum
manus: acc. pl.	conlapsam ferro ensemque cruore spumantem sparsasque manus.
bacchatur (dep.) = currit ut Baccha concussam = agitatam	Clamor it ad alta atria: Fama bacchatur per concussam urbem; tecta fremunt lamentis gemituque et femineo ululatu, aether resonat
immissis hostibus = hostibus in urbem ingredientibus volvantur = expanduntur	magnis plangoribus, non aliter quam si, immissis hostibus, omnis Karthago aut antiqua Tyros ruat flammaeque furentes <670> volvantur
culmina hominum = domus (acc. pl.) culmina deorum = templa foedans = sauciens	perque culmina hominum perque [culmina] deorum. Soror exanimis audiit [hoc], trepidoque curso, exterrita, foedans [sua] ora ungibus et pectora pugnans, ruit per medios,

petebas me fraude? = in mente habebas me decipere?
deserta (nominat.) = relicta
sprevisti ... ? = noluisti moriens sororem tuam comitem esse?

crudelis: vocat.

posita: ablat. / exstinxisti

(nunc soror loquitur servis)
lymphis = aqua (ablat.)
(ali)quis / legam = capiam

gradus: acc. pl.
fovebat = amplectebatur (dep.)
atros cruores = atrum sanguinem

graves / deficit = languescit

adnixa < adnitor

revoluta est = cecidit / toro = lecto

reperta = postquam invenit

difficiles obitus (acc. pl.)

resolveret = liberaret

artus: acc. pl. / peribat = moriebatur

ante diem = ante tempus quo, pro aetate, mori debebat
vertice = capite

ac clamat [eam] morientem nomine: "Hoc fuit illud, germana? Petebas me fraude? Iste rogus [parabat] hoc mihi, ignes araeque parabant hoc? Quid primum querar, deserta? Sprevistine comitem sororem moriens? [Si] me vocasses ad eadem fata, idem dolor atque eadem hora tulisset ambas ferro. Etiam his manibus struxi [rogum] atque vocavi <680> patrios deos [mea] voce, crudelis, ut abessem [a] te sic posita? Exstinxisti te meque, soror, populumque patresque Sidonios urbemque tuam. Date [mihi], abluam vulnera [eius] lymphis et, si quis halitus extremus super errat, legam [eum] ore [mea]."

Sic fata, evaserat altos gradus atque fovebat semianimem germanam [in] sinu cum gemitu, atque siccabat atros cruores veste. Illa, conata attollere rursus gravis oculos, deficit; infixum vulnus stridit sub pectore. Ter levavit <690> sese, attollens [se] atque adnixa [suo] cubito, ter revoluta est [in] toro atque oculis errantibus quaesivit lucem [in] alto caelo atque, reperta [eam], ingemuit.

Tum Iuno omnipotens, miserata longum dolorem difficilisque obitus, demisit Irim [ex] Olympo quae resolveret luctantem animam nexosque artus, nam quia peribat nec fato nec merita morte, sed misera ante diem atque accensa subito furore, Proserpina nondum abstulerat illi flavum crinem [a] vertice atque [nondum] damnaverat caput Stygio Orco.

devolat = volat

adverso sole: ablat. absol.

astitit < adstitit

Diti: dat. / te = Dido

una = eodem puncto temporis

dilapsus est = evanuit

Ergo Iris, roscida, per caelum devolat croceis pennis, <700> trahens mille varios colores adverso sole, et astitit supra caput [eius]: "Ego, iussa, fero Diti hunc sacrum [crinem] teque solvo [ab] isto corpore."

Sic ait, et dextra [manu] secat crinem et, una, omnis calor dilapsus [est] atque vita [reginae] recessit in ventos.

LIBER V

certus = certe sciens quid faciendum

esset

fluctus: acc. pl.

conlucent = fulgent, splendent

Elissa: alterum nomen Didonis

latet = occulta est / polluto = deletio

notum esse = quia sciunt

tenuerunt = occupaverunt

amplius occurrit = apparet

astitit < adsitit / olli = illi (dat.)

unda: sing. pro plur.

quianam = cur / aethera: Graecus

acc.

arma = instrumenta (= velas)

incumbere remis = operam dare

remis

Interea Aeneas, certus, iam tenebat medium iter classe atque secabat fluctus, atros Aquilone, respiciens moenia quae iam conlucent flammis infelicis Elissae. Quae causa accenderit tantum ignem latet, sed duri dolores, magno amore polluto, notumque [esse] quid furens femina possit [facere], ducunt triste augurium per pectora Teucrorum. Ut rates tenere pelagus nec iam tellus ulla amplius occurrit, maria undique et undique caelum, caeruleus imber <10> astitit olli supra caput, ferens noctem hiememque, et unda inhorruit [in] tenebris. Ipse gubernator Palinurus ab alta puppi [dixit]: "Heu, quianam tanti nimbi cinxerunt aethera? Quidve, pater Neptune, paras?" Deinde, sic locutus, iubet colligere arma atque incumbere validis remis,

obliquat sinus (acc. pl.) = offert
latera
spondeat = promittat

contingere = pervenire ad

cogitur in nubem = nubem format

sufficimus = possumus / obniti: pass.
infin. / tendere = pugnare

portus: acc. pl.

modo rite memor = recte memor
remetior (dep.) servata astra = navi-
go iterum observans astra quae
iam novi

flecte ... = muta collocationem
velarum / sit = potest esse
naves

complectitur (dep.) = intus habet

intendunt = implent

advertuntur ... = adveniunt ad
harenam quam iam noverunt
adventum sociasque rates =
adventum sociarum ratium
occurrit = currit ad eos

reduces < redux, -ucix

excipit = accipit / gaza = thesauro

obliquatque sinus [velorum] in ventum, ac talia fatur: "Magnanime Aenea, [etiam] si Iuppiter auctor spondeat mihi, non sperem contingere Italiam hoc caelo; venti mutati fremunt transversa [navium] et consurgunt ab atro vespere, atque aer <20> cogitur in nubem, nec nos sufficimus obniti contra nec tendere tantum [in ventos]. Quoniam Fortuna superat, sequamur, atque vertamus iter [illuc] quo vocat. Nec reor fida fraterna litora Erycis portusque Sicanos longe [abesse] si, modo rite memor, remetior servata astra."

Tum pius Aeneas: "Equidem cerno ventos iamdudum sic poscere et te frustra tendere contra. Flecte viam velis. An ulla [tellus] sit mihi gratior, quove magis optem dimittere fessas navis, quam tellus quae mihi servat Dardanium Acesten <30> et complectitur ossa patris Anchisae [in] gremio?"

Ubi haec dicta [sunt], petunt portus et secundi Zephyri intendunt vela; classis fertur cita gurgite, et tandem, laeti, advertuntur notae harenae. At, procul miratus adventum sociasque rates, ex celso vertice montis, horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae, occurrit Acestes, quem Troia mater genuit conceptum [a] Criniso flumine. Ille, non immemor veterum parentum, gratatur [eos] reduces et laetus excipit [eos] agresti <40> gaza ac solatur [eos] fessos amicis opibus.

primo oriente = cum primum sol
ortus est / fugarat < fugo, -are (≠
fugio, -ere)

divum = deorum

exactis < exigo, -ere = transcurro
condidimus = celavimus, posuimus

habebo = putabo esse

exsul = in exsilio

deprensus = repente captus

exsequerer = facerem

struerem = implerem

mente, numine = voluntate
divum = deorum
portus: acc. pl.

posita = condita

Troia: ablat. / boum: genit. pl.

numero in naves = cuique navi
Penates
colit = veneratur (dep.)

retego = detego, aperio

citae = velocis / cursu pedum =
currens
incedit melior = alios superat
fidit = audet

Cum postera clara dies, primo oriente, fugarat stellas, Aeneas
advocat socios in coetum ab omni litore atque ex aggere tumuli fatur:

"Dardanidae magni, genus ab alto sanguine divum, annuus orbis
completur, mensibus exactis, ex quo condidimus [in] terra reliquias
atque ossa divini parentis atque sacravimus maestas aras; iamque
dies adest, nisi fallor, quem semper habebo <50> acerbum, semper
honoratum (sic voluistis, di). [Etiam] si ego agerem hunc [diem] exsul
Syrtibus Gaetulis deprensusve [in] Argolico mari et [in] urbe
Mycenae, tamen exsequerer ordine annua vota sollemnisque
pompas strueremque altaria suis donis; nunc ultro adsumus ad
cineres et ossa ipsius parentis haud sine mente, sine numine divum,
equidem [sic] reor, et delati intramus portus amicos. Ergo agite et
celebremus cuncti laetum honorem; poscamus ventos, atque velit
[pater] me, urbe posita, quotannis ferre haec sacra [in] templis sibi
dicatis. <60> Acestes, Troia generatus, dat vobis bina capita boum
numero in navis; adhibete [in] epulis et Penatis patrios et [eos] quos
hospes Acestes colit. Praeterea, si nona Aurora extulerit mortalibus
almum diem atque retexerit orbem radiis, ponam Teucris prima
certamina citae classis; atque [is] qui valet cursu pedum, et qui,
audax viribus, aut incedit melior iaculo levibusque sagittis seu fidit
committere pugnam crudo caestu,

favete ore = tacete	adsint cuncti atque expectent praemia meritae palmae. <70> Favete
tempora = caput	omnes ore et cingite tempora ramis."
materna: ablat. sing. / myrtus, -i f. hoc: accusat. aevi maturus = senex	Sic fatus velat tempora materna myrto. Hoc Helymus facit, hoc Acestes, aevi maturus, hoc puer Ascanius, quos cetera pubes sequitur; ille ibat e concilio cum multis milibus ad tumulum, medius
hic = in hoc loco / humi: locat.	[in] magna comitante caterva. Hic, libans rite, fundit humi duo
carchesia = pocula mero Baccho = merum vinum continentia	carchesia mero Baccho, duo novo lacte, duo sanguine sacro, atque iacit purpureos flores ac talia fatur: "Salve iterum, sancte parens;
recepti = iterum accepti	salvete, cineres nequiquam recepti <80> animaeque umbraeque
fines Italos = Italiam fatalia arva = arva a fato data	paternae; non licuit [mihi] quaerere tecum finis Italos fataliaque arva nec Thybrim Ausonium, quicumque est."
lubricus = qui facile et celeriter fugit	Haec dixerat, cum ingens lubricus anguis, amplexus placide tumulum
traxit ab imis adytis (plur. pro sing.) = venit ab imo adyto et fecit notae = puncta	lapsusque per aras, traxit ab imis adytis septem gyros, septena volumina, [anguis] cui caeruleae notae [operiebant] terga et
ceu = idem ac	maculosus fulgor incendebat squamam auro, ceu arcus [in] nubibus
visu = propter visum / ille = anguis	iacit mille varios colores adverso sole. Aeneas obstipuit visu; ille,
longo agmine = longo corpore quod ut agmen trahit successit = abivit	longo <90> agmine, tandem serpens inter pateras et levia pocula, libavitque dapes rursusque successit innoxius [in] imo tumulo et liquit
depasta altaria = altaria ubi ederat	depasta altaria. [Propter] hoc [Aeneas] magis instaurat inceptos
utrum putet necne	honores genitori, incertus [utrum] putet [hoc] esse geniumne loci
famulum = servum	famulumne parentis [necne];

caedit = mactat / bidentes
nigrantes
terga: acc. respectus

nec non et = et quoque

cuique est copia = quisque potest

subiciunt prunas veribus = ponunt
ignem sub vera (< veru, -us)

excierat = vocaverat

finitimos = prope habitantes
laeto coetu = laeti convenientes
certare = ad certandum
principio = primum

perfusae = ornatae

canit commissos ludos = indicat
initium ludorum

pares = aequales

acri remige = fortibus remigibus
Pristim: nomen navis

ingenti mole = magno corpore
opus urbis = tam magnam quam
urbem / versu = acie
consurgunt = apparent
terno ordine = tribus ordinibus

magna Centauro: ablat.

caedit de more binas bidentis totque sues, totidem iuencos nigrantis
terga, atque fundebat vina [e] pateris atque vocabat animam magni
Anchisae Manesque [ex] Acheronte remissos. Nec non et socii, laeti,
<100> ferunt dona quae cuique est copia, onerant aras mactantque
iuencos; alii locant aena ordine, fusique per herbam subiciunt
prunas veribus et torrent viscera.

Expectata dies aderat atque equi Phaetontis iam vehebant nonam
Auroram serena luce, famaue et nomen clari Acestae excierat
finitimos [incolas]; complebant litora laeto coetu, visuri Aeneadas, et
pars [aderant] parati certare. Principio munera locantur ante oculos
atque in medio circo: sacri tripodes viridesque coronae <110> et
palmae, pretium victoribus, armaque et vestes ostro perfusae,
talenta argenti aurique; et tuba [e] medio aggere canit commissos
ludos.

Quattuor pares carinae, ex omni classe delectae, gravibus remis
ineunt prima certamina: Mnestheus agit velocem Pristim acri remige,
Mnestheus, mox Italus, a quo nomine [venit] genus Memmi; atque
Gyas, ingenti mole, [agit] ingentem Chimaeram, opus urbis, quam
Dardana pubes impellunt triplici versu; remi <120> consurgunt terno
ordine; Sergestusque, a quo Sergia domus tenet nomen, invehitur
magna Centauro,

caerulea Scylla: ablat.	atque Cloanthus, unde tibi, Romane Cluenti, [est] genus, [invehitur]
ubi = cum	caerulea Scylla. Est procul in pelago saxum, contra spumantia litora,
condunt = celant	quod olim summersum tunditur tumidis fluctibus, ubi hiberni Cauri
campus = planities mergis apricis: dat. viridem metam e = metam e viridi	condunt sidera; tranquillo [tempore] silet, atque [ex] immota unda
cursus: acc. pl.	attollitur [ut] campus et statio gratissima mergis apricis. Hic pater
legunt = distribuunt	Aeneas constituit viridem metam e frondenti ilice, signum nautis, [ut]
decori = ornati / velatur = operitur	scirent unde reverti <130> et ubi circumflectere longos cursus. Tum
nudatos umeros: acc. respectus transtrum: locus ubi remiges sedent intenta ... = parata sum ad remi- gandum	legunt loca sorte, ipsique ductores in puppibus effulgent longe,
inde = tunc, postea / ubi = cum prosiluerunt aethera: Graecus acc. / freta = mare	decori auro ostroque; cetera iuventus velatur populea fronde atque,
versa = mota	perfusa oleo, nitescit nudatos umeros. Considunt [in] transtris, atque
convulsum = pulsum	bracchia intenta [sunt] remis; intenti, exspectant signum, atque
currus (nom. pl.) corripuerunt	pulsans pavor atque arrecta cupido laudum haurit exsultantia corda;
cincusserunt	inde, ubi clara tuba dedit sonitum, haud mora [est], omnes prosiluerunt
pendent in verbera = inclinantur ut equos verberent virorum / faventium volutant = mittunt resultant = reddunt [vocem]	[e] suis finibus; nauticus clamor <140> ferit aethera; freta, adductis
	lacertis versa, spumant. Pariter infindunt sulcos, totumque aequor
	dehiscit, convulsum remis rostrisque tridentibus. Non tam praecipites
	currus corripuere campum [in] biiugo certamine ruuntque effusi [e]
	carcere, nec sic, immissis iugis, aurigae concussere undantia lora
	pronique pendent in verbera; tum omne nemus consonat plausu
	fremituque virum studiisque faventium, atque inclusa litora volutant
	vocem, [atque] colles, clamore pulsati, resultant. <150>

cito progreditur

pinus = navis [pino constructa]
 pondere = propter pondus
 discrimine = intervallo
 tendunt = conantur
 praeterit = antecedit

salsa vada: acc. pl.
 longa carina: abl. sing.
 appropinquabant

dexter = ad dextram

ama (imperat.) litus = appropinqua
 ad cautes = saxa

caeca = quae non videntur
 ad undas pelagi: procul a saxis
 diversus = deflectens, aberrans

respicit = caput vertens videt
 instantem tergo = appropinquantem
 a tergo

sonantes

tenet ... = navigat per aequor nullo
 adversario impediante
 caruerunt + ablat.

socium: gen. pl. / deturbat = iacit

subit gubernaclo = gubernat navem

magister: nauta qui navem gubernat

Gyas effugit ante alios primisque undis elabitur inter turbam fremitumque; quem deinde Cloanthus consequitur, melior remis, sed tarda pinus tenet [eum] pondere. Post hos, aequo discrimine Pristis Centaurusque tendunt superare priorem locum; et nunc Pristis habet [priorem locum], nunc ingens Centaurus praeterit [eam] victam, nunc ambae feruntur, una iunctisque frontibus, et sulcant salsa vada longa carina. Iamque propinquabant scopulo metamque tenebant, cum Gyas, princeps atque victor <160> in medio gurgite, compellat voce Menoeten, rectorem navis: "Quo abis tantum dexter mihi? Derige cursum huc; ama litus et sine [ut] laeva palmula stringat cautes; alii [remi] teneant altum [mare]."

Dixit, sed Menoetes, timens caeca saxa, detorquet proram ad undas pelagi. "Quo abis diversus? Pete saxa, Menoete!" iterum revocabat Gyas cum clamore, et ecce respicit Cloanthum instantem tergo et [iam] tenentem propiora [loca]. Ille, inter navemque Gyae scopulosque sonantis, interior [iens] radit laevum iter subitoque praeterit priorem <170> et, metis relictis, tenet tuta aequora. Tum vero ingens dolor exarsit iuveni [in] ossibus, nec genae caruere lacrimis, atque oblitus decorisque sui atque salutis socium deturbat segnem Menoeten in mare ab alta puppi. Ipse [ut] rector subit gubernaclo, ipse [ut] magister hortaturque viros torquetque clavum ad litora.

gravis senior = gravis propter
aetatem
riserunt

salsos fluctus (acc. pl.) = aquam
salsam / hic = tunc

antea

appropinquat + dat.
tota carina praetereunte: ablat.
aemula = idem faciens

incedens = ambulans
media nave = per mediam navem
insurgite remis = ponite vires ad
remos
vires / promite = exhibete

sequacibus = cito sequentibus

vincere = ut vincam

extremos = ultimos

prohibete nefas = impedit
ignominia cladis

olli = illi / procumbunt ... = maximas
vires ponunt ad finem certaminis
solum = mare / artus: acc. pl.

casus = bonum fatum

optatum honorem: victoriam
viris = eis
suburget = dirigit, ducit

At Menoetes, ut tandem redditus est [ex] imo fundo, gravis iam senior atque fluens in madida veste, petit summa scopuli atque resedit <180> in sicca rupe. Teucris risere illum et labentem et natantem, et rident [eum] revomentem salsos fluctus [e] pectore. Hic laeta spes accensa est duobus extremis, Sergesto Mnestheique: superare morantem Gyan; Sergestus capit locum ante atque propinquat scopulo, nec tamen ille prior [it] tota carina praeunte; prior [it] parte, aemula Pristis premit partim rostro, at Mnestheus, incedens per ipsos socios media nave, hortatur [eos]: "Nunc, insurgite remis nunc, Hectorei socii, quos delegi [ut] comites [in] suprema <190> sorte Troiae; promite nunc illas vires, [promite] nunc animos quibus usi [estis] in Gaetulis Syrtibus Ionioque mari atque sequacibus undis Maleae. [Ego], Mnestheus, non iam peto prima [loca] neque certo vincere, quamquam o [vellem!], sed superent [ei] quibus dedisti hoc, Neptune; pudeat [nos] rediisse extremos: vincite hoc, cives, et prohibete nefas."

Olli procumbunt summo certamine: aerea puppis tremit vastis ictibus atque solum subtrahitur [sub ea]; tum creber anhelitus quatit artus aridaque ora, [atque] sudor fluit undique rivis. <200> Ipse casus attulit optatum honorem viris, namque dum Segestus, furens animi, suburget proram ad saxa

subit ... = intrat in difficile spatium
 procurrentibus = emergentibus
 obnixa = percussi

crepuerunt / inlisa = percussa

expediunt = capiunt

legunt = colligunt

celeri agmine remorum = propter
 remiges celeriter remigantes
 aperto pelago = per apertum
 pelagus

dat plausum pennis = movet alas

tecto: dat.
 quieto aere = per quietum aerem
 liquidum iter = caelum sine nubibus

ultima aequora = ultimam partem
 cursus / fuga: ablat.

deserit = relinquit

discentem = conantem

ingenti mole: ablat. descriptionis

spoliata ... = magistrum (= gubernatorem) iam non habet
 adnixus = utens

ingeminat = duplex fit

indignantur (dep.) ... = putant indignum esse non obtinere victoriam et honorem quem iam habent

atque, interior, subit iniquo spatio, haesit infelix in procurrentibus saxis. Cautes concussae [sunt] et remi, in acuto murice obnixa, crepuere, atque prora, inlisa, pependit; nautae consurgunt et morantur magno clamore, atque expediunt ferratas trudes et contos acuta cuspidate atque legunt fractos remos in gurgite. At Mnestheus, laetus atque acrior ipso <210> successu, celeri agmine remorum ventisque vocatis petit prona maria et decurrit aperto pelago. Qualis columba, cui domus et dulces nidi [sunt] in latebroso pumice, subito commota [in] spelunca fertur volans in arva atque, exterrita, dat ingentem plausum pennis tecto, [atque] mox, lapsa quieto aere, radit liquidum iter neque commovet celeris alas: sic Mnestheus, sic ipsa Pristis secat ultima aequora fuga, sic ipse impetus fert illam volantem.

Et primum deserit Sergestum, pugnantem in alto <220> scopulo brevibusque vadis frustra vocantem auxilia et discentem currere fractis remis; inde consequitur Gyan ipsamque Chimaeram ingenti mole; [haec navis] cedit, quoniam spoliata est magistro. Iamque solus superest in ipso fine Cloanthus, quem petit et urget adnixus summis viribus. Tum vero clamor ingeminat cunctique instigant studiis [eum] sequentem, atque aether resonat fragoribus. Hi indignantur ni teneant proprium decus et [iam] partum honorem,

pacisci = emere / hos = alteros

videntur = putant
fors = fortuna, sors
nisi / ponto = ad pontus

in vota = ut vota acciperent

voti = mei promissi

constituam [ad sacrificandum]
candentem = album
exta [tauri] / fluctus: acc. pl.

Nereidum: genit. pl.

audiit = audiverunt

citius = celerius / fugit = advolat

condidit se = intravit

satus = filius, natus

advelat tempora = operit caput

optare = eligere, deligere
in naves = cuique navi
ferre [ad quamque navem]

duplici maeandro = fingens dupli-
cem maeandrum / (regius ... : nunc
incipit descriptio imaginum quae
in chlamide videntur) / veloces
praepes = celer

saevit in auras = ascendit saevus ad
auras

atque volunt pacisci <230> vitam pro laude; successus alit hos: possunt [vincere], quia videntur posse. Et fors [fuisset ut], aequatis rostris, cepissent praemia, ni Cloanthus, tendens utrasque palmas ponto, fudissetque preces vocassetque divos in vota: "Di, quibus est imperium pelagi, quorum aequora curro: ego [propter] hoc, reus voti, laetus vobis in litore constituam candentem taurum ante aras, atque proiciam exta in salsos fluctus et fundam liquentia vina." Dixit, atque sub imis fluctibus omnis chorus Nereidum Phorcique Panopeaque virgo <240> audiit eum, et pater ipse Portunus impulit euntem [navem] [sua] magna manu: illa, citius Noto volucrique sagitta, fugit ad terram et condidit se [in] alto portu.

Tum satus [ex] Anchisa, cunctis ex more vocatis, magna voce praeconis declarat Cloanthum victorem advelatque tempora viridi lauro, atque [ut] munera dat optare ternos iuencos vinaque in navis, et [dat] ferre magnum talentum argenti. Addit praecipuos honores ipsis ductoribus: victori, chlamydem auratam, circum <250> quam plurima purpura Meliboea cucurrit duplici maeandro, atque regius puer, intextus, [in] frondosa Ida fatigat iaculo cursuque velocis cervos, acer, similis anhelanti, quem praepes armiger Iovis ab Ida sublimem rapuit uncis pedibus; longaevis custodes nequiquam tendunt palmas ad sidera, atque latratus canum saevit in auras.

habere = ut habeat	At deinde, qui tenuit secundum locum virtute, huic donat habere
loricam, decus viro et tutamen in armis	loricam levibus hamis atque trilicem auro consertam, quam ipse, <260>
in armis = in proelio	victor apud rapidum Simoenta sub alto Ilio, detraxerat [a] Demoleo,
conixi humeris = operam dantes humeris (= ferentes loricam humeris) / agebat palantes Troas = persequebatur (dep.) Troianos aspera signis = caelata signa (acc. pl.) habentia (nom. pl.)	decus viro et tutamen in armis; famuli Phegeus Sagarisque vix ferebant illam, multiplicem, conixi umeris, at olim Demoleos, [ea] indutus, agebat palantis Troas cursu. Facit tertia dona geminos lebetas ex aere cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.
tempora = capita / revulsus e saevo scopulo = postquam potuit relinquere scopulum / debilis uno ordine = debilis quia solum unum ordinem remorum habebat	lamque omnes ibant, adeo donati opibusque superbi, evincti tempora puniceis taenis, cum Sergestus, vix revulsus <270> e saevo scopulo multa arte, amissis remis atque debilis uno ordine, sine honore agebat inrisam ratem. Qualis serpens saepe depressus in
viae: genit. / gravis ictu = postquam gravem ictum iecit ad serpentem	aggere viae, quem aerea rota transiit obliquum aut viator, gravis ictu, liquit seminecem lacerumque saxo; nequiquam fugiens dat longos
tortus: acc. pl.	tortus corpore, parte ferox ardensque [in] oculis et, arduus, attollens sibila colla; pars, clauda vulnere, retentat [eum] nodis nexantem
navis: nom. sing.	atque plicantem se in sua membra: tali remigio navis movebat <280> se
tarda = lenta subit ostia = intrat in portum	tarda; facit vela tamen et velis plenis subit ostia. Aeneas donat Sergestum promisso munere, laetus ob servatam navem sociosque
olli = illi	reductos: olli datur serva haud ignara operum Minervae, Cressa
sub ubere = qui aluntur uberibus matris	genus, Pholoe, geminique nati sub ubere.
tendit in = it ad	Hoc certamine misso, pius Aeneas tendit in gramineum campum

quo = ad hunc locum

hic = in hoc loco / pretiis = praemiis

animos horum = hos
contendere = certare

forma, iuventa: ablat.

pio amore pueri = propter pium
amorem ad puerum

adsueti silvis = qui in silvis
habitabant

quos ... = quorum nomina nescimus

recondit = occultat
quibus in mediis = in mediis his

accipite ... = audite haec
advertite [ad mea verba]
abibit [a certamine] / mihi = a me
ferre = ut secum ferant
spicula = sagittas

honos = praemium

flava oliva: ablat.

alter = secundus

balteus ... auro = aureus balteus late
circum aplectitur (dep.)
tereti gemma: ablat.

quem undique silvae cingebant curvis collibus, atque circus theatri erat in media valle. Quo heros tulit se medium [in] consessu cum multis milibus atque resedit <290> [in] exstructo. Hic pretiis invitat animos [horum] qui forte velint contendere rapido cursu et ponit praemia. Undique conveniunt Teucri mixtique Sicani, Nisus et Euryalus primi, Euryalus insignis forma viridique iuventa, Nisus [insignis] pio amore pueri; quos deinde secutus [est] regius Diores, de egregia stirpe Priami; hunc [secuti sunt] Salius simul et Patron, quorum alter [est] Acarnan, alter [est] ab Arcadio sanguine Tegeaeae gentis; tum duo iuvenes Trinacrii, Helymus Panopesque, <300> adsueti silvis, comites senioris Acestae; praeterea [secuti sunt] multi quos fama obscura recondit. Quibus in mediis Aeneas sic deinde locutus [est]:

"Accipite haec [in] animis atque advertite laetas mentes. Nemo ex hoc numero abibit non donatus mihi. Dabo ferre bina lucida Cnosia spicula levato ferro atque bipennem argento caelatam; omnibus erit hic unus honos. Tres primi accipient praemia atque nectentur caput flava oliva. Primus victor habeto <310> equum insignem phaleris; alter pharetram Amazoniam plenamque sagittis Threiciis, quam balteus circum amplectitur lato auro et [quam] fibula subnectit tereti gemma; tertius abito contentus hac Argolica galea."

effusi = sparsi	Ubi haec dicta [sunt], capiunt locum, signoque repente audito
signant ultima loca = adspiciunt finem (= terminum cursus)	corripiunt spatia atque relinquunt limen, effusi similes nimbo. Simul signant ultima [loca]; Nisus abit primus longeque emicat ante omnia corpora, ocior et ventis et alis fulminis; Salius insequitur proximus huic, sed proximus longo intervallo; <320> deinde post, spatio relicto, Euryalus [sequitur] tertius; atque Helymus sequitur Euryalum, sub quo ipso deinde, ecce, Diores volat atque iam terit calcem calce, incumbens umero, et, si plura spatia supersint, elapsus transeat prior atque relinquat ambiguum. Iamque fere [in] spatio extremo fessique adventabant sub ipsam finem, cum Nisus infelix labitur levi sanguine: ut forte, caesis iuencis, [sanguis] fusus [erat] humum atque madefecerat super viridis herbas. <330> Hic iuvenis, iam ovans [ut] victor, presso solo, haud tenuit [sua] titubata vestigia, sed concidit pronus in ipso [solo] immundoque fimo sacroque cruore. Non tamen [oblitus est] Euryali, non ille oblitus [est] amorum, nam surgens per lubrica sese opposuit Salio; ille autem iacuit revolutus [in] spissa arena; emicat Euryalus et, victor munere amici, tenet prima [loca] atque volat plausu fremituque secundo; post subit Helymus et nunc Diores, tertia palma. Hic Salius magnis clamoribus implet totum consessum ingentis caveae et prima ora <340> patrum, atque poscet honorem, dolo ereptum, reddi sibi.
postea	
sub quo ipso = prope quem ipsum	
calcem calce = pedem Euryali pede suo	
incumbens umero = paene tangens umeros Helymi / si ... = si cursus longior sit / relinquat ambiguum = nemo sciat quis vicerit	
adventabant sub = perveniebant ad	
caesis = mactatis / ut = aliquo modo	
virides	
presso solo (ablat. abs.) = cum solum premeret pedibus	
tenuit = potuit tenere	
concidit = cecidit	
iacuit = cecidit et iacuit	
munere = propter auxilium	
postea / subit = pervenit	
prima ora patrum = aures patrum qui in primo ordine sedebant	

tutatur (dep.) = protegit	Favor [spectatorum] tutatur Euryalum, atque lacrimae decorae et
veniens ... = quia iuvenis pulchro corpore erat	virtus, gratior veniens in pulchro corpore, [quoque tutantur eum];
subiit palmae = praemium obtinuit	Diores, qui subiit palmae frustra que venit ad ultima praemia, si primi
proclamat = clamat	honores reddentur Salio, adiuvat [eum] et proclamat magna voce.
certa = fixa	Tum pater Aeneas "Vestra" inquit "munera, pueri, manent certa
casus: acc. pl.	vobis, et nemo movet palmam [ex] ordine; liceat me miserari casus
insons, -ntis ↔ sons, -ntis	insontis amici." <350> Sic fatus, dat Salio immane tergum Gaetuli
tergum onerosum	leonis, onerosum villis atque aureis unguibus. Hic Nisus "Si tanta"
lapsorum = eorum qui lapsi sunt	inquit "sunt praemia victis, et te miseret lapsorum, quae digna
quae: interrogat.	munera dabis Niso, qui merui laude primam coronam ni fortuna
ni = nisi	inimica, quae [tulit] Salium, tulisset me?" Et simul his dictis
[eadem] quae / tulit = cecidit (< caedo, caedo ≠ cado)	ostentabat faciem et membra udo fimo turpia. Risit olli pater optimus
olli = illi (dat.)	et iussit clipeum efferrī, artis Didymaonis, refixum <360> [a] Danais de
artes = artificium	sacro poste Neptuni. Hoc praestanti munere donat egregium
refixum = revulsum, ereptum	iuvenem.
poste = ianua	
postea / cursus: nom. pl. / (ali)cui	Post, ubi cursus confecti [sunt] et peregit dona, [dixit]: "Nunc, si cui
evinctis palmis: pugiles vinciebant	virtus animusque [est] praesens in pectore, adsit et attollat brachia
plumbum in manibus ad pugilatum	evinctis palmis." Sic ait, et proponit geminum honorem pugnae:
velatum auro = habentem aurum in fronte / victo: dat.	victori, iuencum velatum auro vitiisque; victo, ensem atque
	insignem galeam [ut] solacia. Nec mora [est]; continuo cum vastis
effert ora = monstrat suum caput virorum	viribus Dares effert ora atque tollit se magno murmure virum,

occubat = iacet / perculit = pulsavit	[Dares] qui solus solitus [est] contendere contra <370> Paridem,
extendit = deturbavit, stravit	idemque, ad tumulum [in] quo maximus Hector occubat, perculit et
ferebat se veniens = dicebat se originem habere	corpore, qui ferebat se veniens de Bebrycia gente Amyci. Talis Dares
in prima proelia = ut pugnam inciperet	tollit altum caput in prima proelia ostenditque umeros latos atque
nec quisquam = et nemo	protendens brachia iactat [ea] alterna et verberat auras ictibus.
caestus (acc. pl.) = manicae ad pugilatum	Alius quaeritur huic, nec quisquam ex tanto agmine audet adire [ad]
cunctos ... = omnes renuntiare praemium	virum atque inducere caestus [in] manibus. Ergo, alacris atque putans
credere se = dare se	cunctos excedere [a] palma, <380> stetit ante pedes Aeneae nec plura
quae ... ? = cur stantes manemus?	moratus tum laeva [manu] tenet taurum cornu atque ita fatur: "Nate
teneri (pass. inf.) = hic manere	dea, si nemo audet credere se pugnae, quae [est] finis standi? Quo
reddi: pass. infinit.	usque decet me teneri? lube [me] ducere dona." Cuncti Dardanidae
hic = tunc	simul fremebant ore atque iubebant promissa reddi viro.
toro = lecto	Hic gravis Acestes castigat Entellum dictis, ut consederat proximus
heroum: genit. pl.	[in] viridante toro herbae: "Entelle, quondam frustra fortissime
tam patiens = nihil faciens	heroum, sinesne tam patiens tanta dona tolli <390> nullo certamine?
nequiquam = frustra	Nunc ubi [est] nobis ille deus, Eryx, magister nequiquam memoratus?
sub haec = post haec verba	Ubi [est] fama per omnem Trinaciam et illa spolia [a] tuis tectis
cessit = evanuit	pendentia?" Ille [dixit] sub haec: "Non amor laudis nec gloria cessit
senecta (ablat.) = senectute	metu pulsa, sed enim gelidus sanguis hebet tardante senecta, atque
effetae = deletae	effetae vires frigent in corpore.

qua: ablat.	Si mihi [foret nunc] illa iuventus quae quondam fuerat atque qua
venissem = me devovisse [ad pugnam] nec moror (dep.) dona = dona non cupio	fidens iste improbus exsultat, si nunc foret, venissem, haud equidem inductus pretio pulchroque iuvenco, nec moror dona."
caestus (acc. pl.) = manicae ad pugilatum	Deinde, sic locutus, <400> proiecit in medium geminos caestus immani pondere, quibus acer Eryx suetus [erat] ferre manum in proelia atque
duro tergo: caestus habebant taurinum tergum / obstipuerunt boum: genit. pl.	intendere brachia duro tergo. Obstipuere animi: ingentia terga tantorum septem boum rigeabant insuto plumbo ferroque. Ante
omnes / stupet = attonitus fit recusat = retro cedit	omnis stupet ipse Dares longeque recusat, magnanimusque Anchisiades versat huc illuc et pondus et ipsa immensa volumina
vinclorum = manicarum / tales	vinclorum. Tum senior referebat talis voces [e] pectore:
(ali)quis	"Quid, si quis vidisset caestus et arma <410> ipsius Herculis tristemque pugnam in hoc ipso litore? Tuus germanus Eryx quondam gerebat
cernis = potes cernere infecta = maculata	haec arma (adhuc cernis [ea] infecta sanguine sparsoque cerebro), his [armis] stetit contra magnum Alciden, his ego suetus [eram], dum
vires / necdum = et nondum canebat = faciebat albos meos capillos / temporibus = capite	melior sanguis dabat viris [mihi] necdum aemula senectus canebat, sparsa geminis temporibus. Sed si Troius Dares recusat haec arma
id sedet ... = Aeneas probat	nostra idque sedet pio Aeneae [atque] Acestes auctor probat,
aequemus pugnas = pugnemus aequo modo / tibi remitto terga = proper te nolo uti manicis	aequemus pugnas. Tibi remitto terga Erycis (solve metus), et tu exue Troianos caestus." <420>
artus: acc. pl.	Haec fatus, reiecit ex umeris duplicem amictum et exuit magnos artus membrorum, magna ossa lacertosque,

satus = natus

caestus: acc. pl.

extemplo = statim

abduxerunt

longe ab ictu = ut ictus vitarent
laccessunt = incipiunt
iuventa: ablat.

artus: acc. pl.

ingeminant multa cavo lateri =
saepissime pulsant latera cavo
modo sonantia / sonitus: acc. pl.
aures / tempora = caput

eodem nisu = propter eundem
nism / exit tela = vitat ictus

molibus = machinis belli
sub armis / habens arma
aditus: acc. pl.

inritus (adiect.) = frustra (adv.)

cessit = vitat / effudit = iacit

vires / ultro = sua sponte

pinus, -i f.

atque ingens consistit [in] media harena. Tum pater satus [ex] Anchisa extulit aequos caestus et innexuit palmas amborum paribus armis. Extemplo uterque, arrectus, constitit in digitos [pedum] atque interritus extulit braccia ad superas auras. Abduxere ardua capita retro, longe ab ictu, immiscentque manus manibus atque laccessunt pugnam, ille melior motu pedum fretusque iuventa, <430> hic valens membris et mole, sed tarda genua labant [ei] trementi, [atque] aeger anhelitus quatit vastos artus [eius]. Viri iactant nequiquam multa vulnera inter se, ingeminant multa cavo lateri et dant vastos sonitus [in] pectore, atque crebra manus errat circum auris et tempora, [atque] malae crepitant sub duro vulnere.

Entellus stat, gravis, atque, immotus eodem nisu, exit tela modo corpore atque vigilantibus oculis; ille, velut qui oppugnat celsam urbem molibus aut sedet sub armis <440> circum montana castella, nunc [temptat] hos aditus, nunc illos, atque pererrat omnem locum arte et, inritus, urget variis adsultibus. Entellus, insurgens, ostendit dextram et alte extulit [eam]; ille, velox, praevidit ictum a vertice venientem celerique corpore elapsus cessit [eum]. Entellus effudit viris in ventum et ultro ipse gravis graviterque concidit ad terram vasto pondere, ut quondam cava pinus, [e] radicibus eruta, concidit aut [in monte] Erymantho aut in magna Ida.

studiis = ardentis in animo
 caelo = per caelum
 aequaevum = eiusdem aetatis

casu = propter casum

vires / agit = persequitur (dep.)
 toto aequore = per totam planitiem
 ictus: acc. pl.

Dareta: Graecus acc.

versat eum = efficit ut se vertat

saevire = modo saevo se gerere

eripuit [e pugna]

vires alias esse = vos non habere
 easdem vires / conversa esse
 numina = deos reliquisse te
 aequales = amicos / naves

iactantem caput utroque = moven-
 tem caput ad utrumque latus

superans animis = multum gaudens

superbus = laetus
 cognoscite = vidite, audite
 et... et...

Teucris et Trinacria pubes <450> consurgunt studiis; clamor it caelo primusque Acestes accurrit atque, miserans, attollit aequaevum amicum ab humo. At, non tardatus casu neque territus, heros redit acrior ad pugnam ac [ex] ira suscitatur vim. Tum pudor et conscia virtus incendit viris [illius], atque ille, ardens, agit praecipitem Daren toto aequore, nunc ingeminans ictus dextra [manu], nunc sinistra. Nec mora nec requies [adest]: quam nimbi multa grandine crepitant [in] culminibus, sic heros, creber, densis ictibus pulsatur Dareta <460> utraque manu versaturque [eum]. Tum pater Aeneas haud passus [est] iras procedere longius et Entellum saevire acerbis animis, sed imposuit finem pugnae atque eripuit fessum Dareta, mulcens [eum] dictis, ac talia fatur: "Infelix, quae tanta dementia cepit animum? Non sentis viris alias [esse] conversaque [esse] numina? Cede deo." Dixitque et voce diremit proelia. Ast fidi aequales ducunt ad navis illum, trahentem aegra genua iactantemque caput utroque atque eiectionem [ex] ore crassum cruorem atque dentes <470> in sanguine mixtos; vocati, accipiunt galeamque enseque, [atque] relinquunt palmam taurumque Entello. Hic, victor, superans animis atque superbus tauro, "Nate dea, vosque, Teucris," inquit, "cognoscite haec: et quae vires fuerint mihi in iuvenali corpore et a qua morte revocatum servetis Dareta."

astabat ut = erat

reducta = retro ducta (quo fortius pulset) / caestus: acc. pl.
eos: caestus

procumbit = iacet / super = insuper

tales / persolvo = offero, praebeo

hic = nunc, in hoc loco
repono = relinquo / caestus: acc. pl.

forte = fortasse

malus, -i: pars navis (≠ adiect. malus)
in traiecto fune = fune vinciens

quo = ad quem / convenerunt

deiectam sortem = silices nomina
omnium monstrantes
omnes

modo = nuper / evinctus ... : quia
coronam victoriae gerit

confundere = violare
torsisti = emisisti
subsedit (< subsidio)= in fundo
manet / et = quoque

pro se = pro suis viribus
arcus: acc. pl.
depromunt = excipiunt

Dixit, et stetit contra ora adversi iuveni qui astabat [ut] donum pugnae, atque, reducta dextra [manu] , arduus libravit duros caestus inter media cornua, effractoque cerebro <480> inlisit [eos] in ossa. Bos sternitur, atque tremens procumbit humi, exanimis. Ille, super, effundit talis voces [e] pectore: "Eryx, pro morte Daretis persolvo tibi hanc meliorem animam; hic, victor, repono caestus atque [meam] artem."

Protinus Aeneas invitat certare celeri sagitta [eos] qui forte velint, et dicit praemia, ingentique manu erigit malum de nave Seresti et in traiecto fune suspendit ab alto malo volucrem columbam, [scopum] quo tendant ferrum. Convenere viri, atque aerea galea accepit deiectam sortem <490> et, clamore secundo, locus Hyrtacidae Hippocoontis exit primus ante omnis; quem consequitur Mnestheus, modo victor [in] navali certamine, Mnestheus evinctus viridi oliva; tertius [fuit] Eurytion, tuus frater, o clarissime Pandare, qui, quondam iussus confundere foedus, primus torsisti telum in medios Achivos; extremus atque [in] ima galea subsedit Acestes, ausus et ipse temptare manu [sua] laborem iuvenum.

Tum, quisque pro se, viri incurvant flexos arcus <500> validis viribus et depromunt tela [e] pharetris atque, nervo stridente, prima sagitta iuvenis Hyrtacidae, volucris, per caelum diverberat auras,

arbore = ligno	et venit atque infigitur [in] arbore adversi mali. Malus intremuit
ales = columba	atque ales, exterrita, timuit pennis, et omnia sonuerunt ingenti
plausu: plausu alarum, nullo modo plausu spectatorum / postea tetendit [ad columbam]	plausu. Post, acer Mnestheus constitit, petens alta adducto arcu, pariterque tetendit oculos telumque. Ast, miserandus, non valuit
quis = quibus	contingere ipsam avem ferro: rupit <510> nodos et linea vincula quis
pedem = acc. respectus	[avis], innexa pedem, ab alto malo pendebat; illa fugit, volans in
tela: plur. pro sing. contenta = posita vacuo caelo = per vacuum caelum	Notos atque atra nubila. Tum rapidus Eurytion, tenens iamdudum tela contenta [in] parato arcu, vocavit fratrem in vota, [atque]
exanimis = sine animo, mortua	speculatus columbam, iam laetam vacuo caelo et plaudentem alis, figit [eam] sub nigra nube. [Illa] decidit exanimis atque reliquit vitam
refert sagittam: quia sagitta adhuc in corpore columbae manebat	in astris aetheriis atque, delapsa, refert fixam sagittam.
amissa palma = quamquam iam non poterat primum praemium obtinere / pater = senex	Amissa palma, solus Acestes superabat, qui tamen contendit telum in
monstrum = prodigium	aeris auras, <520> ostentans [ut] pater artemque arcumque sonantem. Hic obicitur oculis [omnium] subitum monstrum atque
futurum ... = magnum augurium monstrans / exitus = eventus sera (adiect.) = nimis sero (adv.)	futurum magno augurio; ingens exitus docuit [hoc] post, atque terrifici vates cecinerunt sera omina, namque volans in liquidis
harundo (nominat.) = sagitta	nubibus harundo arsit signavitque viam flammis atque recessit
tenues	consumpta in tenuis ventos, ceu saepe volantia sidera, [e] caelo
refixa = liberata / [luminosa] crinem	refixa, transcurrunt atque ducunt crinem. Trinacii Teucrique viri
haeserunt attonitis animis = stupue- runt/ superos = deos abnuat = repudiavit	haesere attonitis animis atque precati [sunt] superos, nec maximus Aeneas abnuat omen, <530>

cumulat = onerat

pater: Aeneas vocat eum "pater"

exsortem (adiect.) = praesertim,
praecipue (adv.)
cratera: Graecus acc.

in magno munere = ut magnum
donum
tempora = caput

omnes

invidit + dat. / quamvis = quamquam

ingreditur (dep.) donis = accipit
dona
extremus = ultimus
harundine = sagitta
nondum ... = quamquam certamen
nondum confecerant
impubis = nondum iuvenis

puerile agmen = agmen puerorum

cursus: acc. pl.
avo = ut avo honorem tribuat
decedere = retro ire

patentes

incedunt = progrediuntur (dep.)

parentium / euntes / mirata quos

in morem = ut mos erat
tonsa corona: ablat.
hastilia = sagittas / ferro praefixa =
ferrum in cuspide habentia / leves

sed, amplexus laetum Acesten, cumulat [eum] magnis muneribus ac talia fatur: "Sume, pater, nam magnus rex Olympi voluit talibus auspiciis te exsortem ducere honores; habebis hoc munus ipsius longaevi Anchisae, cratera impressum signis, quem Thracius Cisseus olim [meo] genitori Anchisae in magno munere dederat ferre [ut] monumentum et pignus amoris sui." Sic fatus, cingit tempora viridanti lauro et appellat Acesten <540> victorem primum ante omnis; nec bonus Eurytion invidit praelato honori, quamvis [ipse] solus deiecit avem ab alto caelo. Proximus ingreditur donis [is] qui rupit vincula, extremus [is] qui fixit malum volucris harundine. At pater Aeneas, nondum certamine misso, vocat ad sese Epytiden, custodem comitemque impubis Iuli, et sic fatur ad fidam aurem: "Vade, age et dic Ascanio, si iam paratum habet secum puerile agmen atque instruxit cursus equorum, ducat turmas avo et ostendat sese in armis" <550> ait. Ipse iubet omnem infusum populum decedere [e] longo circo et campos esse patentis.

Incedunt pueri, pariterque lucent in frenatis equis ante ora parentum, [pueri] quos euntis mirata omnis iuventus Trinaciae Troiaeque fremit. In morem, omnibus coma pressa [est] tonsa corona; ferunt bina cornea hastilia, ferro praefixa; pars [fert] levis pharetras umero;

obtorti < obtorqueo	[in] summo pectore, flexilis circulus obtorti auri it per collum.
[aequales in] numero	Numero, tres turmae equitum ternique ductores vagantur; <560>
bis seni = XII	secuti quemque, agmine [in duas partes] partito, bis seni pueri
paribus magistris = cum eodem numero magistrorum / una = prima	fulgent, paribusque magistris. Una [est] acies iuvenum quam, ovantem, ducit parvus Priamus, referens nomen avi, tua clara
auctura Italos = quae augebit numerum Italorum alba ... = albam primam partem pedum	progenies, Polite, auctura Italos; [parvus Priamus] quem portat Thracius equus bicolor albis maculis, arduus ostentans alba vestigia primi pedis frontemque albam; alter [ductor est] Atys, unde Latini Atii
duxerunt	duxere genus, parvus Atys, atque puer dilectus puero lulo; lulus, <570>
extremus = ultimus / omnes forma: ablat. esse = ut esset	extremus atque pulcher ante omnis forma, invectus est Sidonio equo quem candida Dido dederat [ei] esse monimentum et pignus amoris sui; cetera pubes fertur equis Trinacis senioris Acestae.
fertur = vehitur, portatur senioris = senis	
excipiunt = accipiunt	Dardanidae excipiunt [eos], pavidos, plausu gaudentque tuentes
parentum = maiorum	[eos], atque agnoscunt ora veterum parentum. Postquam laeti
lustraverunt / in equis = equitantes	lustravere in equis omnem consessum oculosque suorum, Epytides
olli = illi	longe dedit [eis] paratis signum clamore insonuitque flagello. Olli
discurrerunt / pares = eundem numerum equitum habentes solverunt / converterunt / tulerunt	discurrere pares atque, diductis choris, terni <580> solvere agmina rursusque vocati convertere vias atque tulere infesta tela; inde,
cursus, recursus: acc. pl.	adversi, ineunt alios cursus aliosque recursus [in] spatiis, atque
orbis / sub armis = armis utentes	impediunt alternos orbis orbibus atque sub armis cient simulacra
nudant = monstrant	pugnae; et nunc nudant terga [in] fuga,

feruntur = progrediuntur (dep.)	nunc infensi vertunt spicula, nunc pariter feruntur facta pace.
fertur = dicitur / textum = positum	Ut quondam in alta Creta Labyrinthus fertur habuisse iter textum [in]
ancipitem = fallacem qua = per quem locum frangeret signa sequendi = deleret vestigia ad exitum sequenda Teucrorum	caecis parietibus ancipitemque dolum mille viis, qua indepreusus et inremeabilis error frangeret signa sequendi; <590> haud alio cursu nati Teucrum impediunt vestigia texuntque fugas et proelia ludo, similes
Carpathium [mare] Libycumque [mare]	delphinum qui, nando per umida maria, secant Carpathium Libycumque. Ascanius, cum cingeret Albam Longam muris, primus
cursus: genit. sing.	rettulit hunc morem cursus atque haec certamina et docuit priscos
puer = cum puer esset	Latinos celebrare [ea] modo quo ipse puer [celebrabat], [modo] quo
docuerunt	Troia pubes [celebrabat] secum; Albani docuere suos; hinc maxima
porro = postea patrium honorem = morem maiorum	Roma porro <600> accepit et servavit patrium honorem, atque nunc pueri [dicuntur] "Troia", [atque] agmen dicitur "Troianum [agmen]."
hac tenus = usque ad hoc temporis	Hac tenus celebrata [sunt] certamina sancto patri.
novavit = mutavit	Hinc primum Fortuna, mutata, novavit fidem. Dum referunt sollempnia
tumulo = prope tumulum	tumulo variis ludis, Saturnia Iuno misit Irim de caelo ad Iliacam
movens = putans, volvens	classem atque aspirat ventos [ei] eunti, movens multa [in mente]
necdum = atque nondum saturata = satiata nulli (dat.) = a nullo cito tramite = per citam viam concursum = multitudinem portus: acc. pl.	necdum saturata antiquum dolorem. Illa virgo, <610> celerans viam per arcum mille coloribus, visa nulli, decurrit cito tramite. Conspicit ingentem concursum et lustrat litora atque videt desertos portus classemque relictam.

acta = litore, ora
secretae < secerno
flentes = lacrimantes

superesse (exclamat. infinit.) = manere
perferre laborem pelagi = navigare

conicit sese = intrat
reponit = exiit (↔ induit)
Beroe: nominat.

genus = nobilitas

Dardanidum: genit. pl.

traxerit ad letum = necaverit

cui exitio = cui cladi, cui stragi

excidium = stragem, ruinam
cum = dum
omnes / emensae = navigantes per

fugientem = qui semper a nobis
fugit, ad quam numquam advenire
possumus

iacere = iacio, -ere (≠ iaceo, -ere)

nequiquam = frustra

Troiae: genit. / Hectoreos amnis:
Troianos amnes
puppis: acc. pl.

ardentes

hic = in hoc loco

agi = fieri / tantis prodigiis = postquam tanta prodigia vidimus

At procul, in sola acta, Troades secretae flebant amissum Anchisen, cunctaeque aspectabant profundum pontum flentes. Vox [erat] una omnibus: "Heu, tot vada et tantum maris [adhuc] superesse [nobis] fessis!" Orant urbem, taedet perferre laborem pelagi. Ergo [Iris], haud ignara [artis] nocendi, conicit sese inter [eas] medias et reponit faciemque vestemque deae; fit Beroe, longaeva coniunx Tmarii Dorycli, <620> cui quondam fuissent genus et nomen natiq̄ue, ac sic infert se mediam [in] matribus Dardanidum.

"O miserae, quas Achaica manus" inquit "[in] bello non traxerit ad letum sub moenibus patriae! O gens infelix, cui exitio Fortuna reservat te? Iam, post excidium Troiae, septima aestas vertitur, cum ferimur freta, cum [ferimur] omnis terras, emensae tot inhospita saxa atque sidera, dum per magnum mare sequimur Italiam fugientem et volvitur [in] undis. Hic [sunt] fines fraterni Erycis atque hospes Acestes: <630> quis prohibet iacere muros [hic] et dare urbem civibus? O patria et Penates, nequiquam rapti ex hoste, nullane moenia iam dicentur Troiae? Nusquam videbo Hectoreos amnis, Xanthum et Simoenta? Quin, agite et mecum exurite infaustas puppis, nam imago vatis Cassandrae visa [est] per somnum dare mihi ardentis faces: 'Quaerite Troiam hic; hic domus est' inquit 'vobis.' Iam tempus [est] res agi, nec mora [debet esse] tantis prodigiis.

en = ecce / Neptuno: dat.
 ministrat = dat nobis
 animumque = atque hortatur (dep.)
 nos

infensum = hostilem, inimicum

conixa = omnibus viribus utens
 coruscat = ciet / Iliadum = gen. pl.
 hic = tunc

Non Beroe ... = Haec quam videtis
 non est Beroe
 ardentis / qui: exclamat.

gressus = modus ambulandi

dudum = nuper

careret munere = non posset
 sacrificio adesse
 Anchisae: dat.

ancipites = dubitantes / spectabant

fatis = propter fata
 sustulit < tollo, -ere
 secuit < seco, -are

monstris (plur. pro sing.) = visu (<
 visus, -us) = propter visum

immissis habenis = liber, nihilo
 impediante / Volcanus = ignis
 puppis: acc. pl.

naves

En, quattuor arae Neptuno [sacratae]: deus ipse ministrat <640> faces
 animumque."

Haec memorans, prima corripit vi infensum ignem atque, sublata
 dextra [manu], conixa coruscat [eum] procul et iacit. Mentis Iliadum
 [manent] arrectae atque corda [manent] stupefacta. Hic una e multis,
 quae maxima [erat] natu, Pyrgo, regia nutrix tot natorum Priami,
 [dixit]: "Non Beroe vobis [adest], non haec est, matres, Rhoeteia
 coniunx Dorycli; notate signa divini decoris ardentisque oculos: qui
 spiritus [est] illi, qui vultus atque sonus vocis vel gressus [est illi]
 eunti! Egomet ipsa, dudum digressa, reliqui <650> Beroen aegram,
 indignantem quod [ipsa] sola careret [hoc] tali munere nec inferret
 Anchisae meritos honores." Haec effata [est].

At matres, primo, ancipites oculisque malignis, spectare rates,
 ambiguae inter miserum amorem praesentis terrae atque regna
 vocantia [eas] fatis, cum dea sustulit se per caelum paribus alis atque
 sub nubibus secuit ingentem arcum [in] fuga. Tum vero, attonitae
 monstris actaeque furore, conclamant, rapiuntque ignem <660> [e]
 penetralibus focus; pars spoliant aras atque coniciunt frondem,
 virgulta ac faces. Immissis habenis, Volcanus furit per transtra et
 remos et pictas puppis [de] abiete. Eumelus nuntius perfert ad
 tumulum Anchisae cuneosque theatri navis incensas [esse],

equestres cursus: acc. pl.

equo = equitans

quo tenditis? = quo ire vultis?

Argivum: gen. pl.

en = ecce

ciebat = faciebat, hortabat

Teucrum: gen. pl.

concava saxa = cavernas ubi possint
se celare

mutatae = mutatae rursus in
sanitatem

excussa = expulsa

posuerunt = deposuerunt / vires

vivit = ardet

vapor = ignis / est < edo, edere

herorum: gen. pl.

abscindit / vocat

tendit / exosus es = odisti

ad unum = usque ad ultimum
(ali)quid

tenues / Teucrum: gen. pl.

et ipsi respiciunt atram favillam volitare in nimbo. Et Ascanius primus, ut laetus ducebat equestris cursus, sic acer petivit turbata castra equo, nec exanimes magistri possunt retinere [eum]. "Quis [est] iste novus furor? Quo tenditis nunc, quo," inquit, <670> "heu miserae cives? Non uritis hostem inimicaque castra Argivum, [uritis] vestras spes. En, ego [sum], vester Ascanius!" Proiecit ante pedes inanem galeam qua indutus ciebat simulacra belli [in] ludo. Simul Aeneas accelerat, simul agmina Teucrum. Ast illae, metu, passim diffugiunt per diversa litora atque furtim petunt silvas et, sicubi [sint], concava saxa; piget incepti [facinoris] lucisque, atque, mutatae, agnoscunt suos atque luno excussa est [e] pectore [earum].

Sed non idcirco flamma atque incendia posuere indomitas viris; <680> stупpa vivit sub udo robore, vomens tardum fumum, lentusque vapor est carinas et pestis descendit toto corpore [navium], nec vires herorum infusaque flumina [aquae] prosunt.

Tum pius Aeneas abscindere vestem [ab] umeris atque vocare deos auxilio et tendere palmas: "Iuppiter omnipotens, si nondum exosus [es] Troianos ad unum [hominem], si quid [tua] antiqua pietas respicit humanos labores, da nunc flammam evadere [e] classi, pater, et eripe [e] leto <690> tenuis res Teucrum;

demitte = mitte	vel tu, si mereor, demitte morti infesto fulmine quod superest, atque
hic = in hoc loco	hic obrue [nos] tua dextra [manu]."
sine more = modo inusitato	Vix haec ediderat cum atra tempestas, effusis imbris, sine more
ardua terrarum = cuspides montium	furit atque ardua terrarum et campi tremescunt tonitru; imber
aqua: ablat.	turbidus aqua atque nigerrimus densis Austris ruit [ex] aethere toto,
madescent = umida fiunt	atque puppes implentur super, robora semusta madescent, donec
vapor = ignis / restinctus = extinctus / amissis = deletis	omnis vapor restinctus [est] et omnes carinae, quattuor amissis,
a peste = ab exscidio, a ruina	servatae [sunt] a peste.
casu = eventu	At pater Aeneas, concussus acerbo <700> casu, [in] pectore versans,
mutabat ingentes curas = dubitabat de ingentibus curis	mutabat ingentis curas, nunc huc, nunc illuc, resideretne [in] Siculis
capesseret = perveniret ad	arvis, oblitus fatorum, capesseretne Italas oras. Tum senior Nautes,
Tum ... fatorum: sententia fit interrupta	quem unum docuit Tritonia Pallas atque reddidit [eum] insignem
portenderet = significaret	multa arte (haec dabat [ei] responsa, vel quae portenderet magna ira
deorum / isque: sententia iterum incipit	deum vel quae posceret ordo fatorum); isque, solatus Aenean, inquit
ferendo = sufferendo	his vocibus: "Nate dea, sequamur quo fata trahunt retrahuntque;
consiliis = consiliorum	quidquid erit, omnis fortuna superanda est <710> ferendo; est tibi
volentem = si vult	Dardanius Acestes, divinae stirpis: cape hunc [ut] socium consiliis et
superant = supervacanei sunt	coniunge [tibi eum] volentem, trade huic [eos] qui, navibus amissis,
pertaesum est = taedet	superant et quos pertaesum est magni incepti rerumque tuarum;
aequore = mari (ablat.)	atque delige logaevos senes ac matres aequore fessas et quidquid
quidquid: neutr. pro masc. quisquis	tecum invalidum metuensque pericli est,

sine (< sino, -ere) ei habeant = sine
eos habere

diducitur = dividitur

omnes / polum = caelum
subvecta = tracta

tales / vita: ablat. comparat.

exercite: vocat. (< exerceo)
imperio = iussu
depulit = exstinxit

pare: imperat. (< pareo)

aspera cultu = agrestes mores
habens / antea
pete congressus (acc. pl. pro sing.)
meos = inveni me
namque = nam

multo ... = si multa sacrificia pecu-
dum facies ei

dentur = destinata sint tibi
cursus: acc. pl.
anhelis equis / equis qui suum
anhelitem ad me iactant

ceu = idem ac

arcet te = privat te

suscitat ignes = efficit ut ignes rursus
ardeant

et sine [ei], fessi, habeant moenia [in] his terris; appellabunt urbem
'Acestam,' nomine permissa."

Incensus talibus dictis senioris amici, tum vero diducitur [in] animo in
omnis <720> curas, et Nox atra, bigis subvecta, tenebat polum. Dehinc,
delapsa [de] caelo, facies parentis Anchisae visa [est] subito
effundere talis voces: "Nate, quondam magis care mihi vita, dum vita
manebat, nate, exercite Iliacis fati, huc venio imperio Iovis, qui
depulit ignem [a] classibus et tandem ab alto caelo miseratus est:
pare consiliis quae nunc senior Nautes dat, pulcherrima [consilia];
defer in Italiam lectos iuvenes, fortissima corda; gens dura atque
aspera cultu <730> debellanda est tibi [in] Latio. Ante tamen accede
infernus domos Ditis et pete congressus meos per alta Averna, nate,
namque impia Tartara, tristes umbrae, non habent me, sed colo
amoena concilia piorum Elysiumque. Casta Sybilla ducet te huc multo
sanguine nigrarum pecudum: tum disces omne genus tuum et quae
moenia dentur. Iamque vale; humida Nox torquet medios cursus et
saevus Oriens adflavit me anhelis equis."

Dixerat, et fugit tenuis ceu fumus in auras. <740> Aeneas "Quo deinde
ruis? Quo proripis?" inquit, "Quem fugis? Aut quis arcet te [a] nostris
complexibus?" Haec memorans, suscitavit cinerem et sopitos ignis
atque, supplex, veneratur Pergameum Larem

penetralia = templum

quae ... : obliqua quaestio
constet = sit
transcribunt matres = dant nomina
matrum
animos egentes... = homines qui
nullam laudem desiderabant

ambesa = deleta / rudentes
exigui = pauci
(erant) vivida virtus = erat eis vivida
virtus

designat = notat
sortitur (dep.) = dat sorte

indicit = designat / vocatis = electis

vicina = propinqua

late = per longum locum

epulor, -ari = multum edere

straverunt = placaverunt
aequora = mare
exoritur (dep.) = nascitur, fit

morantur (dep.) = manent, tradunt

facies = visus

numen = fatum

perferre = pati

et penetralia canae Vestae pio farre et plena acerra. Extemplo accersit socios primumque Acesten, et edocet imperium Iovis et praecepta cari parentis et quae sententia nunc constet [in] animo. Haud mora [est] consiliis, nec Acestes recusat iussa: transcribunt matres urbi atque deponunt populum volentem, <750> animos egentis nil magnae laudis. Ipsi novant transtra atque reponunt [in] navigiis robora flammis ambesa, aptant remosque rudentisque, [ipsi] exigui numero, sed vivida virtus [in] bello.

Interea Aeneas designat urbem aratro sortiturque domos; iubet hoc esse Ilium et haec loca [esse] Troiam. Troianus Acestes gaudet regno indicitque forum et dat iura vocatis patribus. Tum in Erycino vertice fundatur sedes, vicina astris, Veneri Idaliae, atque sacerdos <760> ac sacer lucus late additus [est] tumulo Anchiseo.

Iamque novem dies omnis gens epulata [erat], et factus [erat] honos aris: placidi venti straverunt aequora et Auster, creber aspirans, rursus vocat [eos] in altum [mare]. Ingens fletus exoritur per procurva litora; complexi inter se, morantur noctemque diemque. Iam ipsae matres [atque] [ei] ipsi quibus quondam facies maris visa [erat] aspera et numen [visum erat] non tolerabile, volunt ire atque perferre omnem laborem fugae. Quos bonus Aeneas solatur amicis <770> dictis et lacrimans commendat [eos] consanguineo Acestae.

caedere = mactare / tres	Deinde iubet caedere tris vitulos Eryci et agnam Tempestatibus atque
ex ordine = alium post alium	funem solvi ex ordine. Ipse, evinctus caput foliis tonsae olivae, stans
exta [mactatorum animalium] fluctus: acc. pl.	procul in prora, tenet pateram atque proicit exta in salsos fluctus ac
euntes / feriunt ≠ ferunt	fundit liquentia vina. Ventus, a puppi surgens, prosequitur [eos]
exercita = sollicita, anxia	euntis; socii feriunt mare certatim et verrunt aequora.
tales questus: acc. pl. / neque exsat. pectus = atque non exsat. pectus omnes / quam: lunonem	At Venus interea, exercita curis, adloquitur Neptunum atque effundit
imperio = sub imperio	[e] pectore talis questus: <780> "Gravis ira lunonis neque exsaturabile
fatis = sub fati / exedisse = dele- visse Phrygum: genit. pl. traxe = traxisse / reliquias = super- stites / insequitur = persequitur peremptae = deletae quam ... : obliqua quaestio	pectus cogunt me, Neptune, descendere in omnis preces; quam nec
freta = confidens	longa dies nec pietas ulla mitigat, nec infracta quiescit imperio Iovis
actis = deceptis / puppes	fatisque. Non satis est [ei] exedisse nefandis odiis urbem de media
subegit = coegit / ignotae terrae = in ignota terra / liceat tibi = sine	gente Phrygum nec traxe reliquias Troiae per omnem poenam:
concessa = ea quae concessa sunt	insequitur cineres atque ossa peremptae [urbis]. Sciat illa causas tanti
domitor = dominus	furoris. Tu ipse nuper mihi [fuisti] testis quam molem subito excierit
fidere = credere genus = tuam originem	in Lybicus undis: miscuit omnia maria caelo, <790> nequiquam freta
	Aeoliis procellis, ausa [facere] hoc in tuis regnis. Ecce, etiam Troianis
	matribus per scelus actis, foede exussit puppis et, classe amissa,
	subegit [nos] linqere socios ignotae terrae. Oro, liceat tibi quod
	superest dare tuta vela per undas, liceat [eos] attingere Laurentem
	Thybrim, si peto concessa [nobis], si Parcae dant [nobis] ea moenia."
	Tum Saturnius, domitor alti maris, haec edidit: "Omne fas est,
	Cytherea, te fidere meis regnis, <800> unde ducis genus.

hoc: te fidere meis regnis
 testor (dep.) = capio ut testes
 Troia = Toiana
 impingeret = pelleret
 muris = ad muros
 reperire = invenire
 evolvere se = iactare se
 congressum = pugnantem
 cum = quamvis, etiamsi
 ab imo = inde a fundamentis
 perstat = manet
 pelle timores = noli timere
 portus: acc. pl. / tantum = solum
 quaeres = videbis evanuisse
 unum caput = unus vir
 effundit = laxavit / omnes
 summa aequora = alta maria
 subsidunt = quiescunt
 aequor aquis (= aquarum) = mare
 nimbi = nubes
 cete: Graeca forma neutri pluralis
 citi = veloces
 tenet = tenent (verbum habet
 septem subiecta) / hic = tunc
 pertemptant = invadunt

Quoque [ego] merui [hoc]; saepe compressi furores et tantam rabiem
 caeli marisque, nec minor [est] mihi cura tui Aeneae in terris: testor
 Xanthum Simoentaque. Cum Achilles, sequens exanimata Troia
 agmina, impingeret [ea] muris, daret multa milia [virorum] leto atque
 amnes, repleti, gement nec Xanthus posset reperire viam atque
 evolvere se in mare, tunc ego rapui Aenean [in] cava nube,
 congressum forti Pelidae nec [aequis] dis nec aequis viribus, cum
 cuperem vertere ab imo <810> moenia periurae Troiae, meis manibus
 structa. Quoque nunc eadem mens perstat mihi; pelle timores.
 Accedet tutus [ad] portus Averni quos optas; tantum unus erit quem
 quaeres, [in] gurgite amissum, unum caput dabitur pro multis."

Ubi permulsit laeta pectora deae his dictis, genitor iungit equos auro
 atque addit spumantia frena feris atque effundit omnis habenas [a]
 manibus; volat levis per summa aequora [in] caeruleo curru; undae
 subsidunt, atque sub tonanti <820> axe tumidum aequor aquis
 sternitur, [atque] nimbi fugiunt [e] vasto aethere. Tum [apparent]
 variae facies comitum, immania cete, et senior chorus Glauci
 Inousque Palaemon Tritonesque citi atque omnis exercitus Phorci;
 Thetis et Melite Panopeaque virgo, Nisaeae Spioque Thaliaque
 Cymodoceque tenet laeva [loca]. Hic blanda gaudia vicissim
 pertemptant suspensam mentem patris Aeneae;

ocius = citius / omnes / bracchia in-
tendi velis = velas intendi brachiiis
fecere pedem = vinxerunt funes
sinus (velarum): acc. pl.
sua flamina = secundi venti

ocius iubet omnis malos attolli [et] bracchia intendi velis. Omnes una
fecere pedem pariterque solvere sinistros <830> sinus, nunc dextros;
una torquent detorquentque ardua cornua; sua flamina ferunt
classem.

omnes

Palinurus, primus ante omnis, agebat densum agmen; alii iussi [sunt]

contendere = aptare

contendere cursum ad hunc; iamque umida Nox fere contigerat

quiete: ablat.

mediam metam caeli, nautae laxabant quiete placida membra, fusi

fusi (< fundo) = accubiti (< accumbo)

sub remis per dura sedilia, cum levis Somnus, delapsus ab aetheriis

dimovit = divisit / aera: Graecus acc.

astris, dimovit tenebrosum aera et dispulit umbras, petens te,

Palinure, portans <840> tibi tristia somnia; atque deus, similis

puppi: ablat.

Phorbanti, consedit in alta puppi funditque has loquelas [ex] ore:

has loquelas = haec verba

"Iaside Palinure, ipsa aequora ferunt classem, aurae spirant

aequatae = secundae

aequatae, hora datur quieti; pone caput atque furare [tuos] oculos

furare: imperat. (< furor)

labori = e labore / inibo = faciam

labori, ego ipse paulisper inibo tua munera pro te."

lumina = oculos

Cui vix attollens lumina Palinurus fatur: "Mene iubes ignorare vultum

salis = maris / fluctus: acc. pl.

placidi salis quietosque fluctus? Mene [iubes] confidere huic

credam = dem

monstro? [Imperas ut] credam Aenean (quid enim [putas]?) fallacibus

auris <850> et [fallaci] caelo, totiens deceptus fraude sereni [caeli]?"

nusquam = numquam

Talia dicta dabat, atque adfixus et haerens nusquam amittebat

clavum = gubernaculum

clavum, atque tenebat oculos sub astra. Ecce deus quassat ramum,

rore (ablat.) = aqua / soporatus = qui
efficit ut dormias / vi Stygia: ablat.

Lethaeo rore madentem vique Stygia soporatum,

utraque tempora = caput / solvit =
 clausit / natantia = haesitantia
 laxaverat primos artus (acc. pl.) =
 inceperat laxare artus

revulsa < revello

ales = avis: deus / tenues

aequore = per aequor

subibat = appropinquabat / difficiles

ossibus = propter ossa

adsiduo sale = quia mare ea conti-
 nuo pulsabat

concussus = pulsus / animum: acc.
 respectus / casu = morte
 confise: vocat.

super utraque tempora, atque solvit natantia lumina [ei] cunctanti.

Vix inopina quies laxaverat primos artus, et incumbens super [eum]

proiecit [eum] in liquidas undas, praecipitem ac nequiquam socios

saepe vocantem, <860> cum parte puppis revulsa cumque gubernaculo.

Ipse ales volans sustulit se ad tenuis auras. Non setius classis currit

tutum iter aequore atque, interrita, fertur promissis patris Neptuni.

lamque adeo advecta subibat scopulos Sirenum, difficilis quondam

atque albos ossibus multorum (tum rauca saxa longe sonabant

adsiduo sale), cum pater sensit [navem], amisso magistro, fluitantem

errare, et ipse rexit ratem in nocturnis undis, multa gemens atque

concussus animum casu amici: "O Palinure, nimium confise caelo et

sereno <870> pelago, nudus iacebis in ignota harena!"

LIBER VI

immittit habenas classi = laxat
 rudentes velorum
 adlabitur (dep.) + dat. = pervenit ad
 + acc. / pelago = ad pelagus
 naves

semina ... abstrusa

monstrat... = reversa, dicit quae
 flumina invenerint

Sic fatur lacrimans, atque immittit habenas classi et tandem adlabitur

Euboicis oris Cumarum. Obvertunt proras pelago; tum ancora

fundabat navis tenaci dente et curvae puppes praetexunt litora.

Manus iuvenum, ardens, emicat in Hesperium litus; pars quaerit

semina flammae in silicis venis abstrusa, pars rapit silvas, densa tecta

ferarum, atque monstrat inventa flumina.

quibus = ubi

secreta < secerno

futura = futura eventa

subeunt = ineunt in

caelo: dat. / praereptibus pennis:
ablat.

Arctos: fem. / astitit = se detinuit

his terris: dat.

(nunc incipit descriptio caelaturae)

Androgeo (dat.) = Androgei (gen.)

pendere = dare

ductis sortibus = ad sortiendum
respondet = sita est adversa / elata
= praestans / hic = in hoc loco
inest = caelatum est

hic = in hoc loco / domus: genit.
error = difficilis via

caeca vestigia = inextricabilem viam
(hic finem habet descriptio caelaturae)

effingere = caelare / casus: acc. pl.
manus: acc. pl.
cecidere (= laborem reliquerunt)

perlegerent = observarent / ni = nisi

praemissus = quem praemiserant
adforet = adesset

At pius Aeneas petit arces quibus altus Apollo praesidet atque procul secreta [loca], antrum immane horrendae Sibyllae, <10> cui vates Delius inspirat mentem animumque aperitque futura. Iam subeunt lucos Triviae atque aurea tecta. Daedalus, ut fama est, fugiens Minoa regna, ausus credere se caelo praepetibus pennis, per insuetum iter enavit ad gelidas Arctos, atque tandem levis astitit super Chalcidica arce; redditus his terris, primum sacravit tibi, Phoebe, remigium alarum posuitque [tibi] immania templa. In foribus [sculpsit] letum Androgeo; tum [videri possunt] Cecropidae, iussi (miserum!) quotannis pendere poenas, <20> septena corpora natorum; stat urna ductis sortibus. Contra, Cnosia tellus respondet, elata [e] mari: hic inest crudelis amor tauri atque Pasiphae, supposita furto, mixtumque genus prolesque biformis, Minotaurus, monimenta nefandae Veneris; hic [inest] ille labor domus et inextricabilis error; sed enim, miseratus magnum amorem reginae, Daedalus ipse resolvit dolos ambagesque [illius] tecti, regens caeca vestigia filo. Tu quoque, Icare, haberes magnam <30> partem in tanto opere, [si] dolor [patris] sineret: bis conatus erat effingere [tuos] casus in auro, bis patriae manus cecidere.

Quin, protinus perlegerent [haec] omnia oculis, ni iam Achates, praemissus, adforet atque,

Hoc ... = Non est tempus admirandi
ista spectacula

totidem = quoque septem
bidentes / ex more = ut fieri solet

Euboicae rupis: genit.
in antrum = in formam antri
lati aditus: nom. pl.
totidem = quoque centum

cui = sacerdoti

non mansit unus = mutatum est
mansere = manserunt
rabie: ablat.

videbatur / quando = quia

cessas in vota? = vota non das deo?

attonitae domus: genit. / antea (nisi
dederis vota)

Teucris (dat.) = Teucrorum

miserate: vocat.

graves / direxisti / manus: acc. pl.

maria obeuntia

gentes / Massylum: gen. pl.

Syrtibus praetenta = quae ante
Syrtis panduntur / fugientes
Troiana fortuna = mala fortuna (quia
Troia deleta erat)

una [cum eo], sacerdos Phoebi Triviaeque, Deiphobe [filia] Glauci,
quae talia fatur regi: "Hoc tempus non poscit sibi ista spectacula;
nunc praestiterit mactare septem iuencos de intacto grege, [atque]
totidem bidentis, ex more lectas." Talibus adfata Aenean (nec viri
morantur <40> iussa sacra), sacerdos vocat Teucros in alta templa.
Ingens latus Euboicae rupis excisum [est] in antrum, quo centum lati
aditus ducunt, centum ostia, unde totidem voces ruunt, responsa
Sibyllae. Ventum erat ad limen, cum virgo "Tempus [est] poscere
fata" ait; "Deus, ecce deus!" Cui, fanti talia ante fores, subito vultus
non [mansit unus], color non [mansit] unus, comae non mansere
comptae, sed anhelum pectus et fera corda tument rabie, maiorque
videri nec sonans mortale, quando <50> adflata est numine dei iam
propiore. "Cessas in vota precesque," ait, "Tros Aenea? Cessas?
Neque enim magna ora attonitae domus dehiscent ante."
Et, talia fata, conticuit. Gelidus tremor cucurrit per dura ossa Teucris,
atque rex fundit preces ab imo pectore: "Phoebe, semper miserate
gravis labores Troiae, qui direxti Dardana tela manusque Paridis in
corpus Aeacidae, te duce intravi tot maria, magnas terras obeuntia,
atque [intravi] penitus repostas gentis Massylum atque arva <60>
Syrtibus praetenta: iam tandem prendimus fugientis oras Italiae. Hac
tenus secuta fuerit Troiana fortuna!

obstitit: aliquo modo molestiam
attulit
venturi: gen. sing. n. / errantes

meis ... = quae fata non dederunt
mihi

penetralia = templum

te: nunc Aeneas loquitur sacerdoti

sortes / sacrabo l. v.: ut sacerdotes

tantum ne manda = solum noli man-
dare / foliis: quia sacerdos
scribebat oracula in foliis

patiens: patiens influxum dei
immanis: quia maior videbatur
si possit = conans / ille: deus

fingit = subiungit, submittit

domus: gen. / patuerunt

defuncte < defungor (dep.) (+ ablat.)
terrae: locat.

et = quoque

tibi ... : tibi omnia erunt idem ac
circum Troiam
partus est = natus est

Iam fas est quoque vos parcere Pergameae genti, dique deaeque omnes, quibus Ilium et ingens gloria Dardaniae obstitit. Tuque, o sanctissima vates, praescia venturi, da Teucros errantisque deos agitataque numina Troiae considerare [in] Latio (non posco regna meis fatis indebita); tum instituam Phoebos et Triviae templum de solido marmore festosque dies de nomine Phoebi. <70> Magna penetralia [in] nostris regnis manent quoque te: namque ego hic ponam tuas sortis arcanaque fata meae genti dicta, atque, alma, sacrabo lectos viros; tantum ne manda carmina foliis, ne volent turbata [ut] ludibria rapidis ventis; oro [ut tu] ipsa canas."

Dedit ore finem loquendi. At vates Phoebi, nondum patiens, immanis bacchatur in antro, si possit excussisse deum [e] pectore; ille tanto magis fatigat rabidum os, domans fera corda, fingitque [eam] premoendo. <80> Iamque centum ingentia ostia domus patuere sua sponte atque ferunt per auras responsa vatis: "O [tu], tandem defuncte periculis magni pelagi (sed graviora [pericula] terrae manent), Dardanidae venient in regna Lavini (mitte hanc curam de pectore), sed et volent non venisse. Cerno bella, horrida bella, et Thybrim multo sanguine spumantem. Tibi non defuerint Simois nec Xanthus nec Dorica castra; iam partus [est] alius Achilles [in] Latio, et ipse natus [e] dea;

nec ... : et luno semper vobiscum
manebit (ut inimica)
egenis = adversis / quas: interrogat.
gentes / Italum: genit. pl.
externi thalami: nom. pl.

ne cede = noli cedere / ito: imperat.
qua = per quem locum
reris < reor (dep.) / pandetur = per-
veniet

ex adyto = ex interiore loco

vera = ea quae vera erant

concutit = posuit

rabida ora: pl. pro sing.

mi = mihi

antea / quando = quoniam

hic = in hoc loco

palus [quoque dicitur esse hic]
contingat = fieri possit
pandas = aperias

sequentia tela = tela ab hostibus
contra nos iacta
omnes

vires / senectae = senectutis

quin = contrarie

miserere: imperat.

lucis < lucus, -i

nec luno, <90> Teucris addita, usquam aberit, cum tu, supplex in rebus
egenis, quas gentis Italum aut quas urbes non oraveris! Causa tanti
mali Teucris [erit] iterum coniunx hospita atque iterum externi
thalami. Tu ne cede malis, sed, contra, audentior ito qua tua Fortuna
sinet te. Prima via salutis (quod minime reris) pandetur a Graia urbe."
Talibus dictis Sibylla Cumaea canit ex adyto horrendas ambages
atque remugit [in] antro, involvens vera obscuris [dictis]; Apollo
concutit ea frena [ei] furenti <100> et vertit stimulos sub pectore [eius].
Ut primum furor cessit et rabida ora quierunt, incipit Aeneas heros:
"O virgo, non ulla nova inopinave facies laborum surgit mi; omnia
praecepi atque ante peregi mecum [in] animo. Unum oro: quando
ianua inferni regis dicitur [esse] hic et, refuso Acheronte, tenebrosa
palus, [oro] contingat ire ad conspectum et ora cari genitoris; [oro]
doceas iter et pandas sacra ostia. Ego his umeris eripui illum per
flammas et mille sequentia tela <110> atque recepi e medio hoste; ille,
comitatus meum iter, ferebat mecum omnia maria atque omnis
minas pelagique caelique, invalidus, ultra viris sortemque senectae.
Quin, idem orans dabat mandata ut supplex peterem te et adirem
tua limina. Precor, alma, miserere gnatique patrisque (namque potes
omnia, nec nequiquam Hecate praefecit te Avernis lucis),

Threicia cithara: ablat.	si Orpheus, fretus Threicia cithara fidibusque canoris, <120> potuit
Manes / alterna morte: alter in Averno manebat per alterum annum / Thesea: Graecus acc.	arcessere Manis coniugis, si Pollux redemit fratrem alterna morte
et mi = quoque mihi	itque reditque viam totiens; quid memorem Thesea, quid magnum Alciden? Et mi genus [venit] ab Iove summo."
tenebat = tangebatur manu	Talibus dictis orabat atque tenebat aras, cum vates orsa [est] sic
divum = deorum	loqui: "Sate [e] sanguine divum, Tros Anchisiade, facilis [est]
Averno = ad Avernum	descensus Averno: ianua atri Ditis patet noctes atque dies; sed
revocare gradum = retro ire opus = aliquid difficile geniti = nati	revocare gradum atque evadere ad superas auras, hoc est opus, hic [est] labor; pauci, geniti [e] dis, quos aequus Iuppiter amavit aut
aethera: Graecus acc. / potuerunt	ardens virtus <130> evexit ad aethera, potuere [exire]. Silvae tenent
atro sinu = atro curvamine	omnia media [spatia], Cocytusque labens circumvenit [ea] atro sinu.
quod si = sed si	Quod si tantus amor [est] menti [tuae], si tanta cupido est [tibi]
lacus: acc. pl. / iuvat = placet	innare bis lacus Stygios, videre bis nigra Tartara, et iuvat indulgere
quae ... = obliqua quaestio	insano labori, accipe quae prius peragenda [sint]: latet [in] opaca
lento = flexibile / dictus sacer = qui dicitur sacratum esse	arbore ramus, aureus et foliis et lento vimine, [ramus] dictus sacer
datur = licet / subire = intrare in	infernae Iunoni. Omnis lucus tegit hunc [ramum] et umbrae claudunt [eum] [in] obscuris convallibus. Sed non datur subire <140> operta
(ali)quis / fetus: acc. pl. auricomos fetus: pl. pro sing. ferri = dari	[loca] telluris ante quam quis decerpserit auricomos fetus [ex] arbore. Pulchra Proserpina instituit hoc munus ferri sibi. Primo
avulso < avello / non deficit = est	[ramo] avulso, non deficit alter [ramus] aureus, et virga frondescit
simili metallo: auro	simili metallo.

vestiga alte oculis = inveni ramum in
alta parte arborum
aliter = alio modo

vincere = rapere

amici tibi = amici tui

incestat = profanat / funere = cor-
pore / consulta = oraculum
pendes = manes / antea
conde = pone
sunto: imperat.

invia = difficilia ad ambulationem

defixus lumina = humum aspiciens

eventus: acc. pl. / figit vestigia eius =
sequitur (dep.) eum
paribus = aequalibus / quem ... :
obliqua quaestio
quod ... : obliqua quaestio

venerunt

aere = tuba / quo: ablat. comparat.

accendere Martem = hortari ad
pugnam
Hectora: Graec. acc. / lituo = tuba

secutus ... : quia nolebat inferiorem
ducem sequi

Ergo, vestiga alte oculis et, repertum, carpe [eum] manu rite;
namque ipse volens facilisque sequetur [te], si fata vocant te; aliter
non poteris vincere [eum] viribus ullis nec convellere [eum] duro
ferro.

Praeterea, corpus amici tibi iacet exanimum (heu, nescis!) atque
incestat totam classem <150> [suo] funere dum petis consulta atque
pendes in nostro limine. Ante, refer hunc suis sedibus et conde [eum
in] sepulcro. Duc nigras pecudes, ea sunt prima piacula. Sic demum
aspicies lucos Stygis et regna invia vivis."

Dixit, pressoque ore obmutuit. Aeneas maesto vultu, defixus lumina,
linquens antrum ingreditur, atque volutat secum [in] animo caecos
eventus. Cui fidus Achates it [ut] comes et figit vestigia [eius] paribus
curis. Serebant <160> multa inter sese vario sermone: quem socium
exanimum vates diceret, quod corpus humandum [esset]. Atque, ut
venere, illi in sicco litore vident Misenum, indigna morte peremptum,
Misenum Aeoliden, quo non alter [fuit] praestantior ciere viros aere
atque accendere Martem [suo] cantu. Hic fuerat comes magni
Hectoris; circum Hectora, obibat pugnas, insignis et lituo et hasta.
Postquam victor Achilles spoliavit illum [e] vita, fortissimus heros
addiderat sese Dardanio Aeneae [ut] socium, secutus <170> non
inferiora.

aequora: acc. pl. n. / cava concha:
abl. sing.
certamina: plur. pro sing.

saxa: acc. pl. n. / spumosa unda:
ablat. sing.
praecipue = in primis

festinant = cito perficiunt

educere ... = eam altissimam
construere / itur = eunt
procumbunt = cadunt

advolvunt = volvunt / ingentes (acc.
pl.) / nec ... non = et quoque
accingitur = utitur (dep.)

paribus = aequalibus

forte = casu, temere

ostendat: subiunct. desiderii
tanto = tam magno
quando = quoniam

venerunt

ipsa ora: pl. pro sing. / sederunt

aves / este: imperat.

(ali)qua

ne defice = noli deficere

pressit vestigia = finem ambulandi
fecit / quae ... : quaestio obliqua
quo ... : quaestio obliqua

Sed tum, dum forte personat aequora cava concha, demens, et cantu vocat divos in certamina, aemulus Triton, si dignum est credere, immerserat virum exceptum inter saxa spumosa unda. Ergo omnes circum fremebant magno clamore, praecipue pius Aeneas. Tum, flentes, festinant iussa Sibyllae, haud mora [est], atque certant congerere aram sepulcri arboribus atque educere [eam] caelo. Itur in antiquam silvam, alta stabula ferarum; piceae procumbunt; ilex, <180> securibus icta, sonat, atque fraxineae trabes [scinduntur] et fissile robur scinditur cuneis; advolvunt ingentis ornos [e] montibus. Nec Aeneas, primus inter talia opera, non hortatur socios atque accingitur paribus armis. Atque ipse cum suo tristi corde volutat haec, aspectans immensam silvam, et forte sic precatur:

"Si nunc ille aureus ramus [ex] arbore ostendat se nobis in tanto nemore! Quando vates, heu, nimium vere locuta est omnia de te, Misene!" Vix fatus erat ea, cum forte geminae columbae <190> venere volantes [e] caelo sub ipsa ora viri et sedere [in] viridi solo. Tum maximus heros agnovit maternas avis laetusque precatur: "Este duces, o, si qua via est, atque per auras derigite cursum in lucos ubi dives ramus opacat pinguem humum. Tuque, o diva parens, ne defice [me in] dubiis rebus." Sic effatus pressit vestigia, observans quae signa ferant, quo pergant tendere;

prodire = prodibant	illae, pascentes, prodire volando tantum quantum oculi [eorum]
sequentium / acie servare = videre venerunt	sequentum <200> possent acie servare. Inde, ubi venere ad fauces Averni, grave olentis, tollunt se celeres atque, lapsae per liquidum
aera: Graec. acc. / gemina = ambae	aera, sidunt gemina super arbore, optatis sedibus, unde aura auri,
non ... : quia non nascitur in uno arbore sed in multis	discolor, refulsit per ramos. Quale viscum, quod non sua arbor seminat, brumali frigore solet [in] silvis virere nova fronde et
teretes (< teres, -etis) frondentis auri = aureorum foliorum bractea (= folium): sing. pro plur.	circumdare teretis truncos croceo fetu, talis erat species frondentis auri [in] opaca ilice, sic bractea crepitabat leni vento.
extemplo = statim / corripit = rapuit refringit = e trunco frangit cunctantem = paulum resistantem	Aeneas extemplo corripit [ramum] avidusque refringit <210> [eum] cunctantem, et portat [eum] sub tecta vatis Sibyllae. Nec minus
suprema = ultimas exsequias	interea Teucris flebant Misenum in litore et ferebant suprema ingrato
struxerunt	cinere. Principio struxere ingentem pyram, pinguem taedis et secto
robore = ligno / antea / ferales	robore, cui intexunt latera atris frondibus, et ante constituunt feralis
pars (sing.) expediunt (pl.): constructio ad sensum calidos latices: plur. pro sing.	cupressos, atque super decorant [eam] fulgentibus armis. Pars expediunt calidos latices et aena undantia flammis, atque lavant et
super = insuper / vestes	ungunt corpus [eius] frigentis. Fit gemitus. Tum reponunt <220> defleta membra [in] toro atque super coniciunt purpureas vestis,
subierunt feretro = sustulerunt feretrum aversi = conversi, retro inspicientes tenuerunt / congesta = omnia simul olivo = oleo	nota velamina; pars subiere ingenti feretro, triste ministerium, et, aversi more parentum, tenere subiectam facem. Congesta cremantur turea dona, dapes [et] crateres, fuso olivo.
quievit = exstincta est	Postquam cineres conlapsi [sunt] et flamma quievit,

laverunt / bibulam = quae liquidum
absorbet
idem: Aeneas / pura unda: ablat.
unda = aqua
rore (ablat.) = aqua

ingenti mole: ablat. descriptionis

sua: Miseni / aereo = alto (quia in
aerem ascendit)

actis = confectis / fuit = erat

vasto hiatu = magno aditu
tuta ↔ indefensa, inermis
haud ullae = nullae

tendere iter pennis = volare

supera convexa = caelum

hic = in hoc loco

nigrantes / terga: acc. respectus

saetas ... cornua = capillos qui inter
cornua crescebant
libamina = oblationes, donaria

supponunt = figunt
succipiunt = subter accipiunt
cruorem = sanguinem
ense = gladio

incohat = erigit

flammis = super flammis

lavere reliquias et bibulam favillam vino, atque Corynaeus textit lecta
ossa [in] aeno cado. Idem ter circumtulit socios pura unda, spargens
[eos] levi rore et ramo felicis olivae, <230> lustravitque viros dixitque
novissima verba. At pius Aeneas imponit sepulcrum ingenti mole
atque arma sua viro remumque tubamque sub aereo monte, qui nunc
ab illo dicitur "[mons] Misenus" atque tenet aeternum nomen per
saecula.

His actis, [Aeneas] propere exsequitur praecepta Sibyllae. Fuit
spelunca alta atque immanis vasto hiatu, scrupea [spelunca], tuta
nigro lacu atque tenebris nemorum, super quam haud ullae volantes
[aves] poterant impune tendere iter pennis: talis halitus, effundens
[ex] atris <240> faucibus, ferebat sese ad supera convexa (unde Grai
dixerunt locum nomine "Aornon"). Hic primum sacerdos constituit
quattuor iuencos, nigrantis terga, atque invergit vina fronti [eorum],
et carpens summas saetas inter media cornua imponit [eas] sacris
ignibus, prima libamina, voce vocans Hecaten, potentem [in]
caeloque Ereboque. Alii supponunt cultros [iuencis] atque succipiunt
tepidum cruorem pateris. Ipse Aeneas ferit ense agnam atri velleris
matri Eumenidum magnaеque sorori, <250> atque tibi, Proserpina,
[ferit] sterilem vaccam. Tum incohat nocturnas aras Stygio regi et
imponit solida viscera taurorum flammis,

	fundens pingue oleum super ardentibus extis.
ortus: acc. pl.	Ecce autem, sub limina et ortus primi solis, solum [coeptum est]
iuga silvarum = cuspides montium	mugire sub pedibus et iuga silvarum coepta [sunt] moveri, atque
adventante dea = dum dea appropinquabat este: imperat.	canes visae [sunt] ululare per umbram, adventante dea. "Procul, o procul este, profani!" conclamat vates, "atque absistite [a] toto luco!
opus est animis = necesse est habeas animos	Tuque, invade viam atque eripe ferrum <260> [e] vagina; nunc opus [est] animis, Aenea, nunc [opus est] pectore firmo." Tantum [hoc]
aperto antro = in apertum antrum	effata, immisit se furens aperto antro; ille haud timidis passibus
aequat ... : ambulat tam cito quam sacerdos	aequat vadentem ducem. [O] di, quibus est imperium animarum, umbraeque silentes et Chaos et Phlegethon, loca nocte late tacentia:
audita = ea quae auditurus sum numine vestro = licentia vestra (ablat.) / res mersas	sit mihi fas loqui audita, sit [mihi fas] numine vestro pandere res [in] alta terra et [in] caligine mersas.
obscuri = non multum videntes	Ibant obscuri per umbram sub sola nocte perque vacuas domos et
inania = deserta ↔ habitata	inania regna Ditis: quale est iter in silvis per incertam lunam sub
condidit = celavit / umbra: ablat.	maligna <270> luce, ubi Iuppiter condidit caelum umbra et atra nox
posuerunt / cubilia = lectos	abstulit colorem [a] rebus. Luctus et ultrices Curae posuere cubilia
in primis faucibus = in primo aditu	ante ipsum vestibulum atque in primis faucibus Orci, atque [illic]
pallentes = pallidi malesuada = quae mala suadet Fames = Fama / visu: supinum	habitant pallentes Morbi tristisque Senectus, et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas, formae terribiles visu, Letumque Labosque;
tum = illic	tum [habitat quoque] Sopor, consanguineus Leti, et mala Gaudia mentis,

innexa (< innecto) habet hic
potentiam mediae vocis Graecae
ulmus f.

ferunt = dicunt

vulgo = ubique

stabulant in foribus = habitant in
stabulis iuxta fores
belua = bellua = monstrum

forma ... : Geriones, qui habebat tria
corpora

trepidus = territus
strictam < stringo
aciem = mucronem gladii / ni = nisi
tenuis vitas
cava = vacua / formae = corporis

ferro = gladio

hic = in hoc loco

squalor ↔ munditia
plurima = longa
lumina = oculi / sordidus ↔ mundus

nodo = nodo nexus (< necto)
subigit = ducit / conto: ablat. instr.
subvectat = transportat

deo (dat.) = dei (gen.)

atque in adverso limine [habitat] mortiferum Bellum, ferreique
thalami Eumenidum et demens <280> Discordia, innexa vipereum
crinem cruentis vittis. In medio, opaca ulmus, ingens, pandit ramos
annosaque bracchia, quam ferunt vana Somnia tenere [ut] sedem
vulgo, atque [Somnia] haerent sub omnibus foliis. Atque praeterea
multa monstra variarum ferarum: Centauri stabulant in foribus atque
biformes Scyllae et centumgeminus Briareus ac belua Lernaee,
horrendum stridens, atque Chimaera, flammis armata, Gorgones
Harpyaeque et forma tricorporis umbrae.

Hic Aeneas, subita formidine trepidus, offert ferrum <290> strictamque
aciem venientibus, et, ni docta comes admoneat tenuis vitas volitare
sine corpore sub cava imagine formae, inruat et frustra diverberet
umbras ferro. Hinc [incipit] via quae fert ad undas Tartarei
Acherontis. Hic gurgis, caeno vastaque voragine turbidus, aestuat
atque eructat omnem harenam [in] Coccyto. Horrendus portitor servat
has aquas et flumina, Charon, terribili squalore, cui plurima canities,
inculta, iacet [in] mento, lumina stant [ut] flamma, <300> sordidus
amictus dependet ex umeris nodo. Ipse subigit ratem conto atque
ministrat [eam] velis et subvectat corpora [in] ferruginea cumba, iam
senior, sed cruda viridisque senectus deo. Omnis turba, effusa,
ruebat huc ad ripas,

ante ora parentum = ante parentes	matres atque viri atque corpora magnanimum heroum defuncta [e] vita, pueri innuptaeque puellae, iuvenes impositi [in] rogis ante ora parentum: quam multa folia, lapsa, cadunt in silvis primo frigore
glomerantur = cumulantur	autumni, aut quam multae aves glomerantur ad terram ab alto <310>
ubi = cum	gurgite, ubi frigidus annus fugat [eas] trans pontum et immittit [eas]
terris apricis = in terras apricas transmittere cursum = transire amore ripae = desiderantes ripam navita = nauta, navicularius ast = at = sed / arcet = repellit	terris apricis. Stabant orantes transmittere primi cursum tendebantque manus amore ripae ulterioris. Sed tristis navita accipit nunc hos, nunc illos, ast arcet alios longe [ab] harena submotos.
quid ... ? = cur tot homines eunt ad amnem? concursum = turba	Aeneas enim miratus motusque tumultu "Dic," ait, "o virgo, quid vult concursus ad amnem? Quidve petunt animae? Vel quo discrimine
relinquunt / olli (dat. sing.) = illi	hae linqunt ripas, illae verrunt <320> livida vada remis?" Olli sic
generate = filii (vocat.)	breviter longaeva sacerdos fata est: "Generate [ex] Anchisa,
deorum	certissima proles deum, vides alta stagna Cocyti Stygiamque
iurare numen = iurare per numen	paludem, cuius numen di timent iurare et fallere. Haec omnis [turba]
inops = pauper (igitur pecuniam ad humationem non habent) portior = qui portat	quam cernis est turba inops inhumataque; ille [est] portior Charon; hi quos unda vehit sepulti [sunt]. Nec datur transportare [eos ad] ripas
prius quam = antequam	horrendas et rauca fluenta prius quam ossa quierunt [in] sedibus. Errant centum annos volitantque circum haec litora; tunc, demum
revisunt = iterum vident	admissi, revisunt <330> exoptata stagna."
satus = natus / premo vestigia = moror, facio finem ambulandi	Satus [ex] Anchisa constitit et pressit vestigia, putans multa atque miseratus [in] animo iniquam sortem.

<p>carentes</p> <p>obruit = operuit, texit / aqua: ablat.</p> <p>in Libyco cursu = a Libya navigans</p> <p>servat = observa(ba)t effusus (< effundo) = iactatus multa = densa</p> <p>haud ... fallax = qui antea numquam fefellit nos</p> <p>fore = futurum esse / fines</p> <p>cortina, -ae = tripus, -odis (= oraculum)</p> <p>praecipitans = cadens</p> <p>revulsum < revello</p> <p>cursus: ac. pl.</p> <p>ullum ... cepisse = timuisse</p> <p>spoliata armis = sine remo excussa a magistro = sine gubernatore / tres</p> <p>aqua: ablat. sublimis ... : cum unda sustulit me</p> <p>ni = nisi / invasisset = impetum fecisset contra</p>	<p>Cernit ibi Leucaspim et Oronten, ductorem Lyciae classis, maestos et carentis honore mortis, quos simul, per ventosa aequora a Troia vectos, Auster obruit, involvens navemque virosque aqua. Ecce gubernator Palinurus sese agebat, qui nuper, [in] Libyco cursu, dum sidera servat, [e] puppi effusus exciderat in mediis undis. Ubi vix in multa umbra <340> cognovit hunc, maestum, sic [Aeneas] prior adloquitur: "Quis deorum eripuit te, Palinure, [a] nobis atque mersit [te] sub medio aequore? Age, dic. Namque Apollo, haud ante repertus fallax, delusit animum mihi hoc uno responso, [quippe] qui canebat fore te [e] ponto venturum [esse] incolumem [ad] finis Ausonios. En, haec est promissa fides?"</p> <p>Ille autem [dixit]: " Neque cortina Phoebi fefellit te, dux Anchisiade, nec deus mersit me [in] aequore, namque praecipitans traxi mecum gubernaculum, forte multa vi revulsum, cui datus [ut] custos haerebam atque regebam <350> cursus. Iuro maria aspera [me] non ullum tantum timorem cepisse pro me quam [timui ne] tua navis, spoliata armis, excussa [a] magistro, deficeret [in] tantis surgentibus undis. Notus vexit me tris hibernas noctes per immensa aequora, violentus aqua; vix quarto lumine [ego], sublimis ab unda summa, prospexi Italiam. Paulatim adnabam terrae; iam tenebam tuta [loca], ni gens crudelis ferro invasisset [me],</p>
--	--

prensantem ... montis = conantem
saxum manibus ascendere

quod = propter hoc

inice ... : sepeli me

portus: acc. pl.

(ali)qua / (ali)quam

sine numine = sine auxilio

divum = deorum / tolle = fer

coepit (dicere)

dira = terribilis

Eumenidum: genit. pl. / iniussus =
nullo deo iubente
deorum / flecti: pass. infinit.

casus: genit. / acti = ducti

tumulo: dat.

emotae = remotae

parumper = per breve tempus
pulsus = expulsus

fluvio = ad fluvium

gravatum cum madida veste prensantemque [meis] uncis manibus
aspera capita montis, <360> atque, ignara, putasset [me esse]
praedam. Nunc fluctus habet me atque venti versant [me] in litore.
Quod te oro per iucundum lumen caeli et auras, per genitorem, per
spes surgenti luli, eripe me [ex] his malis, [o] invicte: aut tu inice
terram mihi, namque potes, atque require portus Velinos, aut tu, si
qua via est, si quam [viam] diva creatrix ostendit tibi (neque enim,
credo, paras innare tanta flumina Stygiamque paludem sine numine
divum), da dextram [mihi] misero et tolle me tecum per undas, <370>
ut saltem quiescam in morte [in] placidis sedibus."

Talia fatus erat, cum vates talia coepit: "O Palinure, unde [venit] tibi
haec tam dira cupido? Tu, inhumatus, aspicias Stygias aquas
amnemque severum Eumenidum, iniussusve adibis [ad] ripam?
Desine sperare precando fata deum flecti, sed memor cape [mea]
dicta, solacia duri casus [tui]; nam finitimi [populi], acti caelestibus
prodigiis, longe lateque per urbes piabunt ossa tua et statuent
tumulum et mittent <380> sollempnia [sacrificia] tumulo, atque locus
habebit aeternum nomen Palinuri." His dictis curae [Palinuri] emotae
[sunt] atque parumper dolor pulsus [est] [e] tristi corde; [is] gaudet
cognomine terrae.

Ergo peragunt inceptum iter atque propinquant fluvio.

navita: Charon	Quos ut navita iam prospexit inde ab unda Stygia ire per tacitum
riphae (dat.) = ad ripam	nemus atque advertere pedem ripae, sic prior adgreditur [his] dictis
ultra = sua sponte / tendis = venis	atque ultro increpat: "Quisquis es, qui armatus tendis ad nostra
fare: imperat. / comprime gressum: fac finem ambulandi	flumina, age, iam istinc fare quid venias et comprime gressum; hic est
vectare = vehere, ferre	locus umbrarum, somni noctisque soporae: nefas [est] vectare viva
	corpora [in] Stygia carina. Nec vero laetatus sum me accepisse [in]
Alciden, Thesea: Graeci acc.	lacu Alciden [huc] euntem, nec Thesea Pirithoumque, quamquam
geniti = nati	geniti essent [e] dis atque invicti viribus. Ille [sua] manu petivit
petivit in vincla = vinxit (< vincio)	Tartareum custodem in vincla traxitque [eum] trementem a solio
	ipsius regis; hi adorti [sunt] deducere dominam [a] thalamo Ditis."
adorti sunt = conati sunt	
Ditis = Plutonis	
hic = in hoc loco	Contra quae Amphrysia vates breviter fata est: "Hic nullae tales
licet ianitor terreat umbras = licet ianitorem terrere umbras	insidiae [sunt] (absiste moveri), nec tela ferunt vim; licet ingens
exsanguis	ianitor [in] antro, <400> aeternum latrans, terreat exsanguis umbras,
licet Proserpina servet = licet Proserpinam servare	licet casta Proserpina servet limen patrum. Troius Aeneas, insignis
	pietate et armis, descendit ad imas umbras Erebi ad genitorem; si
at agnoscas = agnosce	nulla imago tantae pietatis movet te, at agnoscas" (aperit ramum qui
latebat = occultus erat	latebat [in] veste) "hunc ramum." Tum corda residunt e tumida ira,
his = quam haec	nec [sacerdos dicit] plura his. Ille, admirans venerabile donum fatalis
longo ... = quod per longum tempus non viderat	virgae longo tempore post visum, advertit caeruleam puppim atque
riphae (dat.) = ad ripam	propinquat <410> ripae; inde deturbat alias animas quae sedebant per
	longa iuga laxatque foros;
laxat = vacuat	

alveo = rate, lintre, scapha	simul accipit ingentem Aenean [in] alveo. Sutilis cumba gemuit sub
accepit ... = aqua intravit in cumbam	pondere et, rimosa, accepit multam paludem. Tandem trans fluvium
exponit = ponit / incolumes	exponit incolumis vatemque virumque in informi limo glaucaque
ulva, -ae: genus plantae	ulva.
immanis = immensus	Ingens Cerberus, recubans immanis in adverso antro, trifauci latratu
personat = implet sonitu	personat haec regna. Cui vates, videns colla iam horrere colubris,
cui obicit = contra quem iacit	obicit offam <420> melle soporatam et medicatis frugibus; ille, pandens
pandens = aperiens	tria guttura rabida fame, corripit obiectam [offam] atque, fusus humi,
rabida: ablat. sing.	resolvit immania terga atque, ingens, extenditur toto antro. Custode
resolvit = laxavit	sepulto, Aeneas occupat aditum atque celer evadit ripam
toto antro (dat.) = per totum antrum	inremeabilis undae. Continuo auditae [sunt] voces et ingens vagitus
evadit = relinquit	atque animae infantum flentes, quos atra dies abstulit in primo
inremeabilis = unde nemo revenire potest	limine [vitae], exsortis dulcis vitae et raptos ab ubere [matris], et
infantium	mersit [eos] [in] acerbo funere; iuxta hos [apparent] damnati mortis
exsortes + gen. = orbatos ab + ablat.	<430> falso crimine. Nec vero hae sedes datae [sunt] [eis] sine sorte,
acerbo funere = acerba morte	sine iudice: quaesitor Minos movet urnam; ille vocatque consilium
falso crimine = propter falsam accusationem	silentium discitque vitas et crimina [eorum]. Deinde, maesti, tenent
discit = audit	proxima loca [ei] qui, insontes, peperere letum sibi [sua] manu atque,
pepererunt letum sibi = necaverunt se ipsos	perosi lucem, proiecere animas. Quam vellent nunc perferre et
proiecerunt animas = necaverunt se ipsos / quam = quantum	pauperiem et duros labores in alto aethere! Fas obstat, tristisque
inamabilis undae: genit. sing.	palus inamabilis undae alligat [eos]

novies < novem
interfusa = in medio posita
fusi = dispersi, positi

hic = in hoc loco / peredit = voravit
peredit = devoravit
crudeli tabe = crudeli morbo

cernit: Aeneas cernit

his (dat.) = harum
it ut comes his = comitatur (dep.)
eos / revoluta = reposita

recens a vulnere = nuper vulnerata

iuxta = prope

demisit lacrimas = lacrimavit

adfatus est < adfor = loquor

exstinctam = mortuam
extrema = mortem
funeris = mortis / (ali)qua

invitus ↔ libens / cessi = abivi

deorum / loca senta

egere = coegerunt / quivi = potui

siste gradum = mane

ne subtrahe te = noli subtrahere te =
noli abire

et Styx, novies interfusa, coercet [eos]. Nec procul hinc monstrantur lugentes campi, in omnem <440> partem fusi; sic ["lugentes"] dicunt illos nomine. Hic secreti calles celant [eos] quos durus amor peredit crudeli tabe et myrtea silva circum tegit [eos]; curae non relinquunt [eos] in ipsa morte. [In] his locis cernit Phaedram Procinque maestamque Eriphylen, monstrantem vulnera crudelis nati, Evadnenque et Pasiphaen; Laodamia it [ut] comes his, et Caeneus, quondam iuvenis, nunc femina, et rursus in veterem figuram revoluta [a] fato.

Inter quas Phoenissa Dido, <450> recens a vulnere, errabat in magna silva. Quam Troius heros, ut primum stetit iuxta agnovitque [eam] obscuram per umbras, qualem [lunam videt] qui primo mense aut videt aut putat vidisse lunam surgere per nubila, demisit lacrimas dulcique amore adfatus est: "Infelix Dido, ergo verus nuntius mihi venerat [te] exstinctam [esse] ferroque secutam [esse] extrema? Heu, tibi fui causa funeris? Iuro per sidera, per superos et si qua fides est sub ima tellure: invitus de tuo litore cessi, <460> regina. Sed iussa deum, quae nunc cogunt me ire per has umbras, per loca situ senta atque [per] noctem profundam, egere [me] suis imperiis; nec quivi credere me ferre tibi hunc tantum dolorem [meo] discessu. Siste gradum atque ne subtrahe te [a] nostro aspectu.

fato = propter fatum / hoc ... = haec
sunt ultima quae tibi dicere pos-
sum / lenibat = conabatur (dep.)
lenire
ciebat lacrimas = conabatur (dep.)
efficere ut Dido lacrimaret
stet = esset

inimica = modo adverso

illi: dat.

aequat amorem = amat eam tantum
quantum Dido eum amat
nec minus = et

molitur (dep.) = suscipit
tenebant = perveniebant ad
hic = in hoc loco / illi: dat.

inclutus = praeclarus

ad superos = inter vivos

omnes / ille = Aeneas

tres

Cereri: dat. / currus: acc. pl.

frequentes = multae

iuvat = placet / usque = saepe
conferre gradum = sequi [eum]
Danaum: gen. pl. / viderunt

trepidaverunt

verterunt / petiverunt

Quem fugis? Fato, hoc est extremum quod adloquor te." Talibus dictis Aeneas lenibat animum [eius], ardentem et torva tuentem, atque ciebat lacrimas. Illa, aversa, tenebat oculos fixos [in] solo nec movetur <470> vultum incepto sermone magis quam si stet dura silex aut Marpesia cautes. Tandem sese corripuit atque, inimica, refugit in umbriferum nemus, ubi pristinus coniunx Sychaeus respondet illi curis aequatque amorem. Nec minus Aeneas, percussus iniquo casu, longe prosequitur [eam] lacrimis et miseratur [eam] euntem.

Inde molitur datum iter, iamque tenebant arva ultima, quae, secreta, [ei qui fuerunt] clari [in] bello frequentant: hic occurrit illi Tydeus, hic Parthenopaeus, inclutus armis, et imago <480> pallentis Adrasti; hic [apparent] Dardanidae, multum fleti ad superos atque caduci [in] bello, quos omnis [in] longo ordine cernens ille ingemuit: Glaucumque Medontaque Thersilochumque, tris Antenoridas, atque Polyboeten, Cereri sacrum, Idaeumque etiam currus, etiam arma tenentem.

Animae circumstant frequentes dextra laevaue, nec satis est vidisse semel: iuvat usque morari et conferre gradum et discere causas veniendi. At procures Danaum Agamemnoniaeque falanges, ut videre virum fulgentiaque arma per umbras, <490> trepidare ingenti metu; pars vertere terga, ceu quondam petiere rates,

sustulerunt / frustratur = relinquit
hiantes
hic = in hoc loco

ora: acc. respectus / manus: acc. pl.
tempora = caput
nares

tegentem = occultantem

notis: notis Deiphobo

optavit = desideravit / crudeles

suprema = ultima

Pelasgum: genit. pl.

inanem = sine corpore tuo

decedens = exiens
nequivi conspicerem = non potui
invenire / omnia solvisti = omnia
quae facienda erant fecisti
Deiphobo, umbris: dat. / funeris =
corporis / exitiale = funestum
Lacaenae: Helenae / merserunt

nosti = novisti / ut = quo modo
supremam = ultimam

salto = saliens
armatum peditem: sing. pro plur.

evantes / media = in medio stans

pars tollere vocem exiguam; inceptus clamor frustratur [eos] hiantis.

Atque hic videt Priamiden Deiphobum, laniatum toto corpore et crudeliter lacerum ora, ora manusque ambas, atque tempora populata, raptis auribus, et naribus truncas inhonesto vulnere. Vix adeo agnovit [eum], pavitantem ac dira supplicia tegentem, et ultro compellat notis vocibus:

"Deiphobe armipotens, genus ab alto sanguine Teucris, <500> quis optavit sumere [a te] poenas tam crudelis? Cui licuit tantum [crimen] de te? Suprema nocte fama mihi tulit te, fessum vasta caede Pelasgum, procubuisse super acervum confusae stragis. Tunc egomet constitui inanem tumulum in Rhoeteo litore et ter vocavi magna voce Manes [tuos]. Nomen [tuum] et arma servant locum; [e] patria decedens, nequivi conspicerem te, amice, et ponere [te] [in] terra." Ad quae Priamides [dixit]: "Nihil, o amice, relictum [est] tibi. Omnia solvisti Deiphobo et umbris <510> funeris. Sed mea fata et exitiale scelus Lacaenae mersere [me] [in] his malis; illa reliquit [mihi] haec monumenta. Namque nosti ut egerimus supremam noctem inter falsa gaudia: et necesse est [nobis] meminisse nimium. Cum fatalis equus venit saltu super ardua Pergama et, gravidus, attulit armatum peditem [in] alvo, illa, simulans chorum, circum ducebat Phrygias evantis orgia; ipsa, media, tenebat flammam ingentem

infelix ... : in lecto mansi
 thalamus habuit me = mansi in lecto
 confectum = fessum

subduxerat = removerat, abstulerat

meo capiti = a meo pulvino (nam
 dormiebam super ense)
 amanti: Menelao

quid = cur / thalamo = in thalamum

additus ... = venit cum eis

fare: imperat.

casus: nom. pl.

divum = deorum

tristes

hac vice sermonum = dum
 loquebantur
 per talia verba = sic loquentes

adfata est < adfor = loquor

flendo = lacrimando

findit = dividit / in ... = in duas partes
 tendit = it
 hac = per hanc viam

exercet poenas malorum = imponit
 poenas malis
 ne saevi = noli saevire

reddar: fut. pass. (< reddo)

et vocabat Danaos e summa arce. Tum infelix thalamus habuit me, curis confectum somnoque gravatum, <520> atque quies, dulcis et alta atque simillima placidae morti, pressit [me] iacentem. Interea coniunx emovet [e] tectis omnia arma et subduxerat [meum] fidum ensem [meo] capiti; vocat Menelaum intra tecta et pandit limina [ei], scilicet sperans id fore magnum munus amanti, et sic famam veterum malorum posse exstingui. Quid moror? Inrumpunt thalamo, [atque] Aeolides, hortator scelerum, additus [est] [eis] una [ut] comes. Di, instaure talia Grai, si reposco <530> poenas pio ore. Sed age, fare [mihi] vicissim, qui casus attulerint te [huc] vivum: venisne actus erroribus pelagi an monitu divum? An quae fortuna fatigat te, ut adires tristis domos sine sole, loca turbida?"

Hac vice sermonum Aurora iam traiecerat roseis quadrigis medium axem [in] aethereo cursu, et fors traherent per talia [verba] omne tempus datum, sed comes admonuit [eum] breviterque adfata est Sibylla: "Nox ruit, Aenea; nos ducimus horas flendo; hic est locus ubi via findit se in ambas <540> partis: dextera [est via] quae tendit sub moenia magni Ditis, hac [est] nobis iter [ad] Elysium; at laeva [via] exercet poenas malorum et mittit [eos] ad impia Tartara." Deiphobus, contra, [dixit]: "Ne saevi, magna sacerdos; discedam, explebo numerum [umbrarum] reddarque tenebris.

<p>utere: imperat. in verbo = dum loquebatur torsit vestigia = redivit [ad umbras]</p>	<p>I, decus nostrum, i; utere melioribus fati." Tantum effatus [est], et in verbo torsit vestigia.</p>
<p>sub sinistra rupe = sub rupe ad sinistram</p>	<p>Subito Aeneas respicit et sub sinistra rupe videt lata moenia triplici muro circumdata, quae rapidus amnis <550> ambit torrentibus</p>
<p>torquet: subiectum est "amnis"</p>	<p>flammis, Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa; adversa erant ingens porta atque columnae [de] solido adamante, [tales] ut</p>
<p>virorum</p>	<p>nulla vis virum, non ipsi caelicolae [in] bello, valeant excindere; ferrea turris stat ad auras, Tisiphoneque sedens, succincta cruenta</p>
<p>stat ad auras = stat altissima succincta: nom. / cruenta palla: ablat. exsomnis = vigilans / exaudiebantur</p>	<p>palla, exsomnis servat vestibulum noctesque diesque. Hinc exaudiri gemitus et sonare saeva verbera, tum [audiebantur] stridor ferri</p>
<p>gemitus: nom. pl. / sonabant</p>	<p>tractaeque catenae. Aeneas constitit atque exterritus hausit strepitum: "Quae [est] facies scelerum? O virgo, effare. Quibusve <560></p>
<p>hausit = audivit</p>	<p>poenis urgentur? Quis tantus plangor [pervenit] ad [meas] aures?"</p>
<p>facies = genus, modus effare: dep. imperat. urgentur = puniuntur</p>	<p>Tum vates orsa [est] sic loqui: "Inclute dux Teucrum, nulli casto fas [est] insistere [ad] limen sceleratum, sed, cum Hecate praefecit me</p>
<p>Teucrum: gen. pl.</p>	<p>Avernus lucis, ipsa docuit [me] poenas deum atque duxit [me] per omnia. Cnosius Rhadamantus habet haec durissima regna</p>
<p>insistere = manere</p>	<p>castigatque auditque dolos subigitque fateri commissa piacula quae quis, laetatus inani furto, distulit apud superos in seram mortem.</p>
<p>Avernus lucis: dat. / deorum</p>	<p>Continuo ultrix Tisiphone, accinta flagello, <570> quatit sontis, insultans,</p>
<p>subigit = cogit</p>	<p>quis = quisque / inani furto = quia poenas non dederat</p>
<p>apud superos = inter vivos / sontes</p>	<p>Continuo ultrix Tisiphone, accinta flagello, <570> quatit sontis, insultans,</p>

angues	atque, intentans torvos anguis sinistra [manu], vocat saeva agmina
stridentes ... : cardo portae modo horribili sonat	sororum. Tum demum, stridentes horrisono cardine, sacrae portae panduntur. Cernis qualis custodia sedeat [in] vestibulo, quae facies
servet = custodiat hiatus, -us = apertum os	servet limina? Immanis Hydra, quinquaginta atris hiatibus, saevior, intus habet sedem. Tum ipse Tartarus patet in praeceps tenditque
suspectus = visio / ad ... = eis qui spectant ad a. O. hic = in hoc loco	sub umbras tantum quantus bis [est] suspectus caeli ad aetherium Olympum. Hic genus antiquum Terrae, Titania pubes, <580> fulmine
deiecti, volvuntur: plur. (constructio ad sensum) adgressi sunt = conati sunt	deiecti, volvuntur in imo fundo. Hic vidi et geminos Aloidas, immania corpora, qui adgressi [sunt] rescindere magnum caelum [suis]
detrudere = expellere	manibus atque detrudere Iovem [e] superis regnis.
Salmonea: Graec. acc./ crudeles	Vidi et Salmonea, dantem crudelis poenas, dum imitatur flammas
sonitus: acc. pl.	Iovis et sonitus Olympi; hic, invectus [a] quattuor equis et quassans
lampada: Graec. acc. Graium = Graecorum divum = deorum	lampada, ibat ovans per populos Graium atque per urbem mediae Elidis, atque poscebat sibi honorem divum, demens, qui aere et pulsu
cornipedum: gen. pl. non imitabile = quod nemo imitari potest	cornipedum equorum simularet nimbos et non imitabile fulmen. <590> At pater omnipotens contorsit telum inter densa nubila, ille non
taedis (dat.) = taedarum adegit = iecit	[habet] faces nec fumea lumina taedis, atque adegit [eum] praecipitem [in] immani turbine.
nec non et erat cernere = et quoque poteramus cernere / cui = cuius porrigitur = extenditur	Nec non et erat cernere Tityion, alumnum omniparentis Terrae, cui corpus per novem tota iugera porrigitur, atque immanis vultur, obunco rostro tondens immortale iecur

fecunda in poenis: quia renascitur ut novas poenas producat	atque viscera fecunda [in] poenis, rimaturque [in] epulis habitatque
in epulis = edendo / quid memorem Lapithas = quid de Lapithis dicam Ixiona = Graecus acc.	sub alto pectore, nec ulla requies datur renatis <600> fibris. Quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque? Super quos atra silex, iam,
adsimilis cadenti = et videtur casura	iam lapsura, imminet, adsimilis cadenti [saxo]; aurea fulcra lucent [in]
ante ora = ante oculos	altis genialibus toris, atque [lucent] epulae, paratae ante ora regifico
accubat = iacet / contingere = tan- gere	luxu; maxima Furiarum iuxta accubat et prohibet contingere mensas
facem < fax, facis / hic = in hoc loco	manibus, exsurgitque attollens facem atque intonat [suo] ore. Hic, [ei] quibus, dum manebant [in] vita, invis[i] [sunt] fratres, pulsatusve
innexa = parata	[est] parens et innexa [est] fraus clienti, aut qui, divitiis repertis, <610>
incubuerunt = possederunt posuerunt = dederunt	soli incubuere [eas] nec posuere partem suis (quae maxima turba est), quique ob adulterium caesi [sunt], quique, secuti arma impia,
nec = non fallere ... = prodere suos dominos	nec veriti [sunt] fallere dextras dominorum, inclusi exspectant poenas.
ne quaere = noli quaerere	Ne quaere doceri quam poenam, aut quae forma fortunave mersit
districti < dstringo	[hos] viros. Alii volvunt ingens saxum, districtive pendent [de] radiis rotarum; infelix Theseus sedet aeternumque sedebit, Phlegyasque
omnes / testatur (dep.) eos = ponit eos ut testes divos = deorum	miserrimus admonet omnis et magna voce testatur [eos] per umbras: "Moniti, discite iustitiam et [discite] non temnere divos." <620> Hic
potentem dominum = tyrannum	vendidit patriam auro atque imposuit potentem dominum; [hic] fixit atque refixit leges pretio; hic invasit thalamum natae vetitosque
refixit = abrigavit	hymenaeos:

nefas = crimen / potiti sunt auso =
crimen perfecerunt

comprehendere = enarrare / omnes

omnia nomina = omnia genera

longaeva = senex

munus = officium, consilium

educta = facta

per opaca viarum = per opacas vias
corripiunt = transeunt

propinquo + dat. = appropinquo +
acc.

his exactis = his rebus factis

devenerunt

et ... atque ... = et ... et ...
norunt (= noverunt) = habent

plaudunt pedibus = saltant

dicunt = canunt

nec non = et quoque
obloquitur (dep.) ... vocum = pulsat
septem sonus lyrae

hic = in hoc loco

omnes ausi [sunt] immane nefas atque potiti [sunt] auso. Si mihi
centum linguae sint centumque ora [et] ferrea vox, non possim
comprehendere omnis formas scelerum, [non possim] percurrere
omnia nomina poenarum. "

Ubi longaeva sacerdos Phoebi dedit haec dicta, "Sed iam age, carpe
viam et perfice susceptum munus: acceleremus" ait. "Conspicio
moenia [in] caminis <630> Cyclopum educta atque portas [in] adverso
fornice, ubi haec praecepta iubent nos deponere dona." Dixerat, et,
pariter gressi per opaca viarum, corripiunt spatium medium atque
propinquant foribus. Aeneas occupat aditum atque spargit corpus
recenti aqua atque figit ramum in adverso limine. Demum, his
exactis, munere divae perfecto, devenere [ad] locos laetos et amoena
virecta fortunatorum nemorum sedesque beatas. Hic largior aether
et purpureo lumine vestit <640> campos, atque norunt suum solem,
sua sidera. Pars exercent membra in gramineis palaestris, contendunt
ludo et luctantur [in] fulva harena; pars plaudunt choreas pedibus et
dicunt carmina.

Nec non Threicius sacerdos cum longa veste obloquitur numeris
septem discrimina vocum, atque pulsat eadem iam digitis iam eburno
pectine. Hic [adest] antiquum genus Teucris, pulcherrima proles,
magnanimi heroes nati melioribus annis,

auctor = conditor	Ilusque Assaracusque et Dardanus, auctor <650> Troiae. Procul, miratur
currus inanes: acc. pl. / virorum	arma currusque inanis virum; hastae stant defixae [in] terra,
passim = ubicumque, late curruum (gen. pl.) nitentes	passimque equi, soluti, pascuntur per campum. Gratia currum armorumque quae fuit [eis] vivis, cura quae [fuit eis] pascere nitentis
repostos = nunc positos	equos, eadem [cura] sequitur [eos] [sub] tellure repostos. Ecce,
vescentes	conspicit alios [in] dextra laevaue, vescentis per herbam atque
canentes / paeana: Graecus acc.	canentis laetum paeana choro inter nemus odoratum lauris, unde
superne: adv. / plurimus = plenus hic = in hoc loco manus (nom. pl.) passi = viri qui passi sunt	superne plurimus amnis Eridani volvitur per silvam. Hic [adsunt] manus passi <660> vulnera pugnando ob patriam, quique casti sacerdotes [fuerunt] dum vita manebat, quique [fuerunt] pii vates et
excoluerunt (= meliorem fecerunt) per inventas artes = novas artes instituendo / fecerunt tempora = caput nivea vitta: ablat.	locuti [sunt] digna Phoebos, aut qui excoluere vitam per inventas artis, quique, merendo, fecere aliquos memores sui: his omnibus tempora cinguntur nivea vitta.
omnes	Quos, circumfusos, sic adfata est Sibylla, Musaeum ante omnis (nam
medium = in medio / suspicit = vidit	plurima turba habet hunc medium atque [Sybilla] suspicit [eum] exstantem altis umeris): "Dicite, felices animae tuque, optime vates:
Anchisen: acc.	quae regio habet Anchisen, quis locus habet [eum]? Venimus illius
illius ergo = propter illum / amnes	ergo <670> et tranavimus magnos amnis Erebi." Atque heros reddidit
nulli: dat.	responsum huic ita paucis [verbis]: "Nulli [est] certa domus;
toros riparum = partes altas riparum	habitamus [in] lucis opacis, atque incolimus toros riparum et prata,
rivis recentia = viridia quia rivi ea irrigant	rivis recentia.

iugum [montium] / sistam = ponam

tramite = via / tulit gressum = ivit

nitentes / dehinc = abhinc

(re)linquunt

cacumina = cuspides

penitus = occulte

lustrabat = inspiciebat

ad superum lumen = ad mundum
vivorum

virorum / manus (acc. pl.) = res

gestas

tendentem = venientem

alacris = alacer

genis < genae, -arum

parenti (dat.): agens passivae vocis

reddere = respondere

notas voces = tuam vocem mihi

notam / rebar < reor

dinumerans = numerans, recensens

vectum ... te

quam = quantum

(ali)quid / regna: subiectum

adegit = coegit

tendere = venire ad

classes: plur. pro sing.

ne subtrahe = noli subtrahere

ora: plur. pro sing.

Sed vos, si voluntas ita fert [in] corde, superate hoc iugum et sistam [vos] iam [in] facili tramite." Dixit, et ante [eos] tulit gressum, atque desuper ostentat [eis] nitentis campos; dehinc linquunt summa cacumina. At pater Anchises, penitus [in] virenti convalle, recolens [eas] studio, lustrabat animas inclusas atque ad superum lumen ituras, <680> atque forte recensebat omnem numerum suorum, carosque nepotes fataque fortunasque virum, moresque manusque [eorum]. Isque, ubi vidit Aenean tendentem adversum per gramina, alacris tetendit utrasque palmas, atque lacrimae effusae [sunt] [in] genis et vox excidit [ex] ore: "Venisti tandem, tuaque pietas, exspectata parenti, vicit durum iter? Datur [mihi] tueri tua ora, nate, et audire et reddere notas voces? Sic equidem ducebam [in] animo rebarque [hoc] futurum <690> [esse], dinumerans tempora, nec mea cura fefellit me. [Per] quas terras et per quanta aequora vectum ego accipio te! Quantis periculis iactatum [accipio te], nate! Quam metui ne quid nocerent tibi regna Libyae!"

Ille autem: "Tua, genitor, tua tristis imago, saepius occurrens, adegit me tendere haec limina; classes stant [in] sale Tyrrheno. Da [mihi] iungere dextram, da, genitor, atque ne subtrahe te [a] nostro amplexu." Sic memorans simul rigabat ora largo fletu. Ter conatus [est] ibi circum <700> dare bracchia collo:

manus: acc. pl. / par = similis

volucris = volanti

praenatat domos = fluit ante domos

ac velut = idem ac velut

lilium: genus floris

strepit = sonat

inscius = quoniam causam nescit

porro = et quoque

tanto agmine = tanta multitudine

fato = propter fatum / potant obli-
via: postquam potant, omnium
rerum obliviscuntur (dep.)

securos latices = quietam aquam

ut + comparat. > quo + comparat.
laeteris / Italia reperta: ablat.

anne = num / sublimes
ad caelum = ad vitam

cupido lucis = cupido vitae

suspensum = inscium
suscipit = loqui inceptum
pandit = narrat, monstrat

campos liquentes = mare

artus: acc. pl.

ter imago, frustra comprehensa, effugit manus, par levibus ventis atque
simillima volucris somno. Interea Aeneas videt in reducta valle
seclusum nemus et sonantia virgulta silvae, Lethaeumque amnem qui
praenatat placidas domos. Circum hunc innumerae gentes populique
volabant: ac velut ubi in pratis apes, in serena aestate, insidunt [in]
floribus variis et funduntur circum candida lilia, [atque] omnis
campus strepit murmure. Aeneas, inscius, horrescit subito visu atque
requirit <710> causas, porro [requirit] quae sint ea flumina, quae viri
complerint ripas tanto agmine. Tum pater Anchises: "Animae quibus
fato altera corpora debentur potant securos latices et longa oblivia
ad undam fluminis Lethaei. Iampridem equidem cupio memorare
atque coram ostendere tibi [has], enumerare hanc prolem meorum,
quo magis laetere mecum Italia reperta."

"O pater, anne putandum est aliquas sublimes animas hinc ire ad
caelum iterumque reverti <720> ad tarda corpora? Quae tam dira
cupido lucis [est] [his] miseris?"

"Dicam equidem nec tenebo te, nate, suspensum," suscipit Anchises,
atque pandit [omnia] singula ordine. "Principio intus spiritus alit
caelum ac terras camposque liquentis lucentemque globum lunae
Titaniaque astra, atque mens infusa per artus agit totam molem
[mundi] et miscet se magno corpore."

vitae: nom. pl. / volantium

aequore = superficie / Illis

quantum = quia

tardant eos = faciunt eos lentos
artus: nom. pl.
hinc = postea

neque dispiciunt = atque non discernunt bene

supremo lumine = ultima die

excedunt = exeunt

necesse est = inevitabile est
concreta < concreresco
inolescere = manere
exercentur = puniuntur
expendunt = patiuntur (dep.)

eluditur = removetur

quisque patitur (dep.) / Manes
exinde = postea

exemit = removet

aurai simplicis: genit. sing.

volverunt rotam = perfecerunt
circuitum / omnes
magno agmine = magna caterva

revisant convexa supera = iterum
videant lucem solis

Inde [veniunt] genus hominum pecudumque vitaeque volantium et monstra quae pontus fert sub marmoreo aequore. Ollis [primis] seminibus vigor est igneus et origo <730> [est] caelestis, quantum noxia corpora non tardant [eos] terrenique artus moribundaque membra [non] hebetant [eos]. Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, neque [hae animae] dispiciunt auras, clausae [in] tenebris et [in] caeco carcere.

Quin, et cum vita reliquit [eos] supremo lumine, non tamen omne malum nec funditus omnes corporeae pestes excedunt [ex eis] miseris, atque necesse est multa [mala], penitus diu concreta, inolescere [in eis] miris modis; ergo exercentur poenis atque expendunt supplicia veterum malorum: aliae, suspensae, panduntur ad inanes <740> ventos; [ex] aliis, infectum scelus eluditur sub vasto gurgite aut exurit igni; quisque patimur suos Manes, exinde mittimur per amplum Elysium, et pauci tenemus laeta arva, donec longa dies, perfecto orbe temporis, exemit [ex eis] concretam labem, atque relinquit purum aetherium sensum atque ignem aurai simplicis. Ubi per mille annos volvere rotam, deus evocat has omnis ad fluvium Lethaeum magno agmine, ut, scilicet, immemores rursus revisant <750> convexa supera et incipiant velle reverti in corpora."

Dixerat Anchises, atque trahit natum unaque Sibyllam

conventus: acc. pl.	in medios conventus turbamque sonantem, et capit tumulum unde
legere omnis = videre omnes adversos = positos pro se venientium	posset legere omnis, [in] longo ordine adversos, et discere vultus venientum. "Nunc age, expediam [tibi] dictis quae gloria sequatur
inlustres / in nostrum ... = quae habebunt nostrum nomen pura hasta (ablat.) = hasta sine ferro	deinde Dardaniam prolem, qui nepotes de Itala gente maneant [te], [expediam] animas inlustris atque in nostrum nomen ituras, et docebo te tua fata. Ille, vides, iuvenis qui nititur pura hasta <760> tenet
sorte = propter sortem	sorte loca proxima lucis, [atque] primus surget ad auras aetherias commixtus Italo sanguine, Silvius, Albanum nomen, tua postuma
longaevo = iam seni serum = sero natum Alba Longa: ablat.	proles, quem Lavinia coniunx tibi, longaevo, serum educet [in] silvis, regem regumque parentem, unde nostrum genus dominabitur Alba Longa. Ille proximus [est] Procas, gloria gentis Troianae, et Capys et
reddet te = faciet ut homines meminerint te	Numitor et qui reddet te [suo] nomine, Silvius Aeneas, egregius pariter pietate vel armis, si umquam acceperit Albam <770>
vires	regnandam. Qui iuvenes! Aspice, quantas viris ostentant, atque
tempora umbrata = caput tectum imponent = colent	gerunt tempora umbrata civili quercu! Hi tibi imponent Nomentum et Gabios urbemque Fidenam, hi [tibi imponent] Collatinas arces [super]
haec = haec loca, hae urbes	montibus, Pometios castrumque Invi Bolamque Coramque; haec tum
erunt nomina = existent Mavortius = filius Martis	erunt nomina, nunc sunt terrae sine nomine. Quin, et Mavortius Romulus addet sese avo [ut] comitem, quem Ilia mater, sanguinis
viden = videsne / vertice = capite	Assaraci, educet. Viden, ut geminae cristae stant [in] vertice [eius] et
signat ... = dat ei suum honorem, qui est honos deorum	ipse pater iam signat [eum] suo honore <780> superum?

huius: Romuli

En, nate, illa incluta Roma auspiciis huius aequabit imperium terris,
[aequabit] animos Olympo, atque muro circumdabit sibi septem

virorum / turrita = turribus coronata

arces una, felix prole virum: qualis mater Berecynthia, turrita,

partu deorum = quia deos peperit
complexa = amplexa
omnes / tenentes

invehitur curru per Phrygias urbes, laeta partu deum, complexa
centum nepotes, omnis caelicolas, omnis tenentis alta supera.

geminas acies = oculos

Nunc flecte geminas acies huc, aspice hanc gentem Romanosque
tuos. Hic [est] Caesar et omnis progenies Iuli ventura sub magnum

hic = in hoc loco
promitti: pass. infinit.

axem <790> caeli. Hic [est] vir, hic est quem saepius audis promitti tibi,
Augustus Caesar, genus divi, qui rursus condet aurea saecula [in]

quondam ... = ubi quondam
Saturnus regnavit
iacet extra sidera = panditur ultra
sidera
caelifer = qui fert caelum

Latio per arva quondam [a] Saturno regnata, et proferet imperium
super Garamantas et Indos; [ibi] tellus iacet extra sidera, extra vias
anni solisque, ubi caelifer Atlas torquet [in] umero axem ardentibus

aptum = ornatum

stellis aptum.

in adventum = propter adventum

In adventum huius iam nunc et Caspia regna et Maeotia tellus

responsis divum = oraculis deorum

horrent responsis divum, et trepida ostia septemgeminis Nili <800>

licet = quamvis / fixerit cervam =
fixerit sagittam in cerva = necavit
cervam / pacaverit
tremefecerit = terruerit
flectit iuga = ducit currum

turbant. Nec vero Alcides obivit tantum telluris, licet fixerit
aeripedem cervam, aut pacarit nemora Erymanthi et tremefecerit

tigres / vertice = cuspede
dubitamus: nunc Anchises loquitur
de Aenea et comitibus eius ("nos,
Troiani, dubitamus")

Lernam arcu; nec Liber, qui victor flectit iuga pampineis habenis,
agens tigris de celso vertice Nysae. Et adhuc dubitamus extendere

[nostram] virtutem factis, aut metus prohibet [nos] consistere [in]
terra Ausonia?

insignis: nom. sing. / ramis: abl. pl.

crines / menta: plur. pro sing.

legibus = sub auctoritate legum
subibit = succedet
rumpet otia = imponet finem paci
desuetus ↔ assuetus

popularibus auris = quia populus
eum laudat

et = quoque

fascis

secures / vocabit ad poenam =
puniet
moventes / minores ... = posteri
loquentur de his factis
vincet ... : amor patriae fortior erit
quam amor filiorum
securi: ablat.

referentem = iterum ferentem
cernis = vides
dum ... = dum nox continet eas

si ... vitae = si vixerint

ciebunt = inferent
aggeribus = montibus
adversis = hostibus

ne adsuescite = nolite adsuescere
vires / in viscera patriae = contra
patriam / ducis = geris, habes

meus: nominat. pro vocat.

Quis autem [est] ille, insignis ramis olivae, procul ferens sacra? Nosco
crinis incanaque menta regis Romani qui, missus [e] parvis Curibus et
paupere terra in magnum imperium, fundabit primam urbem <810>
legibus. Cui deinde subibit Tullus, qui rumpet otia patriae atque
movebit in arma resides viros et agmina iam triumphis desueta.
Quem iuxta sequitur Ancus, iactantior, nunc quoque iam nimium
gaudens popularibus auris.

Vis et videre Tarquinius reges animamque superbam ultoris Bruti
fascisque receptos? Hic primus accipiet imperium consulis saevasque
securis, atque, pater, pro pulchra libertate vocabit ad poenam [suos]
natos nova bella moventis, <820> infelix, utcumque minores ferent ea
facta: vincet amor patriae atque immensa cupido laudum. Quin,
procul aspice Decios Drusosque atque Torquatum, saevum securi, et
Camillum, referentem signa. Illae autem quas cernis fulgere in
paribus armis, animae nunc concordēs et dum prementur nocte, heu,
quantum bellum inter se, si attigerint lumina vitae, quantas acies
stragemque ciebunt, socer descendens [de] Alpinis aggeribus atque
[de] arce Monoeci, <830> gener instructus [cum] adversis Eois! Ne,
pueri, ne adsuescite tanta bella animis neu vertite validas viris in
viscera patriae; tuque prior parce, tu, qui ducis genus [ex] Olympo,
proice tela [a] manu, sanguis meus!

insignis: nom. sing. / caesis: abl. pl. (e) triumphata (= victa) Corintho	Ille, victor, insignis caesis Achivis, aget currum triumphata Corintho
ultus < ulciscor	ad alta Capitolia; ille eruet Argos Agamemnoniasque Mycenae
temerata = profanata, maculata	ipsumque Aeaciden, genus armipotenti Achillis, ultus avos Troiae et temerata templa Minervae. <840>
quis ... = quis non locuturus est de te	Quis relinquat te tacitum, magne Cato, aut te, Cosse? Quis [relinquat tacitum] genus Gracchi aut geminos Scipiadae, duo fulmina belli,
potentem parvo = potentem quamquam multum non habet	cladem Libyae, atque Fabricium, potentem parvo, vel te, Serrane, serentem [in] sulco? Quo rapitis [me] fessum, Fabii? Tu es ille
restituis ... = servas Romam	Maximus, unus qui, cunctando, restituis rem [Romanam] nobis. Alii
excudent ... = optimas aereas statuas facient / ducent ... = marmoreas statuas facient quae videbuntur vivae esse / meatus: acc. pl. dicent sidera = locuturi sunt de sideris	excudent mollius spirantia aera (credo equidem), ducent vivos vultus de marmore, orabunt causas melius, describent meatus caeli radio et dicent <850> surgentia sidera. Tu, Romane, memento regere populos imperio [tuo] (haec erunt artes tibi) atque imponere morem pacis, parcere subiectis et debellare superbos."
subiectis = victis	
ut = quo modo	Sic [ait] pater Anchises, atque addit haec [eis] mirantibus: "Aspice ut
insignis: nom. sing. / opimis spoliis: ablat. pl. omnes / tumultu = bello sistet ... = servabit Romam	Marcellus, insignis opimis spoliis, ingreditur, victorque supereminet omnis viros. Magno tumultu turbante, hic, eques, sistet rem Romanam, sternit Poenos Gallumque rebellem, atque suspendet patri Quirino tertia arma capta."
patri Quirino = in templo patris Quirini	
hic = tunc / forma: ablat. sing.	Atque hic Aeneas (namque videbat <860> iuvenem, egregium forma et
una = una cum aliis	fulgentibus armis, una ire,

parum laeta = tristis / lumina ... = oculi deiecti manebant	sed [ei] frons parum laeta [erat] et lumina [in] deiecto vultu [erant])
anne = an / qui: exclamat.	"Quis, pater, [est] ille qui sic comitatur [illum] virum euntem? Filius,
instar = nobilitas, audacia	anne aliquis de magna stirpe nepotum? Qui strepitus comitum [auditur] circa! Quantum instar [est] in ipso! Sed atra nox circumvolat caput [eius] tristi umbra." Tum pater Anchises, lacrimis obortis,
ingressus est = dixit ne quaere = noli quaerere esse = vivere (nunc Anchises deis loquitur) si haec ... = si hic vir vixisset	ingressus [est]: "O gnate, ne quaere ingentem luctum tuorum; fata tantum ostendent hunc terris nec sinent [eum] ultra esse. Romana propago <870> visa [esset] vobis nimium potens, superi, si haec dona fuissent propria. Quantos gemitus virum ille campus aget ad magnam urbem Mavortis! Vel quae funera videbis, Tiberine, cum praeterlabere recentem tumulum! Nec puer quisquam de Iliaca gente
gemitus: acc. pl. / virorum	tollet Latinos avos tantum in spe, nec quondam Romula tellus iactabit
praeterlaberis	se tantum ullo alumno. Heu, pietas, heu, prisca fides atque dextera invicta [in] bello! Non quisquam obvius tulisset se impune illi armato, seu cum iret [ut] pedes in hostem <880> seu foderet calcaribus armos
tollet ... = tollet spes avorum tantum	spumantis equi. Heu, miserande puer, si qua rumpas aspera fata! Tu eris Marcellus. Date lilia manibus plenis, spargam [ego] purpureos
uno alumno (abl.) = uno ibi nato	flores atque accumulem saltem his donis animam nepotis, et fungar inani munere."
non quisquam = nemo tulisset se = ivisset foderet ... equi = iret ut eques	
si qua rumpas = si aliquo modo possis rumpere spargam = sinite me spargere	
accumulem animam = sinite me colere animam / fungar ... = sinite me facere inanem honorem	
tota regione = per totam regionem	Sic passim vagantur tota regione in latis campis aeris atque lustrant omnia.

quae ... = Postquam Anchises duxit
filium per quemquam locorum
exin = exinde

Laurentes

fugiat = debeat fugere
ferat = debeat ferre (= pati)
fertur = dicitur / qua = per quem
locum

ad caelum = ad lucem

eburna porta = per eburnam portam
ad naves
recto litore = prope litus navigans
fert se = it

Quae per singula postquam Anchises duxit natum incenditque
animum amore famae venientis, exin memorat viro bella quae
deinde gerenda <890> [sunt] atque docet Laurentis populos urbemque
Latini, et quo modo atque quem laborem fugiatque feratque. Sunt
gemmae portae Somni, quarum altera fertur [esse] cornea, qua facilis
exitus datur veris umbris; altera, nitens, perfecta [est] candenti
elephanto, sed [hac] Manes mittunt falsa insomnia ad caelum. Tum
ibi Anchises his dictis prosequitur natum unaque Sibyllam atque
emittit [eos] eburna porta; ille secat viam ad navis atque revisit
socios. Tum recto litore fert se ad portum <900> Caietae; ancora iacitur
de prora; puppes stant [in] litore.

LIBER VII

sedem = locum

signat tua ossa = indicat ubi tua ossa
iaceant / (ali)qua
solutis = factis

postquam ... = postquam mare
quievit
in noctem = nocte appropinquante
nec ... = et candida luna monstrat
cursum

Tu quoque, Caieta, Aeneia nutrix, moriens dedisti aeternam famam
litoribus nostris; et nunc tuus honos servat sedem, atque [tuum]
nomen signat [tua] ossa in magna Hesperia, si qua gloria est ea. At
pius Aeneas, exsequiis rite solutis, aggere tumuli composito,
postquam alta aequora quierunt, tendit iter velis atque relinquit
portum. Aurae adspirant in noctem nec candida luna negat cursus,
[atque] pontus splendet sub tremulo lumine.

proxima litora raduntur = navigant
iuxta litora

cedrum f. / tenues

exaudiri = exaudiebantur
recusantium
rudentium

saeviebant / ululabant

terga = corpora

monstra = (mala) prodigia
delati < defero / portus: acc. pl.
subirent = appropinquarent

praeter vada = e vadis

luteus = qui colorem luti habet

posuere = cessaverunt

tonsae = remi / marmore = mari
hic = tunc

amoeno fluvio = monstrans
amoenum fluvium

multa arena (abl.) = quia multam
arenam fert

adsuetae ripis = quae ripas bene
agnoscunt

aethera: Graecus acc.

luco = per lucum

terrae = ad terram

succedit fluvio = intrat in fluvium

expediam = dicam

Ausoniis oris = ad Ausonias oras

Proxima litora terrae <10> Circaeae raduntur, ubi dives filia Solis resonat inaccessos lucos adsiduo cantu atque [in] tectis superbis urit odoratam cedrum in nocturna lumina, percurrens tenuis telas arguto pectine. Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum, vincla recusantum et sub sera nocte rudentum, saetigerique sues atque ursi in praesepibus saevire, ac formae magnorum luporum ululare, quos dea saeva, Circe, potentibus herbis induerat ex facie hominum in voltus ac terga ferarum. <20> Quae talia monstra ne pii Troes, delati in portus, paterentur neu subirent litora dira, Neptunus inplevit vela ventis secundis atque dedit [eis] fugam et vexit [eos] praeter vada fervida.

Iamque mare rubescebat radiis et lutea Aurora in roseis bigis fulgebat ab alto aethere, cum venti posuere omnisque flatus repente resedit et tonsae luctantur in lento marmore. Atque hic Aeneas ex aequore prospicit ingentem lucum. Inter hunc [lucum], Tiberinus, amoeno <30> fluvio [in] rapidis verticibus et flavus multa arena, prorumpit in mare. Circumque supraque variae volucres, adsuetae ripis et alveo fluminis, mulcebant aethera cantu atque volabant luco. [Aeneas] imperat sociis flectere iter atque advertere proras terrae et, laetus, succedit opaco fluvio. Nunc age, Erato, expediam qui [fuerint] reges, quae tempora, quis fuerit status rerum [in] antiquo Latio, cum primum advena exercitus appulit classem Ausoniis oris,

exordia = initium

dicam bella = loquar de bellis

animis ipsorum = propter suos
animos / manum = exercitum
nascitur mihi = apparet ante me

moveo = incipio

accipimus = audimus

refert te = indicit te

ultimus = primus / divum = deorum

prima ... = filius ei natus mortuus est
iuvenis
nubilus: nom. sing.

tantas = tam magnas

omnes / potens avis atavisque =
habens praeclaros maiores
adiungi: pass. infinit.

deorum

comam: acc. respectus

inventam = postquam invenit eam

ferebatur = dicebatur

Laurentes

vectae = postquam volaverunt
aethera: Graecus acc. / obsederunt

et revocabo exordia primae pugnae. <40> Tu, diva, tu mone [tuum] vatem. Dicam horrida bella, dicam acies atque reges, actos in funera animis [ipsorum], atque [dicam] Tyrrhenam manum totamque Hesperiam sub arma coactam. Maior ordo rerum nascitur mihi, moveo maius opus.

Rex Latinus iam senior regebat longa arva et urbes placidas in pace. Accipimus hunc genitum [esse] [e] Fauno et [e] nympha Laurente Marica; pater Fauno [fuit] Picus isque refert te, Saturne, [ut] parentem: tu [es] ultimus auctor [huius] sanguinis. Fato divum, filius prolesque virilis <50> nulla fuit huic, primaque iuventa erepta est oriens. Sola filia, iam matura viro, iam nubilus plenis annis, servabat domum et tantas sedes. Multi e magno Latio totaque Ausonia petebant illam. Petit Turnus, pulcherrimus ante alios omnis, potens avis atavisque, quem regia coniunx miro amore properabat adiungi [ut] generum; sed portenta deum obstant variis terroribus. Laurus erat [in] medio tecti, in penetralibus altis, sacra comam atque per multos annos <60> servata metu, quam, inventam, pater Latinus ipse ferebatur sacrasse Phoebus cum conderet primas arces atque ab ea posuisse nomen "Laurentis" colonis. Densae apes, mirabile dictu, vectae trans liquidum aethera ingenti stridore, obsedere summum apicem huius [arboris] et,

per mutua = inter se ipsas	pedibus subitum per mutua nexis, examen pependit [e] frondente
adventare = venire, pervenire	ramo. Continuo, vates "Cernimus" inquit " externum virum adventare
partes / dominarier = dominari	et agmen petere easdem partis ex isdem partibus et dominarier [in]
	summa arce." <70>
adolet altaria = urit tus in altaribus	Praeterea, dum Lavinia virgo adolet altaria castis taedis et adstat
comprehendere = accipere	iuxta genitorem, visa [est] - nefas - comprehendere ignem [in] longis
omnem ornatum = omnes vestes	crinibus, atque omnem ornatum cremari crepitante flamma, atque
regales comas: acc. respectus	accensa [esse] regalis comas, accensa [esse] coronam insignem
coronam: acc. respectus	gemmis; tum, fumida, [visa est] involvi fulvo lumine ac spargere
Volcanum = incendium	Volcanum totis tectis. Id vero ferri horrendum ac mirabile visu:
ferri = dicebatur esse	namque canebant ipsam fore inlustrem fama fatisque, sed
[augures, sacerdotes] canebant	portendere magnum bellum <80> populo. At rex, sollicitus monstris,
portendere = nuntiare	adit oracula Fauni, fatidici genitoris, atque consulit lucos sub alta
mostris = prodigiis	Albunea, maxima nemorum quae sonat sacro fonte atque, opaca,
consulit lucos: ivit ad lucum ad	exhalat saevam mephitim. Hinc Italiae gentes omnisque Oenotria
oraculum obtinendum (ille lucus	tellus petunt responsa in dubiis; cum sacerdos tulit dona huc et sub
erat locus ubi oracula dabantur)	silenti nocte incubuit stratis pellibus caesarum ovium atque petivit
mephitim = vaporem	somnos, videt multa simulacra miris modis volitantia et audit varias
in dubiis = utcumque dubitant	voces, fruiturque conloquio deorum <90> atque adfatur Acheronta [in]
stratis pellibus = super stratas pelles	imis Avernis. Et hic tum pater ipse Latinus, responsa petens,
caesarum = necatarum	mactabat rite centum lanigeras bidentis,
adfatur (dep.) Acheronta = loquitur	
Acheronti	
hic = in hoc loco	
bidentes	

stratis < sterno

atque iacebat effultus [super suo] tergo atque [in] stratis velleribus harum [bidentium].

reddita est (< reddo, -ere) = pervenit
ne pete = noli petere
Latinis connubiis = cum Latino
genero (< gener, -eri)

Subita vox reddita est ex alto luco: "Ne pete sociare natam Latinis connubiis, o mea progenies, neu crede paratis thalamis; venient externi generi, qui [suo] sanguine ferant nostrum nomen in astra, atque a stirpe quorum nepotes videbunt vertique sub pedibus regique omnia quae sol, recurrens <100> utrumque Oceanum, aspicit."

verti: pass. infinit.

regi: pass. infinit. / aspicit = vidit

premit = retinuit

Ipse Latinus non premit [in] suo ore haec responsa patris Fauni monitusque silenti nocte datos, sed iam Fama circum volitans late per urbes Ausonias tulerat [ea], cum Laomedontia pubes religavit classem a gramineo aggere ripae. Aeneas primique duces et pulcher lulus deponunt corpora sub ramis altae arboris instituuntque dapes et per herbam subiciunt adorea liba [sub] epulis (sic Iuppiter ipse monebat) <110> et augent Cereale solum pomis agrestibus.

monitus: acc. pl.

a = in

instituunt dapes = parant cibum

subiciunt = ponunt
(adorea liba funguntur (dep.) munere mensarum)
Cereale solum = adorea liba

hic = in hoc loco

Consumptis hic forte aliis [cibis], ut penuria edendi adegit [eos] vertere morsus in exiguam Cererem et violare manu malisque audacibus orbem fatalis crusti nec parcere patulis quadris, "Heus, etiam consumimus mensas?" inquit Iulus, nec plura [dixit], adludens. Ea vox audita prima tulit finem laborum, atque pater eripuit [eam] primam ab ore [filii] loquentis ac, stupefactus numine, pressit [eam in pectore].

vertere morsus (acc. pl.) in = edere
malis < mala, -ae
orbem fatalis crusti = adorea liba
(rite, adorea liba non edenda erant)

eripuit = cepit, audivit

pressit = tenuit, servavit

hic = in hoc loco

reliquit = dixit, monstravit

accisis dapibus = consumptis cibis
te ... vectum

memento sperare domos = ibi
spera tuam domum

moliri = munire

modum = finem

exitiis = calamitatibus
quare = propter hoc
vestigemus = videamus

moenia gentis = urbes

vina: plur. pro sing.

mensis (dat.) = in mensis (ablat.)

tempora = (suum) caput

Tellus, -uris f.

signa orientia Noctis = astra quae
noctu surgunt
duplices parentes

hic = tunc

quatiens (nubem) manu

nubem ardentem / hic = tunc
subito = repente
diditur = currit / debita = promissa

certatim = celeriter

Continuo "Salve, tellus <120> mihi fatis debita, vosque" ait "salvete, o fidi Penates Troiae: Hic [est] domus, haec est patria. Namque genitor Anchises reliquit mihi talia arcana fatorum (nunc [ea] repeto): 'Cum fames, accisis dapibus, coget te, nate, ad ignota litora vectum, consumere mensas, tum defessus memento sperare domos ibique manu [tua] locare prima tecta molirique aggere.'

Haec erat illa fames, haec manebat nos suprema, positura modum [nostris] exitiis. Quare, agite et laeti cum primo lumine solis <130> vestigemus quae [sint haec] loca, quive homines habeant [ea], ubi [sint] moenia gentis, et a portu petamus diversa [loca]. Nunc libate pateras lovi precibusque vocate Anchisem genitorem et reponite vina mensis."

Deinde, sic effatus, implicat tempora frondenti ramo et precatur geniumque loci primamque deorum, Tellurem, Nymphasque et flumina adhuc ignota; tum ex ordine invocat Noctem atque signa orientia Noctis Idaeumque Iovem Phrygiamque matrem et duplicis parentis <140> [in] caeloque Ereboque. Hic pater omnipotens, clarus, ter intonuit ab alto caelo, atque, ipse ab aethere quatiens manu, ostendit nubem, radiis lucis et auro ardentem. Hic subito per Troiana agmina rumor diditur diem advenisse quo condant debita moenia. Certatim instaurant epulas atque,

vina = pocula vini

prima lampade = prima luce
diversi = euntes in diversa loca
fines

hic = in hoc loco / fortes
satus = natus

omnis velatos = omnes opertos
Palladis = olivae (nam oliva erat
arbor Palladi sacrata)

designat moenia = designat locum
ad moenia aedificanda
molitur (dep.) = parat, munit
in morem castrorum = tamquam si
locus castra esset

turris: acc. pl.

subibant muro = intrabant per
murum
currus: acc. pl.

acris arcus: acc. pl. / contorquent =
iaciunt / lenta = flexibilia

atures / ingentes / ignota veste: sing.
pro pl.

avito solio = solio maiorum
fuit = erat

hic = in hoc loco

fascis / (loquitur de caerimonia in
hoc loco habita)

laeti magno omine, statuunt crateras et coronant vina. Cum postera dies, orta, lustrabat terras prima lampade, diversi explorant urbem et finis et litora gentis: haec [esse] stagna fontis Numici, <150> hunc [esse] Thybrim fluvium, hic habitare fortis Latinos. Tum satus [ex] Anchisa iubet centum oratores, delectos ab omni ordine, ire ad augusta moenia regis, omnis velatos ramis Palladis, atque ferre dona viro atque exposcere pacem Teucris. Haud mora [est]: iussi, festinant atque feruntur rapidis passibus. Ipse designat moenia humili fossa moliturque locum, atque cingit primas sedes in litore in morem castrorum pinnis atque aggere.

lamque, emensi iter, iuvenes cernebant turris ac ardua tecta Latinorum <160> atque subibant muro. Ante urbem, pueri et iuventus [in] primaevo flore exercentur equis domitantque currus in pulvere, aut tendunt acris arcus aut contorquent lenta spicula lacertis, cursuque ictuque lacesunt [alii alios], cum nuntius, equo praevectus, reportat ad auris longaevi regis viros ingentis advenisse in ignota veste [indutos]. Ille imperat [eos] vocari intra tecta et consedit medius [in] avito solio. [In] summa urbe fuit tectum augustum, ingens, sublime centum columnis, <170> regia Laurentis Pici, horrendum silvis et religione parentum. Omen regibus erat hic accipere sceptras et attollere primos fascis;

caeso = necato, mactato
 perpetuis = longis
 ex ordine = in ordine
 avorum = maiorum
 vitisator = qui vites serebat

servans = habens, monstrans

Martia vulnera = vulnera in bello
 accepta
 ob patriam = pro patria

currus: nom. pl. / capitum = galearum

equorum / lituo = baculo
 parva trabea: ablat.
 ancile = parvum scutum

versum = mutatum

sparsit = depinxit / divum = deorum

edidit = dixit

neque nescimus = scimus

auditi = cum iam de vobis audivissemus / aequore = per aequor

egentes [venitis] / qualia: viam
 errare et tempestate agi

hoc templum [erat] illis curia, hae [erant] sedes sacris epulis; hic, ariete caeso, patres soliti [erant] considerare [in] perpetuis mensis. Quin etiam ex ordine astabant [in] vestibulo effigies veterum avorum, ex antiqua cedro [caelatae]: Italusque paterque Sabinus vitisator, servans curvam falcem sub imagine, Saturnusque senex atque imago <180> lani bifrontis, aliique reges ab origine atque passi Martia vulnera pugnando ob patriam.

Atque praeterea multa arma pendent in sacris postibus: captivi currus curvaeque secures et cristae capitum et ingentia claustra portarum spiculaque clipeiique atque rostra [e] carinis erepta. Ipse Picus, domitor equum, sedebat Quirinali lituo atque succintus parva trabea, atque gerebat ancile laeva [manu], [Picus] quem coniunx Circe, cupidine capta, percussum aurea virga versumque venenis, <190> fecit avem sparsitque alas coloribus. Intus tali templo divum atque sedens [in] patria sede, Latinus vocavit Teucros ad sese in tecta, atque prior edidit placido ore haec [eis] ingressis: "Dicite, Dardanidae, neque enim nescimus et urbem [vestram] et genus [vestrum], auditique advertitis cursum aequore: quid petitis? Quae causa vexit rates ad Ausonium litus per tot caerulea vada, aut cuius egentis? Sive errore viae seu acti tempestatibus, qualia multa nautae patiuntur in alto <200> mari,

ne fugite = nolite fugere (= vitare)

neve ignorete = et nolite ignorare
Latinos esse aequam gentem
tenentem se in more = exemplum
sequentem

ferre = dicere, narrare

fertur = dicitur

accipit illum = habet illum / profec-
tum hinc = qui hinc profectus est
in solio [sedentem]

altaribus = addens sua altaria

subegit = coegit / succedere terris =
intrare in terras
regione viae = ostendens viam
consilio = libentes
pulsus = expulsi

adferimur = venimus

principium = origo

gaudet Iove avo = gaudet quia Iovis
avus generis est
quanta: exclamat.

quibus: exclamat.

concurrerit = pugnaverunt inter se
si ... quem = quemcumque extrema
tellus procul a nobis tenet (= qui-
cumque procul habitat)
si plaga solis dirimit quem = quem-
cumque torridus sol procul a nobis
tenet (= quicumque procul habitat)

intrastis ripas fluminis atque sedetis [in] portu, ne fugite hospitium
neve ignorete Latinos, gentem Saturni, aequam [esse] haud vinclo
nec legibus, [sed] sponte sua atque tenentem se [in] more veteris
dei. Atque equidem memini (fama est obscurior annis) Auruncos
senes ita ferre, ut Dardanus, ortus [in] his agris, penetrarit ad Idaeas
urbes Phrygiae Threiciamque Samum, quae nunc fertur "Samotracia."
Nunc aurea regia stellantis caeli <210> accipit illum, profectum hinc, a
Tyrrena sede Corythi, [in] solio, et auget numerum divorum
altaribus."

Dixerat, et Ilioneus sic secutus [est] dicta [hac] voce: "Rex, egregium
genus Fauni, nec atra hiems subegit [nos], fluctibus actos, succedere
vestris terris, nec sidus litusve fefellit [nos] regione viae. Consilio
animisque volentibus, [nos], pulsus [e] regnis quae maxima quondam
sol, veniens [ab] extremo Olympo, aspiciebat, omnes adferimur [ad]
hanc urbem. Principium generis [nostri] [venit] ab Iove; Dardana
pubes gaudet Iove avo; rex ipse, de suprema <220> gente Iovis, Troius
Aeneas, misit nos ad tua limina. Quanta tempestas, effusa [in] saevis
Mycenis, ierit per Idaeos campos, quibus fatis actus uterque orbis
Europae atque Asiae concurrerit, audiit et [ille], si extrema tellus
summovet quem, refuso Oceano, et [ille], si plaga solis iniqui, extenta
in medio [aliarum] quattuor plagarum, dirimit quem.

exiguam = parvam	Vecti ex illo diluvio, per tot vasta aequora rogamus exiguam sedem
dis patriis: dat. / undam = aquam cunctis = omnibus patentem = apertam	dis patriis litusque innocuum et undamque auramque cunctis patentem. <230> Non erimus indecores [tuo] regno, nec vestra fama
feretur = fiet	feretur levis atque gratia tanti facti abolescet, nec pigebit Ausonios
in gremio = inter se	excepisse Troiam [in] gremio. Iuro per fata Aeneae dextramque
(ali)quis / fide ... = domi militiaeque	potentem [eius], sive quis expertus est [eam] fide seu bello et armis:
ne temne = noli temnere quod = quia petiverunt / voluerunt	multi populi, multae gentes (ne temne [nos] quod ultro praeferimus vittas manibus ac precantia verba) et petiere nos et voluere
deorum / egerunt	adiungere [nostras] gentes sibi; sed fata deum egere nos suis imperiis
repetit nos = revocat nos, iubet nos venire urget = pellit	exquirere vestras terras. Dardanus, hinc ortus, <240> repetit [nos] huc atque Apollo urget [nos] ingentibus iussis ad Tyrrhenum Thybrim et
Numicus: parvum flumen quod per Latium fluit receptas = servatas	sacra vada fontis Numici. Praeterea [Aeneas] dat tibi parva munera prioris fortunae, reliquias ex ardente Troia receptas. Pater Anchises
hoc auro = hoc aureo poculo gestamen = ornamentum vocatis = convocatis / tiaras: nom. s.	libabat ad aras hoc auro, hoc erat gestamen Priami cum, more, daret iura vocatis populis: sceptrumque sacerque tiaras atque vestes, labor
Iliadum = feminarum Troiae	Iliadum."
haeret = fixus manet	Talibus dictis Ilionei Latinus tenet ora defixa atque immobilis haeret
obtutu (< obtutus, -us) = conspectu solo < solum, -i (≠ solus, -a, -um)	<250> obtutu [in] solo, volvens intentos oculos, nec picta purpura movet regem nec Priameia scepra movent [eum] tantum quantum
moratur (dep.) in = moratur medi- tans de / sortem = oraculum portendi fatis = a fatis nuntiatum	moratur in conubio thalamoque natae, et volvit sub pectore sortem veteris Fauni: hunc [esse] illum generum portendi fatis,

paribus auspiciis = ut aequali
auctoritate regnaret
virtute = propter virtutem

viribus = potentia (ablat.)

secudent: subiunct. desiderii
incepta = consilia
Latino rege (ablat. absol.) = dum
Latinus rex sit
divitis agri: genit. / modo = utinam
modo = sed, solum
iungi: pass. infinit.

exhorrescat = vitet, timeat
vultus: acc. pl.
tetigisse < tango, -ere

mandata = verba / sortes = oracula
adyto = templo
monstra = prodigia

generos: plur. pro sing.

hoc restare Latio = hoc esse fatum
Latii
poscere = designare

(ali)quid

ex omni numero = e magna copia

extemplo = statim
instratos = ornatos
duci: pass. infinit.

tecti (< tego, -ere) = operati
mandunt = mordent

iugales / semine = origine / spirantes

profectum ab externa sede, atque vocari in regna paribus auspiciis,
huic progeniem futuram [esse] egregiam virtute et [illam] quae
occupet totum orbem viribus.

Tandem laetus ait: "Secudent di nostra incepta auguriumque suum!
Dabitur, Troiane, quod optas, <260> nec sperno munera [tua]. Latino
rege, uber divitis agri opulentiave Troiae non deerit vobis. Modo ipse
Aeneas veniat, si tanta cupido nostri est [ei], si properat iungi
hospitio atque vocari socius, neve exhorrescat amicos vultus;
tetigisse dextram tyranni erit mihi pars pacis. Vos, contra, referte
nunc regi mea mandata: est mihi nata quam sortes e patrio adyto
non sinunt iungere viro nostrae gentis, plurima monstra [in] caelo
non [sinunt hoc]; canunt generos adfore ab externis oris, <270> –
[canunt] hoc restare Latio– qui [suo] sanguine ferant nostrum nomen
in astra; et reor fata poscere hunc [ut] illum et, si [mea] mens augurat
quid veri, [hoc] opto."

Haec effatus, pater eligit equos [ex] omni numero (stabant, nitidi, ter
centum in altis praesepibus); extemplo iubet alipedes, instratos ostro
pictisque tapetis, duci omnibus Teucris ordine; aurea monilia demissa
pendent [e] pectoribus [equorum]; tecti auro, mandunt fulvum
aurum sub dentibus; [mittit] absentem Aeneae currum geminosque
iugalis <280> ab aethereo semine, spirantis ignem [e] naribus,

daedala = habilis, ingeniosa
furata < furor (dep.) (= rapio)

sublimes in equis = equitantes

referebat sese = redibat

tenebat = transibat per

longe = a longinquo

moliri = parari / terrae: dat.
rates = naves

stirpem: acc. exclamationis
Phrygum: genit. pl.
potuerunt / occumbere = mori

capi: pass. infinit.

ignes / invenerunt

quievi = nihil facere possum

infesta = inimica
excussos = expulsos
toto ponto = per totum pontus

in = contra / profuit mihi = benefici-
cium dedit mihi
securi: nom. pl.

pelagi: gen. sing. / valuit = potuit
Lapithum: gen. pl.
deorum / concessit = dedit
Aut ... ? = quod magnum scelus
commiserunt aut Lapithae aut
Calydon ut Iuppiter sineret eos
deleri?

de gente illorum quos daedala Circe, furata [eos] patri, creavit nothos
de supposita matre. Aeneadae talibus donis dictisque Latini redeunt
sublimes in equis atque reportant pacem.

Ecce autem saeva coniunx Iovis referebat sese ab Inachiis Argis
atque, invecta, tenebat auras, et ex aethere usque ab Siculo Pachyno
prospexit longe laetum Aenean classemque Dardaniam. Iam videt
tectata moliri, iam [videt eos] fidere [se] terrae, <290> deseruisse rates;
stetit fixa acri dolore. Tum, quassans caput, effundit haec dicta [e]
pectore: "Heu, stirpem invisam et fata Phrygum, contraria nostris
fatis! Num [potuere] occumbere [in] campis Sigeis? Num, capti,
potuere capi? Num incensa Troia cremavit viros? Per medias acies
mediosque ignis invenere viam. At, credo, mea numina tandem
iacent fessa, aut [ego], exsaturata odiis, quievi. Quin, etiam ausa
[sum] infesta sequi [eos], [e] patria excussos, per undas et opponere
me [eis] profugis toto ponto. <300> Vires caelique marisque absumptae
[sunt] in Teucros. Quid profuit mihi Syrtes aut Scylla, quid [profuit
mihi] vasta Charybdis? Conduntur [in] optato alveo Thybridis, securi
pelagi atque mei. Mars valuit perdere immanem gentem Lapithum,
ipse genitor deum concessit antiquam Calydonia in iras Dianae. Aut
Lapithas [merentes] aut Calydonia merentem quod tantum scelus
[Iuppiter concessit eos]?"

ast = at = sed

inausum = sine conatu / verti me-
met in omnia = omnia conata sum
quod si = sed si / haud dubitem =
non debeo dubitare
quod usquam est = quodcumque
possim / nequeo = non possum
esto: imperat.

trahere = retardare

exscindere = delere

dotaberis < doto, -are

tantum = solum / Cisseis = Hecuba
praegnas = gravida / enixa ... = pe-
pererit (< pario) iugales ignes
idem ... = Venus habebit alterum
partum

dirus, -a, -um = terribilis, -e

ciet = vocat / luctificam = quae
luctum fert / Allecto: acc. sing.
sunt cordi = placent / et = quoque

oderunt

ora = facies (nom. pl.)
pullulat = propagat se
sata = creata / da mihi = fac mihi

noster = meus / infracta = fracta

cedat = cedant
ambire = persuadere
fines

Ast ego, magna coniunx Iovis, quae, infelix, potui linquere nil
inausum, quae verti memet in omnia, vincor ab Aenea. Quod si mea
numina non sunt <310> satis magna, haud equidem dubitem implorare
quod usquam est: si nequeo flectere superos, movebo Acheronta.
Non dabitur [mihi] prohibere [eos] [a] Latinis regnis, esto, atque
Lavinia manet immota fati [ut] coniunx [Aeneae]; at licet trahere
atque addere moras tantis rebus, at licet exscindere populos
amborum regum. Coeant gener atque socer hac mercede suorum:
dotabere, virgo, Troiano et Rutulo sanguine, et Bellona manet te [ut]
pronuba. Nec tantum Cisseis, face praegnas, enixa [erit] iugalis <320>
ignis; quin, idem partus suus [erit] Veneri et alter Paris [erit], atque
iterum funestae taedae [erunt] in recidiva Pergama."

Ubi dedit haec dicta, horrenda petivit terras; a sede dirarum dearum
infernisque tenebris ciet luctificam Allecto, cui tristia bella iraeque
insidiaeque et noxia crimina [sunt] cordi. Et ipse pater Pluton odit
[eam], Tartareae sorores odere [hoc] monstrum: sese vertit in tot
ora, facies tam saevae [sunt], atra pullulat tot colubris. Quam luno
acuit his verbis ac talia fatur: <330> "Virgo sata [e] nocte, da mihi hunc
proprium laborem [tuum], hanc operam, ne noster honos infractave
fama cedat [a] [suo] loco, neu Aeneadae possint ambire Latinum
conubiis obsidere Italos finis.

unanimos = qui eandem animam
habent / in proelia [inter se]
tectis: dat.

concute = agita

dissice = rumpe / velit iuventus ar-
ma = effice ut iuventus velit arma

exim = exinde / petit = it ad

obsedit = occupat / tacitum = silens

quam curae coquebant / Teucrorum

conquebant = opprimebant
conicit = iecit
subdit = posuit

quo = ut

ille: anguis / vestis
nullo attactu = invisā, tacite

coluber = anguis
tortile = torquis, monile
innectit = ligat
membris = per membra
sublapsa = intrans / sensus: acc. pl.

percepit = sentit
[Amata] locuta est
mollius = molliore modo
super = de
natae: genit.

exsul, -ulis = qui in exsilium missus
est

Tu potes armare unanimos fratres in proelia atque versare domos
odiis, tu [potes] inferre verbera funereasque faces tectis, tibi [sunt]
mille nomina, mille artes nocendi. Concute [tuum] fecundum pectus,
dissice compositam pacem, sere crimina belli. Velit iuventus <340>
arma poscatque [ea] simul rapiatque [ea]."

Exim Allecto, infecta venenis Gorgoneis, principio petit Latium et
celsa tecta Laurentis tyranni, atque obsedit tacitum limen Amatae,
quam, ardentem super adventu Teucrum atque hymenaeis Turni,
coquebant curaeque iraeque femineae. Dea conicit huic unum
anguem de [suis] caeruleis crinibus atque subdit [eum] in sinum
[Amatae] ad intima praecordia, quo, furibunda monstro, permisceat
omnem domum. Ille, lapsus inter vestis et levia pectora, volvitur nullo
attactu, fallitque [eam] furem, <350> inspirans vipeream animam;
ingens coluber fit aurum tortile [in] collo, fit taenia longae vittae
innectitque comas et, lubricus, errat membris. Ac dum prima lues,
sublapsa udo veneno, pertemptat sensus atque implicat ignem
ossibus necdum animus percepit flammam [in] toto pectore, locuta
est mollius et de more solito matrum, lacrimans multa super
hymenaeis Phrygiis atque [hymenaeis] natae: "O genitor, Laviniane
datur exsulibus Teucris ducenda [in matrimonium], nec te miseret
nataeque tuique <360> [ipsius]?"

Phrygius pastor = Paris

Lacedaemona: acc. sing.
Troianas urbes: plur. pro sing.
quid facta est = ubi est

id sedet = hoc a deis decretum est

reor (dep.) = puto

nostris sceptris = nostro imperio

domus: gen. / patres = maiores
Turno = Turni / mediae = quae in
media Graecia iacent

stare contra = non flecti (pass. inf.)

furialis, -e = e Furiis natus
lapsus est = intravit

lymphata = demens

turbo: nom. sing.

ille: turbo / habena: ablat.

impubes manus = pueri

dant animos turbini = efficiunt ut
turbo volvatur / illo = turbine
cursu = currens / feroces

adorta = conans, audens

orsa < ordior (dep.) (≠ orior) = paro,
incipio

Nec miseret matris, quam perfidus praedo, petens alta [maria] primo Aquilone, relinquet, abducta virgine? At non sic Phrygius pastor penetrat Lacedaemona, atque vexit Ledaeam Helenam ad Troianas urbes? Quid [facta est] tua sancta fides? Quid [facta est] antiqua cura tuorum et dextra totiens data consanguineo Turno? Si petitur gener de gente externa Latinis idque sedet atque iussa parentis Fauni premunt te, reor equidem omnem terram quae, libera, dissidet [a] nostris sceptris [esse] externam et sic divos <370> dicere, et, si prima origo domus repetatur, Inachus Acrisiusque [sunt] patres Turno mediaeque Mycenae [sunt patria]."

Ubi, experta nequiquam his dictis, videt Latinum stare contra atque furiale malum serpentis penitus lapsum [est] in viscera atque pererrat [eam] totam, tum vero infelix, ingentibus monstris excita, sine more furit lymphata per immensam urbem. Ceu quondam, volitans sub torto verbere, turbo quem pueri, intenti ludo, in magno gyro circum vacua atria exercent; ille, actus habena, <380> fertur curvatis spatiis, impubesque manus supra stupet inscia, mirata volubile buxum; plagae dant animos [turbini]: non segnior illo [regina] agitur cursu per medias urbes populosque ferocis. Quin etiam, simulato numine Bacchi evolat in silvas, adorta maius nefas atque orsa maiorem furorem,

quo =ut	et abdit natam [in] frondosis montibus, quo eripiat thalamum [a]
taedas = taedas nuptiales, nuptias	Teucris atque moretur taedas, fremens "Evohe, Bacche," vociferans
te: Bacchum / etenim ... = etenim vociferans illius (virginis) esse sumere molles ...	te solum [esse] dignum virgine, etenim [illam] sumere mollis thyrsos <390> tibi, lustrare te [in] choro, pascere tibi sacrum crinem.
agit = cogit / omnes	Fama volat, atque idem ardor agit omnis matres, accensas furiis [in]
deseruerunt	pectore, simul quaerere nova tecta. Deseruere domos, dant colla
aethera: Graecus acc.	comasque ventis; ast aliae complent aethera tremulis ululatus
incinctae = indutae / ipsa: Amata	atque, pellibus incinctae, gerunt pampineas hastas. Ipsa, inter
flagrantem pinum = ardentem ramum pini	medias, fervida sustinet flagrantem pinum ac canit hymenaeos natae
sanguineam aciem = sanguineos oculos (ali)qua	Turnique, torquens sanguineam aciem, atque repente clamat torvum [clamorem]: "Io, matres Latinae, <400> audite, ubi quaeque [sit]: si qua
gratia = gratus animus	gratia infelicis Amatae manet [in vestris] piis animis, si cura materni
crinales	iuris remordet [vos], solvite crinalis vittas, capite orgia mecum."
talem ... reginam	Talem inter silvas, inter deserta ferarum, Allecto agit reginam
acuisse = instigavisse	undique stimulis Bacchi. Postquam visa [est] satis acuisse primos
vertisse consilium = effecisse ut mutarent consilium muros ... urbem	furores atque vertisse consilium atque omnem domum Latini, protinus tristis dea hinc tollitur fuscis alis ad muros audacis Rutuli, urbem quam Danae, delata praecipiti Noto, dicitur fundasse
avis = maioribus	Acrisioneis colonis. <410> Locus quondam dictus [est] "Ardea" [ab] avis,
fortuna fuit = fortuna huius urbis iam evanuit	et nunc magnum nomen "Ardea" manet, sed fortuna fuit.

hic = in hoc loco
 quietem = somnum
 exuo ↔ induo

vultus aniles: acc. pl.

crines / anus (≠ annus) = senex
 mulier
 offert = monstrat

patieris / incassum = frustra

transcribi = dari

in regnum = regno (dat.)

sterne = dele

fari = dicere

portis = per portas
 exure = duc ignem / consederunt
 caelestium

ni = nisi

dicto = pacto, foederi

hic = tunc / orsa ore: ablat.

classes

atures / reris / ne finge = noli fingere

situ < situs, -us / effetus veri = qui
 veritatem accipere non potest
 exercet = cruciat

Hic, in altis tectis Turnus iam carpebat mediam quietem [in] nigra nocte. Allecto exuit torvam faciem et furalia membra, sese transformat in vultus anilis et arat obscenam frontem rugis, induit albos crinis cum vitta, tum innectit ramum olivae; fit Calybe, anus sacerdos lunonis templique, et offert <420> se iuveni ante oculos cum his vocibus:

"Turne, patiere tot labores fufos [esse] incassum et tua scepra transcribi Dardaniis colonis? Rex abnegat tibi coniugium et dotes sanguine quaesitas, externusque heres quaeritur in regnum. I nunc, offer te, inrise, ingratis periclis; i, sterne Tyrrhenas acies, tege Latinos pace. Adeo ipsa omnipotens Saturnia iussit me fari tibi haec palam, cum iaceres placida nocte. Quare, age, et laetus para pubem armari atque moveri portis in arva, et exure Phrygios duces, qui consedere [in] pulchro <430> flumine, et pictas carinas. Magna vis caelestum iubet [hoc]. Ipse rex Latinus, ni fatetur dare coniugium [tibi] et parere dicto, sentiat et tandem experiatur Turnum in armis."

Hic iuvenis, inridens vatem, sic vicissim refert orsa ore: "Nuntius [dicens] classis invectas [esse] [in] undam Thybridis non effugit meas auras, ut rere; ne finge tantos metus mihi; nec regia luno est immemor nostri. Sed senectus, <440> victa situ atque effeta veri, exercet te nequiquam curis, o mater,

divum = deorum / quis = quibus	et inter arma regum ludit [te], vatem, falsa formidine. Cura tibi [est] tueri effigies divum et templa; viri, quis bella gerenda [sunt], gerant bella pacemque."
artus: acc. pl.	Allecto exarsit in iras talibus dictis. At subitus tremor occupat artus
deriguerunt = sine motu manserunt	iuveni oranti, [atque] oculi [eius] deriguere: tot hydris sibilat Erinys
tanta = tam terribilis aperit = monstrat geminos = duos	tantaque aperit se facies; tum, torquens flammea lumina, reppulit [eum] cunctantem et quaerentem plura dicere, et erexit geminos
angues / verbera = flagella	anguis <450> [e suis] crinibus, atque insonuit verbera atque addidit
en = ecce / situ < situs, -us / quam senectus ludit = quam senectus irridet / effetus veri = qui veritatem accipere non potest	haec rabido ore: "En ego, victa situ, quam senectus, veri effeta, inter arma regum ludit falsa formidine. Respice ad haec: adsum a sede dirarum sororum, gero bella letumque [in] manu."
effata = locuta / coniecit = iacit	Sic effata, coniecit facem iuveni et fixit sub pectore [eius] taedas atro
fumantes / olli = illi	lumine fumantis. Ingens pavor rumpit somnum olli, atque sudor, [e]
proruptus = germinans artus: acc. pl. ferri = gladii / saevit = saevus fit	toto corpore proruptus, perfundit ossa et artus. Amens fremit arma, requirit <460> arma [in] toro tectisque; amor ferri saevit, et insania
undantis aeni = aeni aquam continentis aquai = aquae / amnis = aqua	scelerata belli [saevit], ira super [saevit], veluti virgea flamma suggeritur cum magno sonore [in] costis undantis aeni atque latices
unda capit se = aqua potest intus manere indicit primis iter = iubet primos ire	exsultant aestu, intus furit fumidus aquai atque amnis exuberat alte spumis, nec iam unda capit se, [atque] ater vapor volat ad auras. Ergo, indicit primis iuvenum iter ad regem Latinum, polluta pace, et iubet arma parari,

detrudere = expellere	tutari Italiam, detrudere hostem [e] finibus; [dicit] se satis [esse]
venire = obire, pugnare	venire ambobus, Teucrisque Latinisque. <470> Ubi dedit haec dicta atque vocavit divos in vota, Rutuli certatim exhortantur sese in arma.
decus = pulchritudo iuventae = iuventutis claris factis = quae clara facta commisit	Egregium decus formae atque iuventae [Turni] movet hunc, atavi reges [Turni] [movent] hunc, dextera [manus] [Turni] claris factis [movet] hunc.
nova arte = novis dolis	Dum Turnus implet Rutulos audacibus animis, Allecto, nova arte,
concitatur se = it	concitatur se in Teucros Stygiis alis, speculata locum, [in] quo litore
hic = in hoc loco	pulcher lulus agitabat feras insidiis cursuque. Hic Cocytia virgo obicit
nares	subitam rabiem canibus et contingit naribus noto odore, <480> ut
agerent = persequerentur (dep.) quae = haec agrestes	ardentes agerent cervum; quae fuit prima causa laborum atque accendit agrestis animos bello. Cervus erat praestanti forma et ingens
cui ... = qui curabat regia armenta	cornibus, quem, raptum ab ubere matris, nutribant Tyrrhidae pueri
eum: cervum / adsuetum imperiis = adsuetum accipere imperia Silviae	Tyrrhusque pater, cui regia armenta parent et late custodia campi credita [erat]. Soror Silvia ornabat [eum], adsuetum imperiis, omni
erili mensae = mensae domini	cura, intexens cornua mollibus sertis, pectebatque ferum atque
silvis = per silvas	lavabat in puro fonte. Ille, patiens manum atque adsuetus erili <490>
venantes	mensae, errabat silvis rursusque ipse ferebat se domum ad nota
commovere hunc = impetum fecerunt in hunc aestus: acc. pl.	limina, quamvis sera nocte [esset]. Rabidae canes luli venantis commovere hunc procul errantem, cum forte deflueret [in] secundo fluvio atque levaret aestus [in] viridante ripa.

succensus = accensus / spicula: pl.
pro sing.
cornu = arcu / nec ... = et deus
iuvavit eum sagittam iacentem

quadripes = cervus

successit stabulis = intrat in stabula

percussa = postquam percussit

palmis = manibus / agrestes (= in-
colas) / olli = illi

nodis ... = stipite nodos habenti
quod ... = quod quisque invenit
rimanti < rimor, -ari

ut = dum, cum
scindebat ... = utens cuneis, scinde-
bat quercum in quattuor partes

nacta < nanciscor (dep.) (= invenio)
ardua = alta
canit pastorale signum = vocat
pastores

insonuerunt / longe = e longinquo

sulpurea aqua: ablat.

presserunt

qua: ablat. sing.

nec non et = et quoque

auxilium = ad auxiliandum
derexerunt = instruxerunt

Etiam ipse Ascanius, succensus amore eximiae laudis, derexit spicula [e] curvo cornu; nec deus afuit erranti dextrae, atque harundo, multo sonitu acta, venit perque uterum perque ilia [cervi].

At quadripes, saucius, refugit <500> intra nota tecta atque gemens successit stabulis, atque, cruentus atque similis [alicui] imploranti, replebat omne tectum questu. Silvia soror prima, percussa [suos] lacertos palmis, vocat auxilium et conclamat duros agrestis. Olli (aspera pestis enim latet [in] tacitis silvis) improvisi adsunt, hic armatus obusto torre, hic [armatus] nodis gravidi stipitis; quod cuique rimanti repertum [est], ira facit [id] telum. Tyrrhus, rapta securi, <510> immane spirans, vocat agmina, ut forte scindebat quercum quadrificam coactis cuneis.

At saeva dea, e speculis nacta tempus nocendi, petit ardua tecta stabuli et de summo culmine canit pastorale signum cornuque recurvo intendit Tartaream vocem, qua protinus omne nemus contremuit et profundae silvae insonuere. Audiit et longe lacus Triviae, audiit albus amnis Nar sulpurea aqua fontesque Vellini, et matres, trepidae, pressere natos ad pectora. Tum vero, celeres, indomiti agricolae concurrunt undique ad vocem qua dira bucina dedit signum, telis <520> raptis, nec non et Troia pubes, castris apertis, effundit auxilium Ascanio. Derexere acies.

agitur = pugnatur

decernunt = pugnant
 atra ... : tot sublati gladii videntur
 campus segetis esse

uti = ut

aethera: Graecus acc.

sternitur = depellitur, necatur

vulnus = sagitta / haesit = mansit

inclusit vitam = necavit eum

virorum
 medium paci = ad pacem faciendam

balantium
 redibant [ad stabula] = erant illi

potens facta promissi = postquam
 obtinuit quod promiserat
 funera primae pugnae = prima
 funera pugnae
 deserit = reliquit

en = ecce, vide

dic = impera [ut]

quandoquidem = quoniam

si ... = si hoc est quod vis

Non iam agitur [in] agresti certamine duris spitibus sudibusve
 praeustis, sed decernunt ancipiti ferro atque, late, atra seges
 horrescit strictis ensibus, aeraque, laccessita sole, fulgent et iactant
 lucem sub nubila: uti cum fluctus coepit albescere primo vento,
 paulatim mare tollit sese et erigit undas altius, [atque] inde consurgit
 ab imo fundo <530> ad aethera.

Hic iuvenis Almo, qui fuerat maximus natorum Tyrrhi, sternitur ante
 primam aciem stridente sagitta, vulnus enim haesit sub gutture et
 inclusit sanguine iter udae vocis tenuemque vitam. Multa corpora
 virum [cadunt] circa, seniorque Galaesus, dum offert se medium paci,
 qui fuit iustissimus unus atque olim ditissimus [in] Ausoniis arvis:
 quinque greges balantum [erant] illi, quina armenta redibant, et
 vertebat terram centum aratris.

Atque dum ea geruntur <540> per campos aequo Marte, dea, potens
 facta promissi, ubi imbuit bellum sanguine et commisit funera primae
 pugnae, deserit Hesperiam et, conversa per auras caeli, victrix
 adfatur lunonem superba voce: "En, perfecta [est] tibi discordia tristi
 bello; dic [eis] coeant in amicitiam et iungant foedera.
 Quandoquidem respersi Teucros Ausonio sanguine, etiam addam hoc
 his [rebus], si tua voluntas mihi certa [est]: [meis] rumoribus feram
 finitimas urbes in bella,

abunde est = satis est

comminus ↔ eminus

imbuit = rigat, umectat
celebrent: subiunt. iussivum
tales hymenaeos

licentius = nimis licenter / (ali)qua

super est = manet facienda / tales

stridentes

ardua supera = alta loca

fama: ablat.

urget = circumdat

vertex = cursus aquae
specus = antrum

quis = quibus

levabat ... = faciebat caelum
terrasque iucundiores quia aberat
nec minus = et
extremam = ultimam
caesos = mortuos, necatos
ora foedati Galaesi = Galaesum,
cuius ora foedata erat

crimine = accusatione

accendamque animos amore <550> insani Martis ut undique veniant auxilio; spargam arma per agros." Tum Iuno contra: "Abunde est terrorum et fraudis; stant causae belli, pugnatur armis comminus, novus sanguis imbuit arma quae fors dedit prima. Celebrent egregium genus Veneris et rex ipse Latinus talia coniugia et talis hymenaeos. Ille pater, regnator summi Olympi, haud velit te errare licentius super aetherias auras. Cede [e] locis. Si qua fortuna laborum super est, ipsa regam [eam]." Talis voces <560> dederat Saturnia; illa autem attollit alas, stridentis anguibus, atque petit sedem Cocyti, linquens ardua supera.

Est locus [in] medio Italiae sub altis montibus, nobilis et memoratus fama in multis oris, valles Amsancti; utrimque atrum latus nemoris urget hunc densis frondibus, atque [in] medio torrens, fragosus et torto vertice, dat sonitum saxis. Hic monstrantur horrendum specus et spiracula saevi Ditis, ruptoque Acheronte ingens vorago aperit pestiferas fauces, [in] quis condita Erinys, <570> invisum numen, levabat caelum terrasque. Nec interea Saturnia regina minus imponit extremam manum bello: omnis numerus pastorum ruit ex acie in urbem, atque reportant caesos puerum Almonem atque ora foedati Galaesi, implorantque deos obtestanturque Latinum.

Turnus adest atque in medio crimine caedis

pellī = pass. infinit.

insultant = saltant per
neque ... = omnes enim Amatam
magni faciunt

fatigant Martem = poscunt bellum
illicit = statim / deorum
certatim = modo certaminis

magno fragore veniente: ablat. abs.
sua mole = ingens
latrantibus = strepentibus

alga: sing. pro plur.

nutu lunonis = ad voluntatem
lunonis / inanes
pendetis (fut.) < pendo, -ere (≠ pen-
deo, -ere)

veneraberis / seris votis = votis quae
nimis sero dabis / mihi ... = ego
iam ad finem vitae pervenio
spolior ... = felix funus non habebo
saepsit se = celavit se

coluerunt

maxima rerum = maxima urbium
movent ... = parant initium belli
in prima proelia = ad bellum inci-
piendum / manu = vi

et [in medio] igni ingeminat terrorem: [dicit] Teucros vocari in regna,
Phrygiam stirpem admisceri, se pelli [e] limine. Tum [ei] quorum
matres, <580> attonitae Baccho, insultant avia nemora thiasis (neque
enim leve [est] nomen Amatae) coeunt, undique collecti, atque
fatigant Martem. Illicit cuncti, contra omina, contra fata deum,
poscunt infandum bellum perverso numine. Certatim circumstant
tectata regis Latini; ille resistit velut rupes immota [in] pelago, ut rupes
pelagi magno fragore veniente, quae sese tenet [sua] mole, multis
undis latrantibus circum; scopuli et spumea saxa fremunt circum
nequiquam, atque alga, <590> inlisa lateri, refunditur.

Verum ubi nulla potestas datur exsuperare caecum consilium et res
eunt nutu saevae lunonis, pater, multa testatus deos aurasque inanis,
"Heu, frangimus fatis" inquit "ferimurque procella! [Vos] ipsi pendetis
has poenas sacrilego sanguine, o miseri. Triste supplicium manebit te,
Turne, te, nefas, atque venerabere deos seris votis. Nam mihi parta
[est] quies, atque [ego] omnis in limine portus spoliior felici funere."
Nec plura locutus saepsit se tectis atque reliquit habenas <600> rerum.

Mos erat in Hesperio Latio quem protinus urbes Albanæ coluere [ut]
sacrum; nunc Roma, maxima rerum, colit [eum], cum movent
Martem in prima proelia, sive parant inferre manu lacrimabile bellum
Getis Hyrcanise Arabisve

tendere = ire / reposcere signa: signa quae antea Parthi, Romanis victis, ceperant

sacrae = sacratae / religione et formidine: abl. agentes participii passivi "sacrae"

absistis = abest / sedet = fit

reserat = aperit

conspirant = una sonant et = quoque
more = secundum more
recludere = aperire / tristes
abstinuit ... = noluit tangere portas

condidit = celavit

deorum / morantes

postes

inexcita ↔ incitata
campis = per campos
pars (fem.) arduus (masc.): constructio ad sensum
leves / pingui arvina: ablat.

securis / cote < cos, cotis
iuvat = placet eis / sonitus: acc. pl.
novant tela = faciunt nova tela

turrigeras = turribus coronatas

cavant tegmina = parant galeas
capitum (gen.) = capitibus / crates
umbonum = scutorum

seu [parant] tendere ad Indos atque sequi Auroram atque reposcere Parthos [Romana] signa: sunt geminae portae Belli, (sic nomine dicunt) sacrae religione et formidine saevi Martis; centum aerei vectes aeternaque robora ferri claudunt [eas], nec custos lanus <610> absistit [a] limine. Ubi sententia pugnae sedet certa patribus, ipse consul, insignis Quirinali trabea cinctuque Gabino, reserat stridentia limina, ipse vocat pugnas; tum cetera pubes sequitur, atque aerea cornua conspirant rauco adsensu. Hoc tum et Latinus iubebatur indicere bella Aeneadis more atque recludere tristes portas. Pater abstinuit [a] tactu [portarum] aversusque refugit foeda ministeria, et condidit se [in] caecis umbris.

Tum regina deum, [e] caelo delapsa, ipsa impulit manu morantis <620> portas et, cardine verso, Saturnia rumpit ferratos postis Belli. Ausonia ardet, inexcita atque immobilis ante; pars parat ire pedes campis, pars arduus furit altis equis pulverulentus; omnes requirunt arma. Pars tergent levis clipeos et lucida spicula pingui arvina subiguntque securis in cote; iuvat ferreque signa audireque sonitus tubarum. Adeo quinque magnae urbes novant tela [in] positis incudibus: potens Atina Tiburque superbum, <630> Ardea Crustumerique et turrigeras Antemnae. Cavant tegmina, tuta capitum, flectuntque salignas cratis umbonum;

leves / lento = flexibili
honor = usus, cultus
cessit = evanuit

enses / classicum = signum tuba
datum
rapit = effert / trementes
cogit ad iuga = ponit sub iugum

Helicon: Graecus acc.

cantus: acc. pl. / qui, quae, quibus:
interrogativa / quem secutae =
quem ducem sequentes

[Itala terra] arserit

perlabitur (dep.) = pervenit

divum = deorum

huic (dat.) = huius (gen.)

equorum / nequiquam = frustra

qui ... : melius fuisset ei habere
alium patrem qui recta iussa
praescripsisset

satus = natus

palma: ablat.

insigne = signum / angues

quem: Aventimum / furtivum in
partu = natum occulte
sub oras luminis = ad vitam

alii ducunt aenos thoracas aut levis ocreas lento argento; huc honor vomeris et falcis [cessit], huc omnis amor aratri cessit; recoquunt patrios ensis [in] fornacibus. Iamque classica sonant; it tessera, signum bello; hic trepidus rapit galeam [e] tectis, ille cogit tremantis equos ad iuga, induitur clipeumque trilicemque auro loricam atque accingitur fido ense. <640> Pandite nunc Helicon, deae, atque movete cantus: qui reges exciti [sint] [in] bello, quae acies quemque secutae compleverint campos, quibus viris alma Itala terra iam tum floruerit, quibus armis arserit. Et enim meministis, divae, et potestis memorare; ad nos vix tenuis aura famae perlabitur.

Asper Mezentius ab Tyrrhenis oris, contemptor divum, primus init bellum atque armat agmina. Iuxta, filius huic, Lausus, quo pulchrior non fuit alter, corpore Laurentis Turni <650> excepto; Lausus, domitor equum debellatorque ferarum, ducit mille viros, nequiquam ex urbe Agyllina secutos, [Lausus] qui, dignus, esset laetior [sub] patriis imperiis et cui pater esset haud Mezentius. Post hos, pulcher Aventinus, satus [e] pulchro Hercule, ostentat per gramina currum, insignem palma, atque victores equos, atque [in] clipeo gerit paternum insigne, centum anguis atque Hydram [his] serpentibus cinctam; quem, furtivum [in] partu, sacerdos Rhea edidit [in] silva collis Aventini sub oras <660> luminis,

extincto = mortuo

dolo, -onis = culter, -tri

tereti mucrone = rotundo gladio
torquens = indutus, gerens

indutus ... = gerens dentes leonis ut
galeam

subibat = intrabat

innexus < innecto

umeros: acc. respectus

fratres: Catillus atque Coras
(re)linquunt / dictam = vocatam

feruntur = progrediuntur (dep.)

nubigena, -ae = in nubibus natus

dat locum = cedit

nec defuit = et aderat

omnis aetas = homines cuiusque
aetatis

agrestis legio = legio agricolarum
quique viri = et viri qui
quique = et (ei) qui

pascis = alis

non illis ... = illi habent neque arma
neque currus
spargit = iactat

mulier mixta [cum] deo, postquam Tiryntius victor, Gerione extincto, attigit Laurentia arva atque lavit Hiberas boves in Tyrrheno flumine. Gerunt pila [in] manu saevosque dolones in bella, et pugnant tereti mucrone veruque Sabello. Ipse pedes, torquens immane tegimen leonis, impexum terribili saeta, indutus capiti cum albis dentibus, sic subibat [in] regia tecta, horridus atque innexus umeros Herculeo amictu.

Tum gemini fratres linquunt <670> Tiburtia moenia, gentem dictam cognomine fratris Tiburti, Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus, et feruntur ante primam aciem inter densa tela: ceu cum duo nubigenae centauri ab alto vertice montis descendunt rapido cursu linquentes Homolen Othrymque nivalem; ingens silva dat locum [eis] euntibus et virgulta cedunt magno fragore. Nec defuit fundator Praenestinae urbis, Caeculus, quem omnis aetas <680> creditit genitum [esse] regem [e] Volcano inter agrestia pecora inventumque [esse] [in] focus. Agrestis legio late comitatur hunc: quique viri [colunt] altum Praeneste quique colunt arva Gabinae lunonis gelidumque Anienem et Hernica saxa, rivis roscida, [et ei] quos pascis [tu], dives Anagnia, [et ei] quos [pascis tu], Amasene pater. Non illis omnibus arma nec clipei currusve sonant; maxima pars spargit glandes liventis plumbi,

gestat = gerit

instituerunt / nuda vestigia pedis =
vestigia nudi pedis
pero, -onis = calceum / equorum

quem ... = quem nemo poterat
necare

in arma resides (< reses, -idis) =
desuetos armis

desuetus ↔ assuetus / retractat =
iterum capit

aequati numero = aequali ordine

e pasto = e cibo

pulsa est = resonat
nec quisquam = et nemo
examine = multitudine
misceri = fieri
urgeri = impelli, incitari

magni agminis instar = similis magno
agmini / diffunditur = expanditur

omnis manus = totus exercitus

horrentes rupes = horrentes saxeos
montes

qui bibunt Tiberim = qui iuxta
Tiberim habitant

pars gestat bina spicula [in] manu, atque habent fulvos galeros de pelle lupi [ut] tegmen capiti; instituere nuda vestigia sinistri pedis, crudus pero <690> tegit altera [vestigia]. At Messapus, domitor equum, Neptunia proles, quem fas [est] cuiquam neque igni nec ferro sternere, subito vocat populos, iam pridem in arma resides, atque agmina, bello desueta, atque retractat ferrum. Hi [habent] Fescenninas acies Aequosque Faliscos, hi habent arces Soractis Flaviniaque arva et lacum Cimini cum monte lucosque Capenos. Ibant aequati numero regemque canebant: ceu cum quondam nivei cycni inter liquida nubila sese referunt e pastu et per longa colla dant canoros <700> modos, amnis sonat et Asia palus longe pulsa [est]. Nec quisquam putet [e] tanto examine aeratas acies misceri, sed aeriam nubem raucarum volucrum urgeri ab alto gurgite ad litora.

Ecce Clausus, de prisco sanguine Sabinorum, agens magnum agmen, atque ipse magni agminis instar, a quo nunc diffunditur per Latium et tribus et gens Claudia, postquam Roma data [est] Sabinis in partem. Una [cum eo] [veniunt] ingens Amiterna cohors priscique Quirites, <710> omnis manus Ereti oliviferaeque Mutuscae; qui [colunt] urbem Nomentum, qui [colunt] Rosea rura Velini, qui colunt horrentis rupes Tetricae montemque Severum Casperiamque Forulosque et flumen Himellae, qui bibunt Tiberim Fabarimque,

classes = copiae	[ei] quos frigida Nursia misit, et Ortinae classes populique Latini,
secans = dividens / quam multi fluctus = quot fluctus (nom. pl.) marmore = mari / conditur = celatur	atque [ei] quos, secans, interluit Allia, infaustum nomen: quam multi fluctus volvuntur [in] Libyco marmore ubi saevus Orion conditur [in]
aristae [frumenti]	hibernis undis, vel cum densae aristae <720> torrentur sole novo aut
Hermus: flumen in Asia arvis = campis	[in] campo Hermi aut [in] flaventibus arvis Lyciae. Scuta sonant atque tellus conterrita [est] pulsu pedum.
	Hinc Agamemnonius Halaesus, hostis nominis Troiani, iungit equos
feroces / vertunt = arant	curru atque rapit Turno mille ferocis populos: [eos] qui vertunt rastris
felicia Baccho = copiosa vini	Massica [arva], felicia Baccho, et quos Aurunci patres de altis collibus
aequora misere = planities miserunt accola = incola pariterque = et quoque	Sidicinaque iuxta aequora misere, quique linqunt Cales atque accola vadosi amnis Volturni, pariterque asper Saticulus atque manus
aptare = vincire	Oscorum. Illis <730> tela sunt aclydes teretes, sed mos est [eis] aptare
lento flagello = flexibili taenia caetra = parvum scutum falcati ... = utuntur falcatis ensibus utcumque comminus pugnant	haec [tela] lento flagello. Caetra tegit laevas [manus], falcati enses [sunt eis] comminus [pugnantibus].
	Nec tu abibis [a] carminibus nostris indictus, Oebale, quem Telon
fertur = dicitur	fertur generasse [e] Sebethide nympha, cum teneret regna Capreas
Teleboum: genit. pl. / et = quoque	Teleboum, iam senior; sed filius, non contentus patriis arvis, et iam
premebat sub dicione = habebat subiectos / aequora = planities	tum late premebat [sub] dicione Sarrastis populos et aequora quae
despectant = spectant desuper	Sarnus rigat, atque [eos] qui tenent Ruffras Batulumque atque arva
ritu = modo	Celemnae, et [eos] quos moenia maliferae Abellae <740> despectant, soliti torquere cateias Teutonico ritu;

quis = quibus / tegmina capitum =
galeae / raptus = captus
miserunt

fama: ablat.

adsueta duris glaebis = adsueta
colere duros campos

convectare = ferre / recentes
rpto = e rebus quas rapiunt
comptus = ornatus

missu < missus, -us
missu Archippi regis = missus ab
Archippo rege

levabat = sanabat / morsus: acc. pl.

evaluit medicari = potuit sanare
cuspidis = iaculi
cantus: nom. pl. / quaesitae =
collectae / iuverunt
in vulnera = ad vulnera sananda

lacus: nom. pl.

fleverunt / et = quoque / bello = ad
bellum
eductum = altum (< alo, -ere), edu-
catum
namque = nam

ferunt fama = dicunt / Hippolytum
venisse / occiderit = mortuus fuerit
arte = dolo / distractus = in varias
partes tractus
sub = ad

quis tegmina capitum [est] cortex de subere raptus, aerataeque
peltae micant, aereus ensis micat. Et montosae Nersae misere te in
proelia, Ufens, insignem fama et felicibus armis, cui praecipue [paret]
Aequicula gens, horrida adsuetaque multo venatu nemorum [et]
duris glaebis. Exercent terram armati, semperque iuvat [eos]
convectare recentis praedas et vivere rpto. Quin, et venit de
Marruvia gente sacerdos, <750> comptus super galeam fronde et felici
oliva, missu Archippi regis, fortissimus Umbro, qui solebat cantuque
manuque spargere somnos vipereo generi et hydrys graviter
spirantibus, mulcebatque iras et levabat morsus [harum ferarum]
[sua] arte. Sed non evaluit medicari ictum Dardaniae cuspidis neque
somniaferi cantus et herbae [in] Marsis montibus quaesitae iuvere
eum in vulnera.

Nemus Angitia [flevit] te, Fucinus vitrea unda [flevit] te, liquidi lacus
<760> flevete te. Ibat et pulcherrima proles Hippolyti bello, Virbius,
quem insignem mater Aricia misit, eductum [in] lucis Egeriae circum
umentia litora, ubi [est] pinguis et placabilis ara Dianae. Namque
ferunt fama Hippolytum, postquam occiderit arte novercae atque,
distractus turbatis equis, explerit patrias poenas [suo] sanguine,
venisse rursus ad aetheria sidera et sub superas auras caeli,
revocatum Paeoniis herbis et amore Dianae.

ad lumina vitae = ad vivos

repertorem ... = qui tales medicinas
et artes invenit
recondit = occultat / secretis < se-
cerno / relegat = dat
ignobilis = sine fama

verso = mutato
unde = ex illo tempore

quod = quia / effuderunt

ardentes
aequore campi = per campum

vertitur = progreditur (dep.)

supra est = eminent / vertice = capite
triplici crinita iuba: ablat.
ignes

pugnae: nom. pl.

insignibat = ornat (quia caelata in
clipeo erat)
obsita saetis = villo tecta

urna = cubo aquae

nimbus = caterva
totis campis = per totos campos
manus: nom. pl.

Tum pater omnipotens, indignatus aliquem mortalem ab infernis
umbris <770> surgere ad lumina vitae, ipse detrusit fulmine
Phoebigenam repertorem talis medicinae et artis ad undas Stygias. At
alma Trivia recondit Hippolytum [in] secretis sedibus et relegat [eum]
nymphae Egeriae nemorique, ubi solus in Italis silvis, ignobilis,
exigeret aevum atque ubi, nomine verso, esset Virbius. Unde etiam
cornipedes equi arcentur [a] templo Triviae atque [a] sacratis lucis,
quod, pavidi monstris marinis, <780> effudere currum et iuvenem [in]
litore. Filius exercebat ardentis equos haud setius aequore campi
atque ruebat in bella curru.

Ipse Turnus inter primos vertitur praestanti corpore, tenens arma, et
supra est [suo] toto vertice. Cui alta galea triplici crinita iuba sustinet
Chimaeram, efflantem Aetnaeos ignis [e] faucibus; tam magis illa
[apparet] fremens et effera tristibus flammis quam magis pugnae
crudescunt effuso sanguine. At Io insignibat levem clipeum auro,
sublatis cornibus, iam obsita saetis, iam bos, <790> ingens
argumentum, et Argus, custos virginis, atque pater Inachus, fundens
amnem [e] caelata urna.

Nimbus peditum insequitur clipeataque agmina densentur totis
campis: Argivaque pubes Auruncaeque manus, Rutuli veteresque
Sicani,

picti scuta = qui picta scuta habent
saltus: acc. pl.
exercent = arant / colles

quis (= quibus) arvis = arva quibus

qua = illic

valles / conditur = celat se

florentes / adsuetus + dat.
femineas manus (acc. pl.): acc. res-
pectus / colo, calathis: dat.

praevertere = superare
cursu pedum = currens

ferret iter = iret

celeris / aequore = aqua

prospectat = spectat

inhians = mirans / ut = quo modo
(exclamat.) / regius honos = re-
gium velum / leves

cuspidem = cuspidem iaculi

et Sacrae acies et Labici, picti scuta; qui arant tuos saltus, Tiberine,
sacrumque litus Numici atque exercent Rutulos collis Circaeumque
iugum vomere, quis arvis praesidet Anxurus Iuppiter et Feronia,
gaudens viridi luco. <800> Qua iacet atra palus Saturae gelidusque
Ufens quaerit iter per imas vallis atque conditur in mare.

Super hos advenit Camilla, de Volsca gente, agens agmen equitum et
catervas florentis aere, bellatrix, illa non adsueta femineas manus
colo calathisve Minervae, sed virgo [adsueta] pati dura proelia atque
praevertere ventos cursu pedum. Illa vel volaret per summa gramina
intactae segestis nec laessisset [suo] cursu teneras aristas, vel per
medium mare, suspensa [super] tumentis <810> fluctu, ferret iter nec
tingeret celeris plantas aequore. Omnis iuventus, effusa [e] tectis
agrisque, turbaque matrum miratur illam et prospectat [eam]
euntem, inhians attonitis animis ut regius honos ostro velet levis
umeros, ut fibula internectat crinem auro, ut ipsa gerat Lyciam
pharetram et pastorem myrtum [cum] praefixa cuspidem.

LIBER VIII

<p>concussit = hortatus est / acres impulit arma = impulit viros ad arma</p>	<p>Ut Turnus extulit ab arce Laurenti signum belli et cornua strepuerunt raucō cantu, utque concussit acris equos utque impulit arma, extemplo animi turbati [sunt], simul omne Latium trepido tumultu</p>
<p>coniurat [pugnare] / effera =ferox deorum</p>	<p>coniurat atque iuventus saevit effera. Primi ductores Messapus et Ufens contemptorque deum Mezencius undique cogunt auxilia et</p>
<p>vastant = vacuant, vacuefaciunt</p>	<p>vastant latos agros [a] cultoribus. Et mittitur Venulus ad urbem magni</p>
<p>edoceat = dicat, monstret</p>	<p>Diomedis qui petat auxilium et edoceat Teucros <10> consistere [in]</p>
<p>Penates</p>	<p>Latio, Aenean advectum [esse] classi atque inferre victos Penatis et</p>
<p>se = Aenean / posci: pass. infinit.</p>	<p>dicere se posci [a] fatis [ut] regem, multasque gentes adiungere se</p>
<p>nomen: nomen Aeneae increbrescere = crescere, fortior fieri struat = desideret / coeptis = propositis sequatur (dep.) = faveat / ipsi = Diomedei</p>	<p>viro Dardanio et nomen late increbrescere [in] Latio. Quid struat [Aeneas] his coeptis, quem eventum pugnae cupiat, si fortuna sequatur, apparere manifestius ipsi quam regi Turno aut regi Latino.</p>
<p>quae = haec</p>	<p>Talia [fiunt] per Latium. Quae cuncta videns Laomedontius heros</p>
<p>aestu = motu / dividit celerem animum = celeriter dividit animum partes</p>	<p>fluctuat magno aestu curarum, atque dividit celerem animum nunc huc nunc illuc <20> atque in partis varias rapit [eum] perque omnia</p>
<p>aenis labris = aeno receptaculo repercussum = reflexum (< reflecto)</p>	<p>versat, sicut ubi tremulum lumen aquae [in] aenis labris, repercussum sole aut imagine radiantis lunae, pervolitat late [per] omnia loca,</p>
<p>ferit = tangit</p>	<p>iamque erigitur sub auras atque ferit laquearia summi tecti.</p>

omnes	Nox erat et per omnis terras altus sopor habebat fessa animalia,
genus ... : appositio ad "animalia"	genus alituum pecudumque, cum pater Aeneas, in ripa atque sub axe
pectora: acc. respectus procubuit = cubitum ivit per membra = membris (dat.)	gelidi aetheris, turbatus pectora tristi bello, procubuit atque dedit seram quietem <30> per membra. Huic visus [est] ipse deus loci,
amoeno fluvio: ablat. descriptionis	Tiberinus amoeno fluvio, senior attollere se inter populeas frondes
carbasus: genus vestis	(tenuis carbasus glauco amictu velabat eum, et umbrosa harundo
crines / demere = amovere sate = nate deorum / revehis = servas	tegebat crinis), tum sic adfari et demere curas his dictis: "O sate [e] gente deum, qui ex hostibus revehis Troianam urbem atque servas
Pergama: plur. pro sing.	aeterna Pergama nobis, [o tu] expectate [in] solo Laurenti arvisque
ne absiste = noli absistere	Latinis, hic tibi [erit] certa domus, [hic tibi erunt] certi Penates, ne
minis < mina, -ae / deorum	absiste, neu terrere minis belli; omnis tumor et irae <40> deum
concesserunt = evanuerunt iamque = et nunc / haec vana = has imagines vanas / enixa ... = quae peperit triginta fetus (acc. pl.)	concessere. Iamque, ne putes somnum fingere haec vana, tibi iacebit, sub litoreis ilicibus inventa, ingens alba sus enixa fetus triginta capitum, recubans [in] solo, [atque] albi nati [iacebunt] circum ubera.
requies = finis / [locus] ex quo	Hic erit locus urbis, ea [erit] certa requies laborum, ex quo Ascanius,
ter denis = XXX / haud incerta cano = quod cano verum est advertite animum = attente audi qua ratione = quo modo expedias = exeas = exire possis instat = minatur (dep.) tibi profectum a Pallante = quod originem habet e Pallante delegerunt / posuerunt	ter denis annis redeuntibus, condet Albam clari cognominis. Haud incerta cano. Nunc advertite [animum], paucis [verbis] docebo <50> qua ratione expedias victor [ex hoc] quod instat. Arcades, genus profectum a Pallante, qui [ut] comites [secuti sunt] regem Evandrum, qui secuti [sunt] signa [eius], [in] his oris delegere locum et posuere urbem in montibus, Pallanteum, de nomine proavi Pallantis.

adsidue = saepe / ducunt = gerunt
adhibe = accipe

ripis = inter ripas / subvectus = ab
inferiore loco pulsus / adversum
amnem: Aeneas navigabit sursum
rite = ut ritus iubet

persolves = dabis

stringentem = amplectentem
pinguia culta = fertiles campos

caput: origo fluminis, prima fons
celsis = altis

condidit = occultavit

orientia lumina solis = lumen
orientis solis
undam = aquam

tales / aethera: Graecus acc.

amnibus (dat.) = amnium

eum = me

lacus: nom. pl. / incommoda = diffi-
cultates
celebrabere = celebraberis

Hesperidum: genit. pl.

tantum = solum / firmes ... = mons-
tres te deum propius

legit = eligit / biremes

remigio = remis

Hi adsidue ducunt bellum cum gente Latina; adhibe hos [in tuis] castris [ut] socios et iunge foedera [cum eis]. Ego ipse ducam te [meis] ripis et recto flumine, ut subvectus superes adversum amnem remis. Age, surge, nate [e] dea, primisque cadentibus astris fer rite preces lunoni, atque supera iram minasque <60> [deae] supplicibus votis. Victor, persolves honorem mihi. Ego sum quem cernis pleno flumine stringentem ripas et secantem pinguia culta, caeruleus Thybris, amnis gratissimus caelo. Hic mihi [est] magna domus, [meum] caput exit [e] celsis urbibus."

Dixit; deinde fluvius condidit se [in] alto lacu, petens ima. Nox somnusque reliquit Aenean; surgit et spectans orientia lumina aetherii solis sustinet rite undam de flumine [in] cavis palmis ac effundit talis voces <70> ad aethera: "Nymphae, Laurentes Nymphae, unde est genus amnibus, tuque, genitor Thybri cum tuo sancto flumine, accipite Aenean et tandem arcete [eum] [a] periclis. [In] quocumque fonte lacus tenent te, miserantem incommoda nostra, [e] quocumque solo exis pulcherrimus, semper celebrabere honore meo, semper donis [meis], corniger fluvius regnator Hesperidum aquarum. O, tantum adsis et firmes tua numina propius."

Sic memorat, atque de classe legit geminas biremis atque aptat [eas] remigio; simul instruit socios armis. <80>

monstrum = prodigium
 concolor ... = eundem album colorem habens ac fetus (nom. pl.)
 conspicitur = apparet / (nunc poeta deae lunoni loquitur)
 sistit = ponit / mactat = sacrificat
 leniit = placavit / refruens = sursum fluens
 substitit = mansit
 aequor aquis = flumen, aqua
 ut ... = ut facile esset remigare
 uncta abies: naves
 insuetus ↔ assuetus
 virorum / olli = illi
 flexus: acc. pl.
 secant virides ... : flumen habet silvas in utroque latere
 conscenderat ... = fecerat medium iter diei
 rara = pauca
 potentia = potestas, vis / inopes = pauperes
 ocus = cito, celeriter
 divis = deis
 Pallas = nominat. / una: adverbium
 pauper = parvus
 viderunt
 adlabi = venire, appropinquare

Ecce autem, subitum monstrum atque mirabile oculis [apparuit]: candida sus, concolor cum albo fetu, procubuit per silvam atque conspicitur in viridi litore; quam pius Aeneas enim tibi, maxima luno, ferens [ut] sacra ad aram, cum grege sistit et mactat. Ea nocte, quam longa est, Thybris leniit tumentem fluvium, et, refruens, ita unda substitit tacita, ut aequor aquis sterneret in morem mitis stagni placidaeque paludis, ut luctamen abesset remo. Ergo celerant inceptum iter secundo <90> rumore; uncta abies labitur [in] vadis et undae mirantur, nemus miratur, longe insuetum [videre] fulgentia scuta virum atque pictas carinas innare [in] fluvio. Olli fatigant noctemque diemque remigio et superant longos flexus, atque teguntur variis arboribus atque secant viridis silvas placido aequore. Igneus sol conscenderat medium orbem caeli, cum procul vident muros arcemque ac rara tecta domorum, quae nunc Romana potentia aequavit caelo; tum Evandrus habebat <100> [ea], res inopes. Ocius advertunt proras atque propinquant urbi. Forte illo die rex Arcas ferebat honorem solemnem magno Amphitryoniadae divisque in luco ante urbem. Filius Pallas una, omnes primi iuvenum pauperque senatus una huic dabant tura, tepidusque cruor fumabat ad aras. Ut videre celsas rates atque [videre rates] adlabi inter opacum nemus

incumbere remis = fortiter remigare	et [videre eos] tacitos incumbere remis, terrentur subito visu atque, cunctis mensis relictis, consurgunt. Quos audax Pallas <110> vetat
rumpere sacra = interrumpere sacrificia / obuius = ad pervenientes subegit = coegit	rumpere sacra atque, telo raptio, ipse volat obuius, et procul e tumulo "Iuvenes, quae causa subegit [vos] temptare ignotas vias? Quo tenditis?" inquit. "Qui [estis] genus? Unde domo? Fertisne huc pacem an arma?"
genus: acc. respectus unde domo? = unde venitis et a qua domo?	
praetendit = monstrat ante se	Tum pater Aeneas sic fatur ab alta puppi atque manu praetendit ramum paciferae olivae: "Vides Troiugenas ac tela inimica Latinis, quos illi egere profugos superbo bello. Petimus Evandrum. Ferte haec et dicite [ei] lectos duces Dardaniae venisse rogantis <120> socia arma." Pallas obstipuit, percussus tanto nomine: "Egredere, o quicumque es" ait "atque coram adloquere [meum] parentem ac succede nostris Penatibus [ut] hospes." Excepitque [eum] manu atque amplexus inhaesit dextram; progressi, subeunt luco atque relinquunt fluvium.
egerunt profugos = persecuti sunt rogantes	
obstipuit = stupefactus mansit egredere: pass. infinit. adloquere: pass. infinit.	
succede = veni, appropinqua	
inhaesit = iunxit subeunt luco = intrant in lucum	
Graiuenum: genit. pl.	Tum Aeneas adfatur regem amicis dictis: "Optime Graiuenum, cui Fortuna voluit me precari et praetendere ramos vitta comptos, non equidem extimui quod [fores] ductor Danaum et Arcas quodque a stirpe fores coniunctus geminis Atridis; <130> sed mea virtus et sancta oracula divum cognatique patres, tua fama didita terris, coniungere me tibi et egere [me] volentem fatis.
vitta: ablat. sing.	
extimui = timui quod = factum quod	
divum = deorum / terris = per terras coniunxerunt / egerunt fatis = propter fata	

cretus (< cresco) = natus
 perhibent = dicunt, monstrant
 orbes / edidit Electram = habuit
 Electram filiam
 fudit = peperit
 quicquam = aliquo modo
 scindit se = dividit se = venit
 fretus = fidens / pepigi (< pango) =
 paravi
 tui = ad te / obieci me = veni
 insequitur = persequitur
 credunt = putant
 afore (fut. infinit.) = afuturum esse
 < absum / quin: ut
 bello = ad bellum
 spectata = perita
 lumine suo = oculis suis
 ut = quo modo (exclamatio)
 Teucrorum / agnosco te = scio quis
 sis
 memini Priamum invisere
 Salamina: Graecus acc.
 invisere = venire ad
 iuventas = iuventus

Dardanus, primus pater urbis et auctor, cretus [ex] Atlantide Electra,
 ut Grai perhibent, advehitur [ad] Teucros; maximus Atlas, qui sustinet
 aetherios orbis umero, edidit Electram. Vobis Mercurius est pater,
 quem, conceptum [in] gelido vertice Cyllenae, candida Maia fudit; at,
 si quicquam credimus auditis [verbis], Atlas, <140> idem Atlas qui tollit
 sidera caeli, generat Maiam. Sic genus amborum scindit se ab uno
 sanguine. His fretus, non [misi] legatos neque per artem pepigi prima
 temptamenta tui; ipse obieci me, me meumque caput, et [ut] supplex
 veni ad [tua] limina. Eadem gens, [gens] Daunia, quae insequitur te
 crudeli bello, [insequitur quoque me]; credunt, si pellant nos, nihil
 afore quin mittant omnem Hesperiam penitus sub sua iuga et
 teneant mare quod supra quodque infra adluit [eam]. Accipe daque
 fidem. Sunt nobis pectora fortia bello, <150> sunt [nobis] animi et
 iuventus spectata [in] [quibuscumque] rebus."

Dixerat Aeneas. Ille iamdudum lustrabat os oculosque et totum
 corpus loquentis lumine [suo]. Tum sic pauca refert: "Ut accipio te,
 fortissime Teucrum, atque libens agnosco [te]! Ut recordor verba
 parentis et vocem vultumque magni Anchisae! Nam memini Priamum
 Laomedontiaden, Salamina petentem, visentem regna sororis
 Hesioneae, protinus invisere gelidos fines Arcadiae. Tum prima
 iuventas <160> vestibat mihi genas flore,

et = quoque

cunctis = omnibus (ablat. comparationis)

compellare virum = loqui viro

discedens = antequam abiret

frena [equorum]

foedere = propter foedus

crastinus, -a, -um < cras

reddet se terris (dat.) = apparebit in terris

quando = quoniam

annuus, -a, -um = qui quotannis fit

mensis: dat.

sublata: quae nuper, Troianis
pervenientibus, sustulerant
locat = ponit

acerno solio = ad acernum solium

certatim = tamquam si certarent

dona laboratae Cereris = laborata
dona Cereris

Bacchum = vinum Bacchi

vescitur (dep.) tergo = edit tergum
perpetuus = totus

exempta = remota

amor = desiderium

compressus est = repressus est

haec sollemnia = haec sacrificia

quae nunc facimus

ex more = ut fieri solet

mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum Laomedontiaden. Sed Anchises ibat altior cunctis; mens ardebat mihi iuvenali amore compellare virum et coniungere dextram dextrae; accessi et cupidus duxi [eum] sub moenia Phenei. Ille, discedens, dedit mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas chlamydemque auro intertextam, atque bina aurea frena quae nunc meus [filius] Pallas habet. Ergo et dextra quam petitis iuncta est mihi foedere et cum crastina lux primum reddet <170> se terris dimittam [vos] laetos [meo] auxilio atque iuvabo [vos] opibus. Interea, quando venistis huc [ut] amici, celebrate faventes nobiscum haec annua sacra quae nefas [est] differe, et iam nunc adsuescite [vos] mensis sociorum."

Ubi haec dicta [sunt], iubet dapes et sublata pocula reponi atque ipse locat viros [in] gramineo sedili, atque accipit praecipuum Aenean [in] toro et villosi pelle leonis atque invitat [eum] acerno solio. Tum lecti iuvenes atque sacerdos arae certatim ferunt tosta viscera taurorum onerantque [in] canistris <180> dona laboratae Cereris atque ministrant Bacchum. Aeneas, simul et Troiana iuventus, vescitur tergo perpetui bovis et lustralibus extis. Postquam fames exempta [est] et amor edendi compressus [est], rex Evandrus ait: "Non superstio vana atque ignara veterum deorum imposuit nobis haec sollemnia, has dapes ex more,

tanti Numinis = tam magni Numinis	hanc aram tanti Numinis; servati [a] saevis periclis, hospes Troiane,
novamus = condidimus	facimus [hoc] et novamus [hos] meritos honores. Aspice primum
ut = quo modo (exclamatio)	hanc rupem <190> suspensam [e] saxis, ut procul [stant] disiectae
disiectae = ruptae	moles atque stat deserta domus montis et [ut] scopuli traxere
montis = in monte / traxerunt	ingentem ruinam. Hic fuit spelunca, summota [in] vasto recessu,
hic = in hoc loco / summota = occul- ta / recessus = locus secretus (< se- cerno)	inaccessa radiis solis, quam dira facies semihominis Caci tenebat;
tepebat = calida erat / caede = san- guine / ora = capita / virorum	atque humus semper tepebat recenti caede, atque ora virum pendebant, superbis foribus adfixa, pallida tristi tabo.
ferebat ... = ambulabat movens suum magnum corpus	Huic monstro Volcanus erat pater: ille ferebat se magna mole,
ignes / illius: patris / aliquando = quondam / aetas = tempus	vomens atros ignis illius [ex] ore. Et aliquando aetas <200> attulit nobis optantibus auxilium adventumque dei. Nam Alcides, maximus ultor,
nece = morte / aderat = pervenit	superbus nece tergemini Geryonae spoliisque [eius], aderat, atque
ingentes	victor agebat hac ingentis tauros; boves tenebant vallemque amnemque. At effera mens furis Caci, ne quid scelerisve dolive
effera = ferox / (ali)quid sceleris = aliquod scelus	fuisset inausum aut intractatum, avertit a stabulis quattuor tauros praestanti corpore [atque] totidem iuencas superante forma. Atque,
totidem = quoque quattuor	ne qua vestigia forent pedibus rectis, raptor occultabat hos, cauda
(ali)qua pedibus rectis = pedibus ad spelun- cam viam monstrantibus causa: ablat.	tractos in speluncam indiciisque viarum versis, <210> [in] opaco saxo; quaerenti nulla signa ferebant ad speluncam. Interea, cum
saturata = quae iam ederant	Amphitryoniades iam moveret saturata armenta [e] stabulis atque
abitum = discessum	pararet abitum,

discessu = propter discessum
querelis [armentorum]
boum: genit. pl.

custodita = clausa

hic = tunc / furiis = furens

curso = currens / petit ardua = it ad
altas partes montis / aerii = alti
viderunt

ilicet = statim / ocior = celerior

ruptis ... paterna: saxum ianuam
claudens de ferreis catenis a patre
factis pendebat / postes
emuniit = protexit
obex, -icis = obstaculum
aderat = pervenit
ora = oculos

temptat ... = temptat intrare

silex = scopulus / praecisis < praeci-
do
opportuna = idonea / nidis: dat.

(silex inclinabatur ad laevam, et
Alcides pellit eam in contrarium,
ad sinistram, ut eam e solo
removeat)

dissultant = agitantur
refluit = retro fluit
specus = interior specus (genit.)
detecta = sine tecto
patuerunt

boves mugire discessu atque omne nemus impleri querelis et colles
relinqui clamore. Una boum reddidit vocem atque mugit sub vasto
antro et, custodita, fefellit spem Caci.

Hic vero dolor Alcidae exarserat furiis atro felle: manu rapit arma
atque robur nodis gravatum, <220> et curso petit ardua aerii montis.
Tum primum nostri videre Cacam timentem turbatumque oculis;
ilicet fugit ocior Euro atque petit speluncam; timor addidit alas
pedibus. Ut inclusit sese atque, ruptis catenis, deiecit immane saxum
quod pendebat [de] ferro et arte paterna atque emuniit fultos postis
obice, ecce aderat Tiryntius, furens animis, atque, lustrans omnem
accessum, ferebat ora huc et illuc, infrendens dentibus. Fervidus ira,
<230> lustrat ter totum montem Aventini, ter temptat saxea limina
nequiquam, ter fessus resedit [in] valle.

Acuta silex stabat undique [in] praecisis saxis, insurgens [e] dorso
speluncae, altissima visu, opportuna domus nidis dirarum volucrum.
Ut [silex] incumbibat prona [a] iugo ad laevum amnem, [Alcides],
dexter nitens in adversum, concussit hanc et solvit [eam], avulsam
[ex] imis radicibus, [atque] inde repente impulit [eam]; quo impulsu
maximus aether intonat, ripae dissultant atque amnis <240> refluit
exterritus. At specus apparuit, et ingens detecta regia Caci, et
umbrosae cavernae penitus patuere,

(ali)qua vi = propter aliquam vim
 reseret = aperiat, monstret
 deis / super = de superiore loco

cernatur = videatur

premit = impetum facit contra

rudentem insueta = iactans insuetos
 sonus (acc. pl.)

advocat omnia arma = utitur
 omnibus rebus ut armis
 iam ... erat = fugere poterat

involvit = implevit

caeca caligine = caligine quae videre
 impediabat / glomerat = accumu-
 lat

tulit = passus est, sivit

qua = per locum ubi

aestuat = fervet / atra nebula: ablat.

inhaerens = amplectens
 angit = magna vi premit
 siccum sanguine = sine sanguine
 (quia multum premebat)
 abstractae = surreptae

cadaver [Caci]

expleri = satis habere / terribiles
 pectora villosa
 ignes

minores = prognati, posteri
 servaverunt
 auctor = qui servavit diem

non secus ac si terra, penitus dehiscens qua vi, reseret infernas sedes
 et recludat pallida regna, invisae dis, superque immane barathrum
 cernatur [atque] Manes trepidant immisso lumine.

Ergo Alcides, desuper, premit [eum] telis, deprensus repente
 inesperata luce inclusumque [in] cavo saxo atque rudentem insueta,
 atque advocat omnia arma et instat <250> ramis vastisque molaribus.
 Ille autem, neque enim iam ulla fuga periculi super [erat], evomit
 ingentem fumum [e] faucibus, mirabile dictu, involvitque domum
 caeca caligine, eripiens prospectum [ab] oculis, glomeratque sub
 antro fumiferam noctem, tenebris igne commixtis.

Alcides non tulit [hoc] [in] animis atque ipse iecit se praecipiti saltu
 per ignem, qua plurimus fumus agit undam atque ingens specus
 aestuat atra nebula. Hic, complexus Cacum in nodum, corripit [eum],
 vomentem vana incendia in tenebris, et, inhaerens <260> [eum], angit
 elisos oculos et guttur siccum sanguine. Extemplo atra domus, foribus
 revulsis, panditur, abstractaeque boves abiurataeque rapinae
 ostenduntur caelo, atque informe cadaver protrahitur. Corda
 nequeunt expleri tuendo terribilis oculos, vultum atque pectora
 [illius] semiferi, villosa saetis, atque extinctos ignis [in] faucibus. Ex
 illo [die] honos celebratus [est] laetique minores servavere diem,
 primusque auctor [fuit] Potitius,

dicetur = vocabitur

in munere = in occasione

porgite = tendite

populus, -i f.: genus arboris
Herculea umbra: ablat.

sacer ... = cepit sacrum scyphum
dextra manu

ocius = cito

propior + dat.

devexo (dat.) = inclinato

in morem = sic ut mos erat

cantus: acc. pl.

tempora = caput

carmine = canentes

ut = quo modo (exclamatio)

angues / novercae = a noverca
missos

disiecerit = delevit

fatis = propter fata

bimembres = centauros

Cresia prodigia = monstrum Cretae

Lacus: nom. pl. / tremuerunt

et domus Pinaria, custos Herculei sacri, <270> statuit [in] luco hanc aram, quae semper dicetur "Maxima" [a] nobis et quae semper erit maxima. Quare, agite, o iuvenes, in munere tantarum laudum cingite comas fronde et porgite pocula dextris, atque vocate communem deum et date vina volentes."

Dixerat, cum bicolor populus velavitque comas Herculea umbra atque, innexa, pependit foliis, et sacer scyphus implevit dextram. Ocius omnes, laeti, libant in mensam atque precantur divos. Interea Vesper fit propior <280> devexo Olympo, iamque sacerdotes primusque Potitius ibant cincti pellibus in morem, atque ferebant flammis. Instaurant epulas et secundae mensae ferunt grata dona cumulantque aras oneratis lancibus. Tum Salii adsunt ad cantus circum incensa altaria, evincti tempora populeis ramis, hic chorus iuvenum, ille senum, qui carmine ferunt Herculeas laudes et facta: ut prima monstra geminosque anguis novercae eliserit premens manu, ut idem disiecerit bello egregias urbes, <290> Troiamque Oechaliamque, ut pertulerit mille duros labores sub rege Eurystheo fatis iniquae Iunonis. "Tu, invicte, manu [mactas] nubigenas bimembris Hylaeumque Pholumque, tu mactas Cresia prodigia et vastum leonem Nemeae sub rupe; Lacus Stygii tremuere te; ianitor Orci, recubans super semesa ossa [in] cruento antro, [tremuit te];

nec ullae = et nullae

circumstetit = circumdedit
rationis egentem = nescientem quid
faciendum esset
turba: ablat. / addite: vocat. sing.
adi: imperat.

adiciunt = honorant, colunt
specuncam C. = famam specuncae C.

resultant = iterum mittunt receptum
sonitum / exim = exinde = postea
aevo = propter aetatem

faciles oculos = amicos oculos

locis = pulchritudine loci

monimenta = res gestas / virorum

virorum / quis = quibus

norant = sciebant

parcere parto = conservare quod
acceperant / victu < victus, -us m.

exsul = in exsilium missus

altis montibus = per altos montes

nec ullae facies [terruerunt] te, non ipse Typhoeus, arduus tenens
arma, terruit [te]; Lernaeus anguis <300> non circumstetit te, rationis
egentem, turba caput. Salve, vera proles Iovis, addite divi [ut]
decus, secundo pede ad dexteram et [ad] nos et [ad] tua sacra."

Talia celebrant carminibus. Super omnia adiciunt speluncam Caci
atque [eum] ipsum spirantem ignibus. Omne nemus consonat
strepitu collesque resultant. Exim, divinis rebus perfectis, cuncti
referunt se ad urbem. Ibat rex, obsitus aevo, et ingrediens tenebat
Aenean [ut] comitem atque [suum] natum iuxta, atque levabat viam
vario sermone. Aeneas miratur atque fert facilis oculos circum <310>
omnia, capiturque locis et, laetus, exquiratque singula auditque
monimenta priorum virum. Tum rex Evandrus, conditor arcis
Romanae:

"Indigenae Fauni Nymphaeque tenebant haec nemora, gensque
virum nata [e] truncis et [e] duro robore, quis neque mos neque
cultus erat, nec norant iungere tauros aut componere opes aut
parcere parto, sed rami atque asper venatus alebat [eos] victu.
Primus venit Saturnus ab aethereo Olympo, fugiens arma Iovis et
exsul [ab] ademptis <320> regnis. Is composuit genus indocile ac
dispersum altis montibus atque dedit leges [eis], atque maluit [hunc
locum] vocari "Latium,"

latuisset = occultus esset / fuerunt	quoniam latuisset tutus in his oris. Sub illo rege fuere aurea saecula
perhibent = dicunt, narrant aetas, rabies, amor: subiecta verbi "successit" / rabies = ira / amor habendi: avaritia venerunt	quae perhibent: sic regebat populos in placida pace, donec aetas paulatim deterior et decolor et rabies belli et amor habendi successit. Tunc venere Ausonia manus et gentes Sicanae, et Saturnia tellus
posuit = mutavit	saepius posuit [suum] nomen; tum [venerunt] reges asperque
immani corpore: ablat. descriptionis post = postea	Thybris, <330> immani corpore, a quo Itali post diximus fluvium "Thybrim" cognomine: vetus Albula amisit verum nomen. Fortuna
posuerunt / pulsum = expulsum	omnipotens et ineluctabile fatum posuere me, pulsum [e] patria
extrema = extremas partes, extrema loca auctor = hortans eam egerunt = pepulerunt	atque sequentem extrema pelagi, [in] his locis; tremenda monita matris, nymphae Carmentis, et deus Apollo auctor egere [me]."
dehinc = ab hoc loco	Vix ea dicta [sunt], dehinc progressus monstrat [ei] et aram et
priscum = antiquum	portam quam Romani memorant nomine "Carmentalem," priscum
cecinit = canens praedixit	honorem nymphae Carmentis, vatis fatidicae, quae prima cecinit
hinc = postea	futuros <340> magnos Aeneadas et nobile Pallanteum. Hinc monstrat
rettulit = signavit	[ei] ingentem lucum quem acer Romulus rettulit [ut] asylum, et sub
Lupercal erat antrum Panos Lycaei: genit. sing. nec non et = et quoque testatur (dep.) locum = vocat locum ut testem / docet eum = narrat ei	gelida rupe [monstrat] Lupercal, dictum "Panos Lycaei" de Parrhasio
dumus, -i: genus plantae	more. Nec non et monstrat nemus sacri Argileti testaturque locum et
agrestes	docet [eum] letum [sui] hospitis Argi. Hinc ducit [eum] ad Tarpeiam
tremebant = timebant	sedem et Capitolia, nunc aurea, olim horrida silvestribus dumis. Iam tum dira religio loci terrebat pavidos agrestis, iam tum [agrestes] tremebant <350> silvam saxumque.

collem frondose vertice = collem qui habet frondosum verticem	Deus habitat hoc nemus," inquit, "hunc collem frondoso vertice (quis deus, incertum est); Arcades credunt se vidisse ipsum Iovem, cum
aegida: Graecus acc. cieret = vocaret, cumlaret nimbos = nubes / disiectis = deletis	saepe concuteret nigrantem aegida dextra [manu] atque cieret nimbos. Praeterea vides haec duo oppida disiectis muris, reliquias
hanc ... hanc = hanc ... illam	atque monimenta veterum virorum. Ianus pater condidit hanc arcem, Saturnus [condidit] hanc; nomen fuerat huic "Ianiculum," illi
huic [arci] / illi [arci]	"Saturnia."
subibant = appropinquabant	Talibus dictis inter se subibant ad tecta pauperis Evandri, passimque videbant <360> armenta mugire atque [in] Romano foro et [in] lautis
ventum est = venerunt subiit limina = intravit in limina	Carinis. Ut ventum [est] ad sedes, "Victor Alcides" inquit "subiit haec limina, haec regia cepit illum. Aude, hospes, contemnere opes et
veni ... = accipe ut amicos hos qui pauperes sunt fastigia = tecta / tecti = domus (gen.)	finde te quoque dignum deo, atque veni non asper egenis rebus." Dixit, et duxit ingentem Aenean subter fastigia angusti tecti atque
effultum = iacentem	locavit [eum] effultum [in] stratis foliis et pelle Libystidis ursae. Nox
tellurem = terram	ruit et amplectitur tellurem fuscis alis. At Venus, mater <370> haud
minis < mina / Laurentum: genit. pl.	nequiquam exterrita [in] animo atque mota minis Laurentum et duro tumultu, adloquitur Volcanum, atque incipit [dicens] haec [in] aureo
aspirat = infundit	thalamo coniugis et aspirat divinum amorem [suis] dictis:
Pergama: plur. pro sing.	"Dum Argolici reges bello vastabant debita Pergama atque arces casuras inimicis ignibus, non [rogavi] ullum auxilium [eis] miseris,

arma tuae artis = arma a te facta	non rogavi arma tuae artis opisque, nec volui te, carissime coniunx,
incassum = frustra exercere tuos labores = arma facere imperiiis = propter imperia	incassumve exercere tuos labores, quamvis et deberem plurima natis Priami et saepe flevissem durum laborem <380> Aeneae. Nunc imperiis
constitit = manet / eadem = ego ipsa	lovis constitit [in] oris Rutulorum; ergo eadem venio supplex et [ut] genetrix rogo [te], numen mihi sanctum, arma [meo] nato. Filia Nerei,
flectere te / persuadere tibi qui: interrogat. coeant < coeo, -ire / acuant f. = faciunt f. acutum (= parant arma) excidium = exitium	Tithonia coniunx, potuit flectere te, te, lacrimis. Aspice qui populi coeant, quae moenia, clausis portis, acuant ferrum in me atque [in] excidium meorum."
lacertis = brachiis / fovet = hortatur (dep.) accepit = sensit solitam = quam iam noverat	Dixerat, et hinc atque hinc diva niveis lacertis fovet [eum] cunctantem molli amplexu. Ille repente accepit solitam flammam, notusque calor intravit medullas et cucurrit <390> per labefacta ossa, non secus atque cum olim ignea rima, rupta cum corusco tonitru, micans percurrit limbos lumine. Coniunx sensit [hoc], laeta dolis et
secus = alio modo ignea rima = fulmen	conscia [suae] formae.
formae = pulchritudinis	
devinctus < devinctio / quid = cur ex alto: utens praetextibus quo = ad quem locum / fiducia mei = fiducia quam de me sentis fas fuisset nobis = potuissemus	Tum pater, devinctus aeterno amore, fatur: "Quid petis causas ex alto? Quo tibi cessit fiducia mei, diva? Si cura similis fuisset, quoque tum fas fuisset nobis armare Teucros; nec pater omnipotens nec fata
stare = manere / superesse = vivere	vetabant Troiam stare atque Priamum superesse per alios decem annos. Et nunc, si paras bellare atque haec mens tibi est, <400>
bellare = pugnare mens = consilium quidquid curae = quamcumque curam	quidquid curae possum promittere in arte mea, quod potest fieri [e] ferro liquidove electro,

valent = possunt facere
indubitare viribus = dubitare de
viribus

amplexus: acc. pl.
infusus = dispersus, iacens

abactae (< abigo) = progressae

tolerare = agere

colo (ablat.) < colus, -i f. / ignes
addens ... = laborans per totam
noctem / exercet = fatigat
pensum, -i = lana voluta

segnior = lentior / e mollibus stratis
= e molli lecto

iuxta latus = iuxta oram

specus = speclunca, caverna
exesa (< exedo) = consumpta
ictus: nom. pl. / gemitus: acc. pl.

strictura, -ae = candens metallum
Chalibum: genit. pl.

hoc = huc, ad hunc locum

nudus (sing. pro pl.) = nudi
membra: acc. respectus
informatum = non confectum

quantum ignes animaeque valent, absiste indubitare tuis viribus
precando [ad ea obtinenda]."

Locutus ea verba, dedit [ei] optatos amplexus atque infusus [in]
gremio coniugis petivit placidum soporem per membra. Inde ubi
prima quies, iam [in] medio curriculo abactae noctis, expulerat
somnum, cum primum femina, cui impositum [est] tolerare vitam
colo tenuique Minerva, suscitatur cinerem et sopitos ignis, <410> addens
noctem operi, atque exercet famulas ad lumina longo penso ut possit
servare castum cubile coniugis et educere parvos natos: haud secus
nec segnior ignipotens surgit illo tempore e mollibus stratis ad fabrilia
opera.

Iuxta Sicanium latus Aeoliamque Liparen erigitur insula, ardua
fumentibus saxis, subter quam tonant specus et antra Aetnaea, exesa
caminis Cyclopum, validique ictus, auditi, referunt gemitus [ex]
incudibus, atque stricturae Chalybum stridunt [in] cavernis <420> et
ignis anhelat [in] fornacibus: [haec est] domus Volcani, et tellus
[vocatur] "Volcania" nomine. Tunc ignipotens descendit hoc ab alto
caelo. Cyclopes exercebant ferrum in vasto antro, Brontesque
Steropesque et Pyragmon nudus membra. His erat [in] manibus
informatum fulmen, parte iam polita, [eorum fulminum] quae genitor
deicit plurima [e] toto caelo in terras,

imperfecta = non confecta / tres
 torti imbris = imbris quae modo
 obliquo cadit / rutili = rubri / alitis
 (< ales) = alati
 operi (dat.) = opere (ablat.)

instabant = faciebant, parabant

volucres

certatim = tamquam si inter se
 pugnarent / aegida: Graecus acc.
 turbatae = iratae

angues / Gorgona: Graecus acc.
 lumina = oculos / desecto = secato

tollite = educite / auferte = relin-
 quite

nunc ... = nunc oportet nostris viri-
 bus uti (usus < usus, -us)
 praecipitate = vitate

ocius = cito, celeriter / incubuerunt
 (ad laborem)
 vulnificus = qui vulnera producit

informant = formant, faciunt

septenos orbis orbibus: septem
 orbis alium super alium

stridentia: quia ferventia in aquam
 ponuntur
 in numerum = rhythmo

pars manebat imperfecta. Addiderant tris radios torti imbris, tris
 aquosae nubis, tris rutili ignis et [tris] alitis Austri. <430> Nunc
 miscebant operi terrificos fulgores sonitumque metumque, atque
 [miscebant] iras sequacibus flammis. [In] alia parte instabant
 currumque rotasque volucris Marti, quibus ille [excitat] viros, quibus
 excitat urbes; atque certatim polibant horrifera aegida, arma
 turbatae Palladis, squamis serpentum auroque, atque [polibant]
 conexos anguis atque ipsam Gorgona, lumina vertentem, desecto
 collo, in pectore divae.

"Tollite cuncta" inquit "atque auferte coeptos labores, Aetnaei
 Cyclopes, et advertite mentem <440> huc: arma facienda [sunt] acri
 viro. Nunc [est] usus viribus, nunc [est usus] manibus rapidis, nunc
 [est usus] omni magistra arte. Praecipitate moras." Nec plura effatus
 [est], at illi omnes ocius incubuere pariterque sortiti [sunt] laborem.
 Aes fluit [in] rivis, atque metallum auri [fluit], atque vulnificus chalybs
 liquescit [in] vasta fornace. Informant ingentem clipeum, unum
 contra omnia tela Latinorum, atque impediunt septenos orbis
 orbibus. Alii accipiunt redduntque auras [in] ventosis follibus, alii
 tingunt <450> stridentia aera [in] lacu; antrum gemit impositis
 incudibus; illi, inter sese, multa vi tollunt brachia in numerum,
 versantque massam forcipe tenaci.

properat = cito facit

cantus: nom. sing. / suscitant

inducitur = induit / artus: acc. pl.
tunica: ablat.
plantis: dat.

terga = pellem

nec non et = et quoque

gressum erilem = passum domini
secreta (< secerno) loca: cellam non
prope sitam

huic = Evandro

illi = Aeneae / residunt = considunt

fruuntur (dep.) = gaudent

quo sospite: ablat. absol.

pro tanto nomine = quamquam
nostra fama tanta est
amne / circumsonat ... = efficit ut
sua arma sonent circum muros
ingentes / castra opulenta regnis =
exercitum multis regnis compo-
situm / salutem = auxilium
adfers te = pervenis
fatis poscentibus = tamquam si fata
poscerent hoc
incolitur sedes = [homines] incolunt
sedem
insedit = sedem posuit

Dum Lemnius pater properat haec [in] Aeoliis oris, alma lux ex humili
tecto et matutini cantus volucrum sub culmine suscitatur Evandrum.
Consurgit senior atque inducitur artus tunica et circumdat Tyrrhena
vincula plantis pedum. Tum subligat Tegeaeum ensem lateri atque
humeris, retorquens <460> terga pantherae demissa ab laeva [manu].
Nec non et gemini canes custodes ab alto limine praecedunt atque
comitantur gressum erilem. Heros petebat sedem et secreta [loca]
hospitis Aeneae, memor sermonum et promissi muneris. Nec minus
matutinus se agebat Aeneas; Pallas filius ibat [ut] comes huic,
Achates [ut comes] illi. Congressi, iungunt dextras atque residunt [in]
mediis aedibus et tandem fruuntur licito sermone.

Rex prior haec [dicit]: "Maxime ductor Teucrorum, quo sospite
numquam <470> equidem fatebor res Troiae victas [esse], aut regna
[victa esse]: pro tanto nomine, nobis sunt exiguae vires ad auxilium
belli; hinc claudimur Tusco amni, hinc Rutulus premit et circumsonat
morum armis; sed ego paro iungere tibi ingentis populos atque castra
opulenta regnis, salutem quam inopina fors ostendat. Huc adfers te
fatis poscentibus. Haud procul hinc, fundata [super] vetusto saxo,
incolitur sedes urbis Agyllinae, ubi quondam Lydia gens, bello
praeclara, insedit [in] Etruscis <480> iugis. Deinde rex Mezentius
superbo imperio et saevis armis tenuit hanc,

quid = cur / caedes = neces	multos annos florentem. Quid memorem infandas caedes, quid
effera = saeva / capiti [Mezentii]	[memorem] effera facta tyranni? Di reservent [ea] capiti generique
componens = iuxta ponens manus: acc. pl.	ipsius! Quin, etiam iungebat [mortua] corpora [cum] vivis, componens atque manus manibus atque ora oribus, [novum] genus
fluentes	tormenti, et sic, longa morte in misero complexu, necabat [eos]
furentem infanda = furentem crimina quae dici non possunt	fluentis sanie taboque. At tandem cives, fessi, armati circumstant [eum] furentem infanda, ipsumque domumque, <490> obruncant
defendier = defendi (pass. infinit.)	socios, iactant ignem ad fastigia. Ille, elapsus inter caedem, confugere
praesenti Marte: bello iam inci- piente	in agros Rutulorum et defendier armis hospitis Turni. Ergo omnis
ferre signa = signa belli incipiendi dari longaevus = senex	Etruria surrexit iustis furiis; reposcunt regem ad supplicium, praesenti
virorum	Marte. Ego addam te, Aenea, [ut] ductorem his milibus, namque
nulli Italo: dat.	condensae puppes fremunt toto litore atque iubent ferre signa, [sed]
subiungere gentem = praeesse genti externos = adventicios	retinet [eos] longaevus haruspex canens [haec] fata: 'O delecta
resedit = mansit / divum = deorum	iuventus Maeoniae, flos virtusque veterum virum, quos iustus dolor
succedam castris = eam ad castra	fert in hostem <500> et Mezentius accendit merita ira, nulli Italo fas
saeclis = tempore invidet imperium = negat imperium	[est] subiungere tantam gentem: optate externos duces.'
	Tum Etrusca acies resedit [in] hoc campo, exterrita monitis divum.
	Ipsae Tarchon misit ad me oratores atque coronam regni cum sceptro
	mandatque insignia, [ut] succedam castris atque capessam Tyrrhena
	regna. Sed tarda senectus, effeta gelu saecisque, invidet imperium
	mihi, atque vires, serae ad fortia [facta], [invidet].

ni = nisi	Exhortarer natum, ni, mixtus [cum] matre Sabella, <510> traheret hinc
: fatum indulget annis tuis	partem patriae [suae]. Tu, cuius et annis et generi fatum indulget,
Teucrorum	[tu] quem numina poscunt, ingredere, o fortissime ductor Teucrum
Italorum / Pallanta: Graecus acc. spes, solacia: acc. pl.	atque Italum. Praeterea tibi adiungam hunc, Pallanta, spes et solacia
bis centum = ducentos	nostri, [ut] adsuescat sub te magistro tolerare militiam et grave opus
pubis = iuventutis	Martis, cernere tua facta, et miretur te a primis annis. Dabo huic bis
totidem = alios ducentos	centum Arcadas equites, lecta robora pubis, atque Pallas tibi [dabit]
defixi tenebant ora (oculos) = tene- bant oculos defixos	totidem suo nomine."
ni = nisi	Vix fatus erat ea, atque Aeneas Anchisiades et fidus Achates defixi
improviso = repente	tenebant <520> ora, atque putabant multa dura cum suo tristi corde, ni
vibratus = iactus	Cytherea dedisset signum [e] caelo aperto, namque improvise fulgor
clangor = magnus strepitus aethera: Graecus acc. suscipiunt = spectant sursum	ab aethere vibratus venit cum sonitu et repente omnia visa [est]
sudus = sine nubibus	ruere, Tyrrhenus clangor tubae [auditus est] mugire per aethera.
pulsa: pulsa alia contra alia obstipuerunt	Suscipiunt; ingens fragor increpat [eos] iterum atque iterum. Vident
ne quaere = noli quaerere	arma rutilare inter nubem in regione serena caeli, per sudum
creatrix = quae creavit me cecinit = dixit	[caelum], et, pulsa, tonare. Alii obstipuerunt animis, sed Troius heros
auxilio: dat.	<530> agnovit sonitum et promissa divae parentis. Tum memorat:
	"Hospes, ne vero, ne quaere profecto quem casum portenta ferant.
	Ego poscor [ab] Olympo. Diva creatrix cecinit [se] missuram [esse]
	hoc signum si bellum ingrueret atque [se] laturam [esse] per auras
	Volcania arma auxilio.

instant eis = expectant eos	Heu, quanta caedes instant miseris Laurentibus! Quas poenas mihi
virorum	dabis, Turne! Quam multa scuta virum galeasque et fortia corpora
acies = bellum, exercitus (acc. pl.)	volves sub undas, pater Thybri! Poscant acies et rumpant <540>
	foedera."
tollit se = surgit	Ubi dedit haec dicta, tollit se ab alto solio et primum excitat Herculeis
sopitas = durmientes	ignibus sopitas aras, atque laetus adit hesternum larem parvosque
Penates / bidentes de more = ut solent naves	Penatis; mactat lectas bidentis de more, Evandrus pariter [facit], Troiana iuventus pariter [facit]. Post, graditur hinc ad navis atque
praestantes	revisit socios, de numero quorum legit praestantis virtute qui
prona aqua: ablat.	sequantur sese in bella; cetera pars fertur prona aqua atque defluit
secundo amni = secundo amne Ascanio = ad Ascanium	segnis secundo amni, ventura Ascanio [ut] nuntia rerumque patrisque. <550> Equi dantur Teucris petentibus Tyrrhena arva; ducunt
Aeneae: dat. / exsortem = sine sorte electum obit = tegit	Aeneae exsortem [equum] quem fulva pellis leonis, praefulgens aureis unguibus, totum obit. Volat Fama, subito per parvam urbem
ocius = celeriter, cito	vulgata, equites ocius ire ad limina regis Tyrrheni. Matres duplicant
periclo = propter periculum	vota metu, atque timor it propius periclo, et imago Martis iam apparet maior. Tum pater Evandrus, complexus dextram [eius]
haeret = tenet / inexpletus = insatiabilis referat = reddat (< reddo, -ere)	euntis, haeret [eum], inexpletus lacrimans, ac fatur talia: "O, si Iuppiter referat mihi praeteritos annos, <560> qualis eram cum sub ipsa
stravi primam aciem = primum superavi exercitum	Praeneste stravi primam aciem atque, victor, incendi acervos scutorum

tres
terna ... : necesse erat ab eo arma
ter auferre (quia tres loricas
habebat)
omnes / totidem = quoque tres
exiit eum armis = abstulit arma ab
eo

huic finitimo capiti = suo propinquo,
homini qui prope habitat

divum = deorum

patrias preces = preces patris

visurus eum = et eum iterum video

in unum = una cum eo
patior (dep.) durare = admitto ferre
sin = sed si / minaris = paras

abrumperre = relinquere

mea sera voluptas = mea voluptas in
sera aetate
neu nuntius vulneret = et nuntius ne
vulneret / aures

fundebat = dicebat / famuli = servi

in tecta = domum

inde = postea / proceres = duces,
praefecti

conspectus = visus / diligit = amat
ignes
perfusus = submersus

et hac dextra [mea] misi sub Tartara regem Erulum, cui nascenti
Feronia mater dederat tris animas (horrendum dictu): terna arma
movenda [erant], ter sternendus erat leto; cui tunc tamen haec
dextra [mea] abstulit omnis animas et totidem exiit [eum] armis; ego
nunc non divellerer usquam [a] dulci amplexu tuo, nate, neque
Mezencius umquam, insultans [mihi], huic finitimo capiti, dedisset
<570> tot saeva funera ferro [suo], [neque] viduasset urbem [a] tam
multis civibus. At vos, o superi, et tu, Iuppiter, maxime rector divum,
quaeso, miserescite Arcadii regis et audite patrias preces. Si numina
vestra, si fata reservant Pallanta incolumem mihi, si vivo visurus eum
et venturus in unum, oro vitam, patior durare quemvis laborem; sin,
Fortuna, minaris [mihi] aliquem infandum casum, nunc, o nunc liceat
abrumperre crudelem vitam, dum curae ambiguae [sunt], dum spes
futuri <580> incerta [est], dum [in] complexu teneo te, care puer, mea
sola et sera voluptas, neu gravior nuntius vulneret auris [meas]."
Genitor fundebat haec dicta [in] supremo digressu; famuli ferebant
[eum] conlapsum in tecta. Iamque, portis apertis, equitatus adeo
exierat, Aeneas inter primos et fidus Achates, inde alii proceres
Troiae; ipse Pallas in medio agmine, in chlamyde et pictis armis
conspectus, qualis ubi Lucifer, quem Venus diligit ante alios ignis <590>
astrorum, perfusus [in] unda Oceani,

os = caput / resolvit = dissolvit, diluit	extulit sacrum os [e] caelo atque resolvit tenebras. Matres stant
fulgentes / qua = per quem locum meta = finis it = fit	pavidae in muris atque sequuntur oculis pulveream nubem et catervas fulgentis aere. Olli, armati, tendunt per dumos, qua meta
ungula: ablat.	viarum [est] proxima; it clamor et, agmine facto, quadripedante ungula quatit putrem campum sonitu. Est prope gelidum amnem
late sacer = sacratissimus	Caeritis ingens lucus, late sacer religione patrum; undique cavi colles
inclusere = includunt nigra abiete: sing. pro pl. habuerunt / fines	inclusere [eum] et nemus nigra abiete cingunt [eum]. Fama est veteres Pelasgos, <600> qui aliquando primi habuere Latinos finis,
sacravisse lucum atque diem	sacrasse Silvano, deo arborum pecorisque, lucumque diemque.
tuta locis = tuta (nom. pl.) natura (ablat. sing.) locis	Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tenebant castra, tuta locis, atque iam omnis legio poterat videri de celso colle et tendebat in latis arvis.
bello = ad bellum succedunt = appropinquant	Huc pater Aeneas et iuventus lecta bello succedunt, fessique curant et equos et corpora; at Venus, dea candida, aderat, ferens dona inter
reducta = remota	aetherios nimbos, atque ut procul vidit <610> natum in reducta valle,
secretum = procul ab aliis tentum egelido flumine: ablat. agentis ne dubites = noli dubitare	secretum e gelido flumine, ultro obtulit se atque adfata est talibus dictis: "En promissa munera, perfecta arte mei coniugis. Ne mox
poscere in proelia = provocare ad duellum / Laurentes amplexus: acc. pl.	dubites, nate, poscere in proelia aut superbos Laurentis aut acrem Turnum." Dixit, et Cytherea petivit amplexus nati, [atque] posuit
quercus, -us f.	radiantia arma sub adversa quercu.
nequit = non potest expleri = satiare	Ille, laetus donis deae et tanto honore, nequit expleri oculos atque volvitur [eos] per singula,

cristis: ablat. pl.	miraturque interque manus et bracchia versat galeam, cristis
fatiferum = qui fatum (= mortem) mortem fert	terribilem flammisque vomentem, <620> fatiferumque ensem,
sanguineam = quae colorem sanguinis habet	rigentem lorica[m] ex aere [factam], sanguineam, ingentem, qualis cum caerulea nubes inardescit radiis solis longeque refulget; tum
leves / recocto = bis cocto (ut melius fiat)	[miratur] levis ocreas, electro auroque recocto [factas], hastamque et
non enarrabile textum = ornamenta quae difficilia sunt descriptu fecerat = caelaverat / res [gestas]	non enarrabile textum clipei: illic ignipotens, haud ignarus vatum atque [haud] inscius venturi aevi, fecerat res Italas Romanorumque triumphos, illic [fecerat] omne genus futurae stirpis ab Ascanio atque
pugnata ... : bella apparebant in eodem ordine quo facta sunt	pugnata bella in ordine.
fecerat lupam procubuisse = caelaverat lupam procumbentem pendentes / huic: huius	Et fecerat fetam lupam procubuisse in viridi antro <630> Mavortis; geminos pueros ludere, pendentis circum ubera huic, et impavidos lambere matrem; illam, tereti cervice reflexa, mulcere [eos] alternos et fingere corpora lingua. Nec procul hinc addiderat Romam et
reflexa = inclinata alternos: nunc hunc, nunc illum	Sabinas, sine more raptas [e] consessu caveae, magnis circensibus actis, atque [fecerat] subito novum bellum consurgere Romulidis senique Tatio atque severis Curibus. Post, idem reges, certamine
consessus caveae: locus in circo ubi spectatores sedebant	inter se posito, stabant armati ante aram Iovis atque tenentes <640> pateras et, caesa porca, iungebant foedera.
post = postea	
certamine inter se posito = pace facta caesa = mactata	
in diversa = in diversas partes (corpus Metti divisum est) in dictis = fidus tuis dictis	Haud procul inde, citae quadrigae distulerant Mettum in diversa (at tu, Albane, maneres [in] dictis!), atque Tullus raptabat per silvam
vepres, -ium: genus plantae	viscera mendacis viri, et sparsi vepres rorabant sanguine.

nec non = et quoque

aspiceres = poteris aspicere
 similem indignanti = indignantem
 similem minanti = minantem

regens ... culmo: Romulea regia
 horrebat recente culmo
 hic = in hoc loco
 porticibus = per porticos

defensi = protecti / ollis = illis

aurea caesaries = aurei capilli
 lactea = alba idem ac lac

corpora: Graecus acc.

exsultantes / apices = parvos petasos / ancilia = scutos
 mollibus pilentis = decoris curribus

Ditis = Plutonis

scelerum: genit. pl.

secretos = procul ab aliis

ibat = apparebat
 caerulea aequora = caeruleum mare
 cano = albo
 argento = de argento facti
 in orbem = circulos ducentes
 aestum = superficiem maris

Nec non Porsenna iubebat accipere eiectum Tarquinius atque premebat urbem ingenti obsidione; Aeneadae ruebant in ferrum pro libertate. Aspiceres illum similem indignanti similemque minanti, quia Cocles <650> auderet vellere pontem et Cloelia, vinclis ruptis, innaret fluvium. In summo [clipei] stabat Manlius, custos arcis Tarpeiae, pro templo, et tenebat Capitolia celsa, atque recens regia horrebat Romuleo culmo. Atque hic argenteus anser volitans auratis porticibus canebat Gallos adesse in limine; Galli aderant per dumos atque tenebant arcem, defensi tenebris et dono noctis opacae. Ollis [sunt] aurea caesaries atque aurea vestis, lucent virgatis sagulis, tum lactea colla <660> innectuntur auro; quisque coruscant duo Alpina gaesa [in] manu, protecti corpora longis scutis. Hic [Vulcanus] extuderat exsultantis Salios nudosque Lupercos lanigerosque apices et ancilia [e] caelo lapsa; castae matres ducebant sacra per urbem in mollibus pilentis. Procul hinc addit etiam Tartareas sedes, alta ostia Ditis, et poenas scelerum, et te, Catilina, pendentem [a] minaci scopulo atque trementem ora Furiarum, atque [addit] pios, secretos, [et] Catonem <670> dantem iura his.

Inter haec ibat late aurea imago tumidi maris, sed caerulea [aequora] spumabant cano fluctu, et delphines, clari argento, circum verrebant aequora in orbem atque secabant aestum [suis] caudis.

erat: poteras / classes

Leucaten: Graecus acc.
fluctus: acc. pl.
patribus: senatoribus

tempora = caput / patrium sidus =
sidus patris
vertice = capite

navali rostrata corona: ablat. sing.

variis armis = armis multarum
nationum
vires / ultima = longinqua
Bactra: neut. pl.

ruebant / spumabat
reductis remis = remis qui porro et
retro movebantur

pelago = per pelagus / montes

virii instant puppibus = virii faciunt
impetum contra turris (acc. pl.)
turritis: naves Agrippae habebant
turris
sistrum, -i = instrumentum musicum

respicit = retro videt / anguis
(nunc poeta loquitur de bello inter
Romam et Aegyptum) / deorum
tenent tela = pugnant

caelatus [in scuto] ferro

In medio erat cernere aeratas classis, Actia bella, atque videres totum
Leucaten fervere, instructo Marte, atque fluctus effulgere auro. Hinc,
agens Italos in proelia cum patribus populoque, Penatibus et magnis
dis, stans [in] celsa puppi, [videtur] Caesar Augustus, cui laeta
tempora vomunt geminas flammis <680> patriumque sidus aperitur
[in] vertice. [In] alia parte agens agmen, arduus, ventis et dis
secundis, [videtur] Agrippa, cui tempora fulgent navali rostrata
corona, superbum insigne belli. Hinc Antonius, ope barbarica
variisque armis, victor [veniens] ab Aurorae populis et rubro litore,
vehit secum Aegyptum virisque Orientis et ultima Bactra, sequiturque
(nefas!) Aegyptia coniunx.

Omnes una ruere ac totum aequor <690> spumare, convulsum reductis
remis rostrisque tridentibus. Petunt alta [maria]; credas Cycladas,
revulsas, innare pelago, aut altos montis concurrere montibus: tanta
mole virii [Antonii] instant turritis puppibus. Stuppea flamma
spargitur manu atque volatile ferrum [spargitur] telis; arva Neptunia
rubescent nova caede. Regina in mediis vocat agmina patrio sistro,
necdum etiam respicit a tergo geminos anguis. Atque monstra
omnigenum deum et latrator Anubis tenent tela contra Neptunum et
Venerem contraque Minervam; in medio certamine Mavors, <700>
caelatus ferro, saevit,

scissa (< scindo) palla: ablat. sing.	tristesque Dirae [vadunt] ex aethere et Discordia, gaudens, vadit scissa palla, quam sequitur Bellona cum sanguineo flagello.
intendebat = tendebat / eo terrore = propter eum terrorem	Actius Apollo, cernens haec, desuper intendebat arcum; eo terrore omnis Aegyptus et Indi, omnis Arabs, omnes Sabaei vertebant terga.
regina: Cleopatra, quae proelium reliquit immittere funes = navem solvere	Ipsa regina videbatur, ventis vocatis, vela dare et iam iamque immittere laxos funis. Ignipotens [deus] fecerat illum, pallentem inter caedes futura morte, ferri <710> undis et lapyge; contra, autem,
funes / fecerat = scalpserat	[fecerat] Nilum magno corpore, maerentem pandentemque sinus et tota veste vocantem victos in caeruleum gremium latebrosa
futura morte = propter futuram mortem / sinus: acc. pl. in gremium = in interiorem partem fluminis = in aquam	que flumina. At Caesar, invectus triplici triumpho [ad] Romana moenia, sacrabat
delubra = templa	immortale votum dis Italis, ter centum maxima delubra per totam urbem. Viae fremebant laetitia ludisque plausuque; in omnibus
fremebant = vibrabant laetitia: ablat.	templis [aderat] chorus matrum, [in] omnibus [aderant] arae; ante
caesi = mactati / straverunt (< ster- no, -ere) = operuerunt aptat ea postibus = suspendit ea e postibus	aras caesi iuvenci stravere terram. Ipse, sedens [in] niveo limine candentis Phoebi, <720> recognoscit dona populorum aptatque [ea]
incedunt = procedunt, progrediuntur (dep.)	superbis postibus; victae gentes incidunt longo ordine, quam variae linguis, tam [variae] habitu vestis et armis. Hic Mulciber finxerat
hic = in hac parte scuti / finxerat = caelaverat	genus Nomadum et discinctos Afros, hic Lelegas Carasque
Nomadum: genit. pl.	sagittiferosque Gelonos; Euphrates ibat iam mollior undis, atque
mollior undis = monstrans molliores undas	Morini, extremi hominum,
extremi hominum = homines qui longissime habitant	

indignatus pontem: flumen Araxes
pontem delevit quem Alexander
construxerat

attollens umero: quia clipeum super
umerum ponit

Rhenusque bicornis, indomitique Dahae, et Araxes, indignatus
pontem. Talia [Aeneas] miratur per clipeum Volcani, dona parentis,
rerumque ignarus gaudet <730> imagine, attollens umero famamque et
fata nepotum.

LIBER IX

penitus (adv.) diversa = omnino
remota
forte = casu

quem = Turnum, non Pilumnun

divum = deorum

en = inspice
volvenda dies = progrediens tempus
relicta = relictis
sceptrum = regnum

manum = parvum globum militum
agrestes = agricolae
currus: acc. pl.

rumpe omnes moras = noli expec-
tare
secuit (< seco, -are) = descripsit

duplices / palmas = manus (acc. pl.)

Atque dum ea [in] penitus diversa parte geruntur, Saturnia Iuno misit
de caelo Irim ad audacem Turnum. Tum forte Turnus sedebat [in]
sacrata valle [in] luco parentis Pilumni. Ad quem sic locuta est
Thaumantias roseo ore: "Turne, quod nemo divum auderet
promittere [tibi] optanti, en, volvenda dies attulit [tibi] ultro. Aeneas,
urbe et sociis et classe relicta, petit sceptrum Palatini sedemque
Evandri. Nec satis: penetravit ad extremas urbes <10> Corythi atque
armat manum Lydorum, collectos agrestis. Quid dubitas? Nunc
tempus [est] poscere equos, nunc [tempus est poscere] currus.
Rumpe omnis moras et arripe turbata castra." Dixit, et paribus alis
sustulit se in caelum atque [in] fuga secuit ingentem arcum sub
nubibus. Iuvenis agnovit [eam] atque sustulit duplicis palmas ad
sidera ac secutus est [eam] fugientem tali voce:

decus = honor

tempestas = status caeli

palantes

tanta = tam magna

quisquis vocas = quisquis sis tu qui
vocas

de summo gurgite = de superficie
aquae / hausit = bibit

aethera: Graecus acc.

apertis campis = per apertos campos
pictai vestis: genit. sing.

postrema = ultimam partem
exercitus, novissimum agmen

vertitur = progreditur (dep.)

supra = altissimus inter omnes

vertice = capite

condidit se = celat se, redit

hic = tunc

mole = colle / volvitur = progreditur
(dep.)

date [vobis ipsis] = capite

condunt se = dispertiunt se
omnes portas

praeceperat = iusserat; (ali)qua
neu auderent = nollent audere
credere se campo = exire e castris
ad pugnandum in campo
aggere < agger, -eris

"Iri, decus caeli, quis detulit te, actam [e] nubibus, mihi in terras?

Unde repente [venit] haec tam clara tempestas? Video caelum <20>

discedere medium atque stellas palantis [in] polo. Sequor tanta

omina, quisquis vocas [me] in arma." Et sic effatus processit ad

undam atque de summo gurgite hausit lymphas, orans multa deo,

oneravitque aethera votis.

lamque omnis exercitus ibat apertis campis, dives equum, dives pictai

vestis et auri; Messapus [coercet] primas acies, Tyrrhidae iuvenes

coercent postrema; Turnus [erat] dux [in] medio agmine, vertitur

tenens arma et supra est toto [suo] vertice, ceu altus <30> Ganges

surgens [e] septem sedatis amnibus per tacitum [locum], aut Nilus,

pingui flumine, cum refluit [in] campis et iam condidit se [in] alveo.

Hic Teucri prospiciunt subitam nubem glomerari nigro pulvere ac

tenebras insurgere [in] campis. Caicus primus conclamat ab adversa

mole: "Quis globus, o cives, volvitur atra caligine? Citi, ferte ferrum,

date tela, ascendite muros, hostis adest, heia!"

Teucri condunt se per omnis portas ingenti clamore et complent

moenia, namque ita Aeneas, optimus armis, <40> discedens

praeceperat: si qua fortuna fuisset interea, neu auderent struere

aciem neu [auderent] credere [se] campo; servarent modo castra et

tutos muros aggere.

monstrat ... = hortatur (dep.) ad
proelium
facessunt = faciunt

tardus = lentus

lectis equitum (partit. genit.) =
delectis equitibus
adest urbi = advenit ad urbem
aurea galea: nomin. sing.
rubra crista: ablat. sing.

attorquens = agitans

infert se ... = irrui se ad campum
excipiunt = iaciunt

Teucrorum
dare ... = irruere se ad campum
fovare = servare
huc atque huc = huc et illuc
lustrat muro = currit praeter murum
equo = equitans

insidiar (dep.) tibi = paro insidias
contra te
imbres

in absentes = contra eos quos,
absentes, capere non potest
ex longo = per longum tempus
siccae sanguine = sine sanguine
(= sine cibo)

tueor (dep.) = observo / qua ratione
= quo modo
aditus: acc. pl.

in aequum = ad campum [ut
pugnent]

Ergo, etsi pudor iraque monstrat conferre manum, tamen obiciunt portas et facessunt praecepta, atque armati exspectant hostem [in] cavis turribus. Turnus, ut volans, ante praecesserat tardum agmen, comitatus [a] viginti lectis equitum, et improvisus adest urbi, [Turnus] quem Thracius albis maculis equus portat, atque aurea galea rubra <50> crista tegit [eum]. "Ecquis erit, iuvenes, qui mecum primus in hostem [ibit]? En," ait, et attorquens iaculum emittit [id] in auras, principium pugnae, et arduus infert se campo. Socii excipiunt clamorem atque sequuntur horrisono fremitu; mirantur inertia corda Teucrum: [hos] non dare se aequo campo, viros non ferre arma obvia, sed fovare castra. Turbidus, huc atque huc lustrat muro equo atque quaerit aditum per avia [loca].

Ac veluti lupus, insidiatus pleno ovili, cum fremit ad caulas, perpessus ventos et imbris, <60> super media nocte; agni, tuti sub matribus, exercent balatum; ille, asper et improbus ira, saevit in absentis; rabies edendi, collecta ex longo, fatigat [eum], et fauces siccae sanguine [fatigant eum]: haud aliter ignescunt irae Rutulo, muros et castra tuenti; dolor ardet [in] duris ossibus. Qua ratione temptet aditus, et qua via excutiat clausos Teucros atque effundat [eos] [e] vallo in aequum? Invadit classem, quae latebat adiuncta lateri castrorum,

saeptam = tectam, clausam
 poscit incendia = iubet facere incen-
 ovariantes
 implet ... = capit flagrantem pinum

incumbunt = impetum faciunt

accingitur atris facibus = capit atras
 faces / diripuere
 quis deus = qui deus

depulit = excepit

ignes / fides facto = fides facti
 prisca = antiqua

alta loca pelagi = longinqua loca

deorum / fertur = dicitur
 adfata esse Iovem = dixisse Iovi

domito Olympo = postquam
 Olympum domuisti

quo = ad quem / [Iucus] obscurus

acernus = de acere factus
 acer, -eris: genus arboris
 classis: genit. (egeo + genit.)
 angit = opprimit

prosit ortas esse = desidero eis
 prodesse ortas esse

Carinae ... habeant = Vis carinas
 mortali manu factas habere
 Aeneas lustret certus = vis Aenean
 lustrare certum

circum saeptam aggeribus et fluvialibus undis, <70> atque poscit
 ovariantis socios incendia atque, fervidus, implet manum flagranti pinu.

Tum vero incumbunt (praesentia Turni urget [eos]), atque omnis
 pubes accingitur atris facibus. Diripuere focos: fumida taeda fert
 piceum lumen et Volcanus [fert] commixtam favillam ad astra. Quis
 deus, o Musae, avertit [a] Teucris tam saeva incendia? Quis depulit
 tantos ignis [a] ratibus? Dicite: fides facto [est] prisca, sed fama [est]
 perennis. Tempore quo primum Aeneas formabat classem in Phrygia
 Ida <80> et parabat petere alta [loca] pelagi, Berecynthia, ipsa genetrix
 deum, fertur adfata [esse] Iovem his vocibus:

"Nate, da [mihi] petenti quod tua cara parens poscit te, domito
 Olympo. Fuit mihi pinea silva, dilecta per multos annos, lucus in
 summa arce, quo ferebant sacra, obscurus nigranti picea trabibusque
 acernis. Ego laeta dedi has [arbores] iuveni Dardanio, cum egeret
 classis; nunc anxius timor angit [me] sollicitam. Solve metus atque
 sine parentem <90> posse [obtinere] hoc [suis] precibus: ne quassatae
 vincantur cursu ullo neu turbine venti; prosit ortas [esse] in nostris
 montibus." Filius, qui torquet sidera mundi, contra [dixit] huic: "O
 genetrix, quo vocas fata? Aut quid petis istis [navibus]? Carinaene
 mortali manu factae habeant immortale fas atque Aeneas lustret
 certus incerta pericula?"

defunctae < defungor (dep.) = facere quod faciendum sit tenebunt = pervenient ad portus: acc. pl.	Cui deo tanta potestas permissa [est]? Immo, ubi defunctae olim tenebunt finem atque portus Ausonios, quaecumque evaserit [ex] undis atque vexerit Dardanium ducem [ad] Laurentia arva, <100>
eripiam ... = efficiam ut immortales sint [tales] quales	eripiam mortalem formam [ab illis navibus] atque iubebo [eas] esse deas magni aequoris, qualis Nereia Doto et Galatea secant spumantem pontum pectore."
adnuit = iuravit / ratum (< reor) = decretum (< decerno, -ere) torrentes	Dixerat, atque adnuit [se habere] id ratum per flumina fratris Stygii, per ripas torrentis pice atraque voragine, et tremefecit totum
nutus, -us = motus capitis	Olympum [suo] nutu. Ergo, promissa dies aderat et Parcae
compleverant	complerant debita tempora, cum iniuria Turni admonuit Matrem
hic = tunc / offulsit oculis = nituit ante oculos	depellere taedas [a] sacris ratibus. Hic primum nova lux offulsit oculis et ingens <110> nimbus visus [est] transcurrere caelum ab Aurora,
excidit = cadit	Idaeique chori [visi sunt]; tum horrenda vox excidit per auras et
Troum = Troianorum ne trepidate = nolite trepidare naves / neve ... = et nolite armare manus (acc. pl.) / Turno dabitur = Turnus poterit / pinus: acc. pl. solutae = liberatae	complet agmina Troum Rutulorumque: "Teucrici, ne trepidate defendere meas navis neve armate manus; Turno dabitur exurere maria ante quam [exurere] sacras pinus. Vos ite solutae, ite, deae pelagi; genetrix iubet."
continuo = statim quaeque puppes = omnes naves demersis [in aquam]	Et continuo quaeque puppes abrumpunt sua vincula [a] ripis atque modo delphinum, demersis rostris, petunt ima aequora. Hinc, quot
totidem = tot	prius aeratae prorae steterant ad litora, totidem virgineae facies
reddunt se = apparent	reddunt se (mirabile monstrum), <120>

ponto = per pontus / obstipuerunt
 rauca (acc. pl. n.) = modo rauco
 revocat pedem = efficit ut aqua
 retro eat / non cessit Turno = non
 reliquit Turnum
 ultro = sua sponte

solitum auxilium = auxilium quod
 antea eis dabat
 ignes

pars altera rerum: mare
 adempta est = erepta est
 milia Italae gentes = milia Italarum
 gentium
 (ali)qua

tetigerunt / quod ... Ausoniae: hoc
 est quod datum est
 et = quoque

praerepta = rapta

antea / perosos esse = odisse
 penitus = omnino
 quibus = eis
 morae = praesidium, defensio
 parva discrimina leti = parva distan-
 tia a leto (= morte)
 considerare = cadere / ignes

qui = quis / apparat = parat, vult
 trepidantia = trementia

atque feruntur ponto. Rutuli obstipuerunt [in] animis; ipse Messapus, turbatis equis, conterritus [est], et Tiberinus amnis, rauca sonans, cunctatur revocatque pedem ab alto [mari]. At fiducia non cessit audaci Turno; tollit animos ultro [suis] dictis atque increpat [Rutulos] ultro:

"Haec monstra petunt Troianos, Iuppiter ipse his [monstris] eripuit [ab eis] solitum auxilium, [Troiani] non exspectant tela neque Rutulos ignis; ergo maria [sunt] invia Teucris, <130> nec spes ulla fugae [manet]: pars altera rerum adempta est [eis], terra autem in nostris manibus [est], tot milia Italae gentes ferunt arma! Fatalia responsa deorum nil terrent me, si Phryges iactant qua [responsa] prae se; sat datum [est] fatis Venerique, quod Troes tetigere arva fertilis Ausoniae. Et mihi, contra, sunt mea fata: excindere ferro sceleratam gentem, coniuge praerepta; nec iste dolor tangit solos Atridas atque solis Mycenis licet capere arma. Sed satis est periisse semel. Satis fuisset <140> [eos] peccare ante, modo non penitus perosos [esse] omne genus femineum. Quibus haec fiducia medii valli atque morae fossarum, parva discrimina leti, dant animos; at non viderunt moenia Troiae, fabricata manu Neptuni, considerare in ignis? Sed vos, o lecti, qui apparat scindere vallum ferro et invadit mecum trepidantia castra?

opus est mihi + ablat.
[ut eam] in = ut eam contra
protinus = statim

late = ubicumque

condemur = celabimus nos
certum est mihi = habeo in mente
igni = igne / palam luce = interdiu
faxo ferant sibi = faciam ut sciant
in annum d. = per decem annos

quod superest = partem diei quae
restat
procurate = curate

cura datur = commendatur

bis septem = quattuordecim

milite = militibus
iuvenes purpureis cristis
variant = parant

indulgent vino = multum vini bibent
crater, -eris m.
custodia ducit = custodiae ducunt
ludo = ludentes
armis = armati / nec non = et

formidine = propter formidinem
pontes

(ali)quando / dedit [Troianis]

instat = instant

sortita periculum = postquam vigiliae
assignatae sunt sorte
excubat = iacet extra

Mihi non opus est armis Volcani in Teucros, non [opus est mihi] mille carinis. Addant se protinus omnes Etrusci [ut] socios [eorum]. Ne timeant tenebras et inertia furta <150> Palladii, caesis late custodibus arcis, nec condemur in caeca alvo equi: certum est [mihi] circumdare muros igni palam luce. Faxo ferant sibi rem haud esse cum Danais et Pelasga pube, quos Hector distulit in annum decimum. Adeo nunc, quoniam melior pars diei acta [est], quod superest, laeti rebus bene gestis, procurate corpora, viri, et sperate pugnam parari."

Interea cura datur Messapo obsidere portas excubiis vigilum et cingere moenia flammis. <160> Bis septem Rutuli delecti sunt qui servant muros milite, ast centeni iuvenes purpurei cristis atque corusci auro sequuntur illos quemque. Discurrunt variantque vices, fusique per herbam indulgent vino et vertunt aenos crateras. Ignes conlucent, custodia ducit noctem insomnem ludo. Super, e vallo Troes prospectant haec et tenent alta [loca] armis, nec non trepidi formidine explorant portas atque iungunt <170> pontis et propugnacula, [et] gerunt tela. Mnestheus acerque Serestus, quos pater Aeneas, si quando adversa vocarent, dedit esse rectores iuvenum et magistrorum rerum, instat [eos].

Omnis legio, sortita periculum, excubat per muros exercetque vices, quod cuique tuendum est.

venatrix = optimus ad venandum	Nisus Hyrtacides erat custos portae, acerrimus armis, quem venatrix
quo: ablat. comparationis Aeneadum: genit. pl. intonsa ora: acc. pl. prima iuventa: ablat.	Ida miserat [ut] comitem Aeneae, celerem iaculo levibusque sagittis,
statione = vigilia / dine = dei-ne	et, iuxta, comes Euryalus, quo pulchrior alter Aeneadum non fuit
sua dira cupido: subiectum	neque induit Troiana arma, <180> puer signans intonsa ora prima
pugnam = ad pugnam invadere = temptare, conari fiducia rerum = fiducia status (gen.)	iuventa. His amor erat unus pariterque ruebant in bella. Tum quoque
soluti = victi / procubuerunt	tenebant portam communi statione. Nisus ait: "Euryale, dine addunt
late = ubicumque / percipe porro = audi praeterea / dubitem = putem sententia = consilium	hunc ardorem mentibus, an cuique sua dira cupido fit deus? Mens
acciri = vocari ut veniat certa = certos nuntios reperire = invenire	iamdudum agitat mihi aut pugnam aut invadere aliquid magnum, nec
	contenta est placida quiete. Cernis quae fiducia rerum habeat
	Rutulos: rara lumina micant, soluti somno vinoque procubere, loca
	late silent. Percipe porro <190> quid dubitem et quae sententia nunc
	surgat [in meo] animo. Omnes, populus patresque, exposcunt
	Aenean acciri atque viros mitti qui reportent certa. Si promittunt
	quae posco tibi (nam mihi fama facti sat est), videor posse reperire
	sub illo tumulto viam ad muros et moenia Pallantea."
magno ... = magno desiderio gloriae obtinendae fugis = vitas	Euryalus obstipuit, percussus magno amore laudum; simul his [verbis]
summis rebus = ad summas res temptandas erudiit = educavit / sublatum < tollo	adfatur ardentem amicum: "Fugisne igitur, Nise, adiungere me [ut]
labores = bellum taliam gessi = tali modo me gessi	socium summis rebus? Mittam <200> te solum in tanta pericula? Non
	ita genitor Opheltes, adsuetus bellis, erudiit me, sublatum inter
	terrorem Argolicum atque labores Troiae, nec taliam gessi tecum,
	secutus magnanimum Aenean et extrema fata.

animus contemptor lucis = animus
ad mortem libenter paratus
quo = ad quem / emi = potest emi
vita: ablat.
nihil

referat: subiunct. desiderii
ovantem = victorem
(ali)quis
quae multa vides = res quarum
multas vides
in adversum = in ruinam
vita: ablat. comparationis
mandet humo = sepeliat
(ali)qua / inferias = exsequias

neu sim = atque desidero non esse

sola ausa = quae sola ausa est sequi
te huc
nec curat moenia = et recusavit
manere tuta intra moenia

nectis = dicis, paras / inanes

succedunt = substituunt
servant vices = vigiliis curant
omnes

Teucrum: genit. pl.

quis iam ... = quis iret ad Aenean ut
nuntius / adnixi < adnitor

admittier = admitti (pass. infinit.)

fore pretium morae = necesse esse
cito consilium capere

Est hic [mihi], est [mihi] animus contemptor lucis et qui credat istum honorem quo tendis bene emi vita." Nisus ad haec [dicit]: "Equidem de te nil tale verebar, nec fas [esset], non: ita magnus Iuppiter aut quicumque aspicit haec aequis oculis referat me ovantem tibi. Sed si quis [casus] (quae multa vides [in] tali <210> discrimine), si quis casusve deusve rapiat [me] in adversum, velim te superesse, aetas tua dignior [est] vita. Sit qui me, raptum [e] pugna redemptumve pretio, mandet humo, aut, si qua solita Fortuna vetabit [hoc], ferat inferias [mihi] absentem decoretque [me] sepulcro; neu sim miserae matri [tuae] causa tanti doloris, quae persequitur te, puer, sola ausa e multis matribus, nec curat moenia magni Aestae."

Ille autem: "Nequiquam nectis inanis causas, nec iam mea sententia, mutata [e] loco, cedit; <220> acceleremus" ait; simul excitat vigiles. Illi succedunt [eos] servantque vices; statione relicta, ipse graditur [ut] comes Niso atque requirunt regem. Per omnis terras cetera animalia laxabant somno curas et corda, laborum oblita; primi ductores Teucrum, delecta iuventus, habebant consilium de summis rebus regni: quid facerent quisve iam esset nuntius Aeneae. Stant adnixi longis hastis et tenentes scuta [in] medio castrorum et campi. Tum Nisus et una <230> Euryalus alacres orant confestim admittier: [dicunt] rem magnam [esse] atque fore pretium morae.

neve ... = et nolite spernere quae
ferimus propter nostram aetatem
spectentur = iudicentur
ferimus < fero (≠ ferimus < ferio)
conticuerunt
insidiis (dat.) = ad insidias parandas
portae: genit.

fortuna: ablat. (utor + ablat.)

quaesitum (supinum)

euntes / venatu adsiduo = quia
saepe in hoc loco venamur
primam urbem = primas domos
urbis

hic = tunc / numine = potestate

paratis = vultis, desideratis

cum = quoniam / tales

memorans = loquens

rear = existimem

solvi (pass. infinit.) = dari
laudibus = magnis factis
integer aevi = iuvenis

non umquam = numquam
actutum = statim

genitore reducto = si meus genitor
revenit
Penates

Primus Iulus accepit [eos] trepidos ac iussit Nisum dicere. Tum sic [locutus est] Hyrtacides: "Audite aequis mentibus, o Aeneadae, neve spectentur ab annis nostris haec quae ferimus. Rutuli, somno vinoque soluti, conticuere. Ipsi conspeximus locum insidiis qui patet in bivio portae quae [est] proxima ponto. Ignes interrupti [sunt] et ater fumus erigitur ad sidera. Si permittitis [nobis] uti <240> fortuna quaesitum Aenean et Pallantea moenia, mox cernetis [nos] adfore hic cum spoliis, ingenti caede peracta. Nec via fallit nos euntis: venatu adsiduo, vidimus primam urbem sub obscuris vallibus et cognovimus totum amnem."

Hic Aletes, gravis annis atque maturus animi: "Di patrii, sub numine quorum Troia semper est, non tamen paratis delere Teucros omnino, cum tulistis [nobis] talis animos et pectora tam certa iuvenum." Sic memorans tenebat <250>umeros dextrasque amborum et rigabat lacrimis vultum atque ora. "Quae, quae digna praemia, viri, rear posse solvi vobis pro istis laudibus? Primum, di moresque vestri dabunt [vobis] pulcherrima [praemia], tum pius Aeneas atque integer aevi Ascanius, non umquam immemor tanti meriti, actutum reddet cetera."

"Immo ego, cui genitore reducto sola salus [est]," excipit Ascanius
"obtestor vos, Nise, per magnos Penatis

penetralia = templum

in vestris gremiis = in vestris
manibus
conspicuum = visum

Arisba devicta: ablat. absol.

cratera: Graecus acc.

dat = dedit

dicere sortem praedae = praedam
distribuere

rubentes

bis sex = duodecim

sua arma omnibus = quemque sua
arma habentem
quod campi = campum quem

quem ... = qui paene eiusdem
aetatis es ac ego ipse
omnes casus: acc. pl.

seu ... = domi militiaeque

arguerit = accusaverit

dissimilem = indignum
ausis = rebus quas facere audemur
tantum = solum

genetrix = mater

atque larem Assaraci et penetralia canae Vestae: quaecumque fortuna fidesque mihi est, <260> pono [eam] in vestris gremiis. Revocate parentem [meum], reddite [mihi] conspectum [eius]; illo recepto, nihil [erit] triste. Dabo [vobis] bina pocula, perfecta argento atque aspera signis, quae genitor cepit Arisba devicta, et geminos tripodas, [et] duo magna talenta auri, [et] antiquum cratera quem Sidonia Dido dat [mihi]. Si vero contigerit [mihi] victori capere Italiam et dicere sortem praedae, vidisti quo equo, in quibus armis ibat Turnus, aureus; excipiam [e] sorti ipsum illum [equum], clipeum cristasque rubentis; <270> iam [sunt] nunc tua praemia, Nise. Praeterea genitor [meus] dabit [tibi] bis sex lectissima corpora matrum captivosque atque sua arma omnibus; insuper his, [dabit tibi] quod campi ipse rex Latinus habet. Te vero, venerande puer, quem mea aetas insequitur propioribus spatiis, iam accipio toto pectore et complector [ut] comitem in omnis casus. Nulla gloria quaeretur sine te [in] meis rebus: seu geram pacem seu bella, maxima [mea] fides rerum verborumque [erit] tibi."

Contra quem Euryalus talia fatur: <280> "Nulla dies arguerit me [esse] dissimilem tam fortibus ausis; tantum fortuna cadat secunda, haud adversa. Sed super omnia dona oro te unum: est mihi vetusta genetrix de gente Priami,

tenuit = retinuit / excedentem =
cum consilium cepit exeundi
linquo = relinquo

quod = quia

solare (imperat.) < solor, -ari
succurrere: infinit. pro imperat.
omnes casus: accusat. pl.

dederunt / omnes

patriae < patrius, -a, -um (≠ patriae <
patria, -ae)
sponde = posce tibi

nec ... = gratia debita feminae quae
talem filium peperit non erit parva
quicumque casus: nom. pl.

reduci (dat.) < redux, -ucis

generi < genus (≠ generi < gener, -i)
exuit = excipit

habilem = utilem

incedunt = progrediuntur (dep.)

quos euntis = eos euntes

votis = vota deis faciens
nec non et = et quoque
ante annos = tamquam si maior
esset

quam, miseram, Ilia tellus non tenuit excedentem mecum, moenia
regis Acestae non [tenuerunt] [eam]. Ego nunc linquo hanc ignaram
huius pericli, quodcumque [sit], atque insalutatam (testis [est] nox et
tua dextera), quod nequeam perferre lacrimas parentis. At tu, oro,
solare [eam] inopem et succurrere [ei] relictæ. <290> Sine me ferre
hanc spem tui, audentior ibo in omnis casus."

Percussa mente, Dardanidae dedere lacrimas, ante omnis pulcher
lulus, atque imago patriae pietatis strinxit animum. Tum sic effatur:
"Sponde omnia digna tuis ingentibus coeptis, namque ista erit mihi
genetrix atque solum nomen Creusae defuerit, nec parva gratia
manet talem partum. Quicumque casus sequentur factum, iuro per
hoc caput, per quod pater ante solebat <300> [iurare]: [omnia] quae
polliceor tibi reduci, rebusque secundis, haec eadem manebunt
matrique tuae generique." Sic ait inlacrimans; simul [ab] umero exuit
auratum ensem quem Cnosius Lycaon fecerat mira arte atque aptarat
habilem [in] eburna vagina. Mnestheus dat Niso pellem atque exuvias
horrentis leonis; fidus Aletes permutat galeam. Protinus incedunt
armati; quos euntis omnis manus primorum, iuvenumque senumque,
prosequitur votis ad portas. Nec non et pulcher lulus, <310> gerens
animumque curamque virilem ante annos, dabat multa mandata
portanda patri,

aurae ... nubibus: numquam ad
Aenean pervenient

futuri exitio = laturi mortem

currus: acc. pl.

vina = pocula vini

dextra manu: quia gladium dextra
manu capiebant
(ali)qua / nobis = contra nos

custodi, consule: imperat.
dabo h. v. = vastabo hunc locum
ducam ... = aperiam tibi latam viam

premit vocem = tacet

forte = casu / exstructus = iacens

pestem = mortem / tres

iacentes / nactus (< nanciscor): post-
quam invenit

ipsi domino = ab ipso domino

nec non = et quoque

plurima = per multas horas
membra: acc. respectus
aequasset ... nocti = ludisset per
totam noctem (= vigilavisset)

sed aurae discernunt omnia et donant [ea] inrita nubibus.

Egressi, superant fossas atque per umbram noctis petunt castra inimica, futuri tamen exitio multis ante. Vident corpora passim per herbam fusa somno vinoque, currus arrectos [in] litore, viros inter lora rotasque, simul arma iacere, simul vina. Prior Hyrtacides sic locutus [est] ore: "Euryale, audendum [est] dextra [manu]: nunc ipsa res <320> vocat. Hac est iter. Tu, ne qua manus possit attollere se nobis a tergo, custodi et consule longe; ego dabo haec vasta et ducam te lato limine."

Sic memorat atque premit vocem; simul adgreditur ense superbum Rhamnetem, qui forte, altis tapetibus exstructus, proflabat somnum toto pectore, rex idem et gratissimus augur regi Turno, sed non potuit depellere pestem augurio [suo]. Iuxta, premit tris famulos temere inter tela iacentis armigerumque Remi atque aurigam, nactus [eum] sub ipsis <330> equis, atque secat pendentia colla ferro. Tum aufert caput ipsi domino atque relinquit truncum sanguine singultantem; tepefacta terra torique madent atro cruore. Nec non [necat] Lamyrumque Lamumque et iuvenem Serranum, qui, insignis facie, illa nocte luserat plurima, atque iacebat victus membra [a] multo deo [vini]: felix [fuisset], si protinus aequasset illum ludum nocti atque tulisset [eum] in lucem;

ceus = idem ac	ceus impastus leo, turbans per plena ovilia (vesana enim fames suadet
: pecus est mutum propter metum	[ei]) manditque trahitque <340> pecus molle mutumque metu, [atque]
et = quoque	fremittit ore cruento. Nec minor [fuit] caedes Euryali; incensus et ipse,
subitus = impetum facit contra sine n. = nesciebat eos quos necabat ignaros: quia non viderant eum appropinquantem	perfurit ac subito multam plebem in medio sine nomine, Fadumque Herbesumque Rhoetumque Abarimque, ignaros; [subitus] Rhoetum vigilantem et videntem cuncta, sed metuens tegebat se post magnum
cratera: Graecus acc. condidit = affixit multa morte = sanguine operam	cratera. Cui adsurgenti comminus condidit totum ensem in adverso pectore, et recepit [ensem] multa morte. Ille vomit purpuream animam et moriens refert vina mixta cum sanguine; hic, [Euryalus,]
instat furto (dat.) = pergit occulte necans	fervidus, instat <350> furto.
extremum = ultimum	Itaque tendebat ad socios Messapi; ibi videbat extremum ignem
rite = ut solebant / carpere = edere	deficere et equos, religatos rite, carpere gramen, cum Nisus, sensit
se ferri ... = se nimis desiderare caedem absistamus = relinquamus, abeamus	enim [se] ferri nimia caede atque cupidine, breviter talia "Absistamus" ait, "nam lux inimica propinquat; satis poenarum
exhaustum est = sustentum est [ab hostibus] / per hostes virorum (= militum)	exhaustum est, via per hostis facta [est]." Relinquunt multa, solido argento perfecta, armaque craterasque virum atque simul pulchros
Rhamnetis: genit.	tapetas. Euryalus [capit] phaleras Rhamnetis et aurea cingula bullis,
mittit = miserat	dona quae olim <360> ditissimus Caedicus mittit Tiburti Remulo, cum
dat = dederat	iungeret [eum] [in] hospitio absens; ille, moriens, dat [ea] suo nepoti
habere = ut haberet, ut servaret	habere; post mortem, Rutuli potiti [sunt] [eis] [in] bello: rapit haec
neququam: quia moriturus est	atque neququam aptat [haec] fortibus umeris.

habilem = utilem, idoneam excedunt = exeunt capessunt = eunt ad, petunt	Tum induit galeam Messapi, habilem cristisque decoram. Excedunt [e] castris et capessunt tuta [loca]. Interea equites ex urbe Latina
cetera legio = reliqua pars exercitus (gen.)	praemissi ibant, dum cetera legio moratur instructa [in] campis, et ferebant responsa regi Turno, ter centum, omnes scutati, Volcente
magistro = duce / castris = ad castra	magistro. <370> iamque [equites] propinquabant castris atque
subibant = intrabant in / flectentes laevo limite = ad laevam	subibant muros cum procul cernunt hos flectentis laevo limite, et galea, in umbra sublustri noctis, prodidit Euryalum, immemorem
radii: radii lucis lunae	[galeae], atque refulsit adversa radiis.
haud temere = haud nequiquam	Haud temere visum est; Volcens conclamat ab agmine: "State, viri.
in armis = vos qui armati estis	Quae [est] causa viae? Quive estis in armis? Quove tenetis iter?" Illi
tendere = respondere / fidere = dare	tendere nihil contra, sed celerare fugam in silvas et fidere [se] nocti.
nota divortia = vias quas bene noverant coronant ... = claudunt omnes vias custodibus rara semita = parvae partes viae	Equites obiciunt sese ad nota divortia hinc atque hinc, atque coronant <380> omnem aditum custode. Silva fuit late horrida dumis atque nigra ilice, quam densi sentes complerant undique; rara semita
calles	lucebat per occultos callis; tenebrae ramorum onerosaque praeda
timor ... = timor efficit ut erret viam	impediunt Euryalum, atque timor fallit [eum] regione viarum. Nisus
hostes / post = postea	abit, iamque imprudens evaserat hostis atque locos qui post dicti [sunt] "Albani" de nomine Albae (tum rex Latinus habebat [illic] alta
ut = cum	stabula), ut stetit et frustra respexit absentem amicum: "Euryale
qua sequar = per quem locum sequar perplexum = difficile	infelix, [in] qua regione te reliqui? <390> Quave sequar, rursus revolvens omne perplexum iter fallacis silvae?"

legit = ambulat per, sequitur (dep.)	Simul et retro legit vestigia observata atque errat silentibus dumis.
sequentium nec ... = nec longum tempus trans- currit / aures	Audit equos, audit strepitus et signa sequentum; nec longum [fuit] tempus in medio, cum clamor pervenit ad auris ac videt Euryalum,
manus: parvus grex militum	quem iam omnis manus, fraude loci et noctis, subito turbante
plurima conantem = multum se defendere conantem eripere = e periculo servare	tumulto, rapit oppressum et frustra plurima conantem. Quid faciat? Qua vi, quibus armis audeat eripere iuvenem? An inferat sese in
properet = requirat	medios enses <400> moriturus et properet pulchram mortem per vulnera?
adducto lacerto = postquam lacertum retro adduxit	Ocius, adducto lacerto, torquet hastile, suspiciens altam Lunam, et sic precatur voce: "Tu, dea, tu, Latonia, decus astrorum et custos
succurrere: infinit. pro imperativo	nemorum: praesens succurrere nostro labori. Si umquam pater
(ali)qua	Hyrtaeus pro me tulit qua dona tuis aris, si [ego] ipse auxi qua [dona]
sine: imperat. / fastigia = superae partes ianuae rege (imperat.) = duc	meis venatibus suspendive [e] tholo aut fixi ad sacra fastigia, sine me turbare hunc globum et rege [mea] tela per auras." Dixerat, et
conixus = utens	conixus toto corpore conicit ferrum. <410> Hasta volans diverberat
aversi (genit) = qui aversus erat	umbras noctis et venit in tergum Sulmonis aversi ibique frangitur ac,
fisso (< findo) ligno = postquam lignum pectus fidit	fisso ligno, transit praecordia.
ilia: acc. pl. n.	Ille volvitur, frigidus, vomens calidum flumen de pectore, et pulsat ilia
diversi = huc et illuc hoc (ablat.) = propter hoc (acc.)	longis singultibus. Diversi circumspiciunt. Idem, [Nisus,] acrior hoc, ecce: librabat aliud telum a summa aure. Dum [alii] trepidant, hasta
tempus: pars capitis	it, stridens, per utrumque tempus Tago

auctorem teli = illum qui telum
iecerat
persolves = dabis

recluso = ostento

amplius = per longius tempus

adsum qui feci = ego sum qui hoc
fecit et hic adsum

tantum = solum / dilexit = amavit

viribus adactus = fortiter affixus

volvitur leto = moriens cadit

artus: acc. pl.

succisus = sectus
lasso collo: ablat. descriptionis
demiserunt

omnes

quem: Nisum / glomerati = cumulati
comminus ↔ eminus
setius = minus

condidit = affixit

hosti = ab hoste / confossus = per
totum corpus vulneratus

(ali)quid

atque tepefacta haesit [in] traiecto cerebro. Atrox Volcens saevit, nec
conspicit usquam <420> auctorem teli nec quo possit immittere se
ardens. "Tu tamen interea persolves mihi [tuo] calido sanguine
poenas amborum" inquit; simul, ense recluso, ibat in Euryalum. Tum
vero, exterritus, amens, Nisus conclamat nec potuit celare se amplius
[in] tenebris aut perferre tantum dolorem: "Me, me, adsum qui feci,
convertite ferrum in me, o Rutuli! Omnis fraus mea [est], iste nec
ausus [est] nec potuit nihil; testor hoc caelum et conscia sidera;
tantum nimium dilexit infelicem amicum." <430>

Talia dicta dabat, sed ensis, viribus adactus, transadigit costas et
rumpit candida pectora. Euryalus volvitur leto, atque cruor it per
pulchros artus, atque cervix, conlapsa, recumbit in umeros: veluti
cum flos, succisus aratro, moriens languescit, papaverave lasso collo
demisere caput cum gravantur forte pluvia. At Nisus ruit in medios
atque per omnis petit solum Volcentem, moratur in Volcente solo.
Quem hostes, circum glomerati, comminus hinc atque hinc <440>
proturbant. [Nisus] non setius instat ac rotat fulmineum ense,
donec condidit [eum] in adverso ore clamantis Rutuli et, moriens,
abstulit animam hosti. Tum, confossus, proiecit sese super exanimam
amicum ibique demum quievit morte. Fortunati ambo! Si mea
carmina possunt quid,

nulla ... aevo = in aeternum homines
meminerint vestri facti
accolet = habitabit

nulla dies umquam eximet vos memori aevo, dum domus Aeneae
accolet immobile saxum Capitoli atque pater Romanus habebit
imperium.

praeda: ablat. sing.

exanimus = sine anima, mortuum

exsanguis = sine sanguine, mortuo
primis: primis civium / peremptis <
perimo = neco

semineces
recentem ... = nuper umidum tepida
sanguine / spumantes

nitentem = refulgentem

relinquens

infuso = sparso
luce relectis = luce detectis, iterum
visis / cogunt = instruunt

proelia: plur. pro sing.

rumoribus = hortantibus verbis

opposuerunt = contra posuerunt

ingentes / maesti: quia videbant
capita mortuorum amicorum
ora virum = capita virorum

pennata = cum pennis (= cum alis)

Victores Rutuli, potiti <450> praeda spoliisque, flentes ferebant
exanimus Volcentem in castra; nec minor [fuit] luctus in castris,
Rhamneta exsanguis reperto et tot primis una caede peremptis,
Serranoque Numaque. Ingens concursus [fit] ad ipsa corpora
seminecisque viros atque locum recentem tepida caede et rivos
spumantis pleno sanguine. Inter se agnoscunt spolia galeamque
nitentem Messapi et phaleras multo sudore receptas.

Et iam prima Aurora spargebat terras novo lumine, relinquens croceum
cubile <460> Tithoni. Iam sole infuso, iam rebus luce relectis, Turnus
suscitat viros in arma, circumdatus ipse armis; cogunt aeratas acies in
proelia, quisque [dux] [cogit] suos, atque acuunt iras variis
rumoribus. Quin, praefigunt ipsa capita Euryali et Nisi in arrectis
hastis (miserabile visu) et sequuntur [eas] multo clamore. Duri
Aeneadae opposuere aciem in parte sinistra murorum (nam dextera
cingitur amni), atque tenent ingentis fossas et, maesti, stant [in] altis
<470> turribus; simul praefixa ora virum, nimis nota [eis] miseris atque
fluentia atro tabo, movebant [eos]. Interea nuntia Fama, volitans
pennata,

adlabitur (dep.) aures = pervenit ad aures

pensum, -i = lana voluta

scissa < scindo, -ere
cursu = currens
non memor virorum = inscia
hostium
questibus < questus, -us

hunc = talem
senectae = senectutis

adfari te extremum = dicere tibi
ultima verba

produxi = sepelivi

urgebam = cito texebam

aniles / tela: ablat.

artus: acc. pl.

hoc = ad hunc finem

(ali)qua

divum = deorum
miserere: imperat.
quando = quoniam
aliter = alio modo

omnes

torpent = debiles fiunt

ruit per pavidam urbem atque adlabitur auris matris Euryali, at subitus calor reliquit ossa [eius] miserae, radii excussi [sunt] [e] manibus atque pensa revoluta [sunt]. Infelix, evolat et femineo ululatu, scissa comam, amens petit cursu muros atque prima agmina, illa non [memor] virum, illa non memor pericli telorumque; dehinc implet <480> caelum questibus:

"Hunc ego aspicio te, Euryale? Tune ille, sera requies meae senectae, potuisti linquere [me] solam, crudelis? Nec copia data [est] miserae matri adfari te extremum, missum sub tanta pericula? Heu, iaces [in] terra ignota [ut] praeda data Latinis canibus alitibusque! [Ego], [tua] mater, nec produxi te, tua funera, pressive oculos aut lavi vulnera, tegens [te] veste quam, festina, tibi urgebam noctes diesque, et solabar anilis curas tela. Quo sequar? Aut quae tellus habet nunc artus [tuos] avulsaque membra <490> et lacerum funus? Mihi refers hoc de te, nate? Hoc secuta sum [te] terraque marique? Figite me, si qua pietas est, conicite in me omnia tela, o Rutuli, absumite me primam ferro; aut tu, magne pater divum, miserere, atque detrude hoc invisum caput sub Tartara tuo telo, quando nequeo aliter abrumpere crudelem vitam."

Animi concussi [sunt] hoc fletu, atque maestus gemitus it per omnis, [atque] infractae vires torpent ad proelia.

luctus, manus: acc. pl.	Monitu Ilionei et Iuli multum lacrimantis, Idaeus et Actor <500> corripiunt illam, incendentes luctus, interque manus reponunt [eam]
sub tecta = domum	sub tecta. At tuba procul increpuit terribilem sonitum canoro aere, sequitur clamor caelumque remugit. Volsci, testudine facta,
pars (sing.) quaerunt (pl.): constructio ad sensum acies est rara = pauci milites adsunt corona interlucet: corona non multos milites habet, ut lux videatur inter eos	accelerant et parant implere fossas ac vellere vallum; pars quaerunt aditum et ascendere muros scalis qua acies est rara atque corona, non tam spissa viris, interlucet. Contra, Teucrici, adsueta defendere muros [in] longo bello, effundere omne genus telorum ac detrudere
(ali)qua	duris contis. <510> Quoqueolvebant saxa infesto pondere, si qua possent perrumpere tectam aciem, cum tamen ferre omnis casus
cum ... = quamquam hostibus facile erat se defendere sub densa testudine	subter densa testudine iuvat.
sufficiunt = resistere possunt qua = per quem locum	Nec iam sufficiunt, nam qua ingens globus imminet, Teucrici voluntque ruuntque immanem molem quae late stravit Rutulos
resolvit = delet amplius = plus temporis certant pellere = inter se certant ad pellendum	atque resolvit tegmina armorum. Nec amplius curant audaces Rutuli contendere caeco Marte, sed missilibus certant <520> pellere [eos] [a]
ignes / equorum	vallo. [In] alia parte Mezentius, horrendus visu, quassabat Etruscum pinum et infert fumiferos ignis; at Messapus, domitor equum,
rescindit = aperit, rumpit	Neptunia proles, rescindit vallum et poscit scalas in moenia. O Calliope, precor vos, aspirate [mihi] canenti quas strages Turnus tum
vos: poeta loquitur non solum Calliopi sed omnibus Musis ediderit = fecit	ibi ferro ediderit, quae funera, quem virum quisque demiserit Orco,
ingentes oras = ingentem imaginem	et evolvite mecum ingentis oras belli.

Et meministis enim, divae, et potestis memorare.

vasto suspectu: ablat. descriptionis
opportuna loco = in optimo loco sita

summa vi opum = omnibus modis

intorquere = intorquebant

lampada: Graecus acc.
plurima vento = aucta (< augeo)
vento

trepidare = trepidabant
velle = conabantur (dep.)

peste = impetu hostium

pondere = propter pondus

semineces = semimortui
immani mole secuta: ablat. absol.
confixi = transacti
pectora: acc. respectus

sustulerat = curaverat, aluerat

vetitis armis: quamquam interdicitum erat eum ad bellum mittere
levis erat: quia levia arma habebat

hinc atque hinc = hinc atque illinc

saepa: nom. / densa corona: ablat. venantium
morti = ad mortem

hostes / qua = per quem locum

Erat turris vasto suspectu et altis <530> pontibus, opportuna loco, quam omnes Itali certabant expugnare summis viribus atque evertere summa vi opum; Troes, contra, [certabant] defendere [eam] saxis atque, densi, intorquere tela per cavas fenestras. Turnus princeps coniecit ardentem lampada et adfixit flammam lateri, quae, plurima vento, corripuit tabulas et haesit adesis postibus. [Teucris,] turbati, trepidare intus frustra que velle fugam malorum.

Dum glomerant se atque residunt retro in partem quae caret peste, tum turris <540> subito procubuit pondere et omne caelum tonat fragore. Semineces veniunt ad terram, immani mole secuta, confixique [sunt] suis telis et transfossi [sunt] pectora duro ligno. Vix unus Helenor et Lycus elapsi [sunt] [e periculo]. Quorum primaevus Helenor, quem serva Licymnia furtim sustulerat Maeonio regi atque miserat Troiam vetitis armis, levis [erat] nudo ense atque alba parma, inglorius. Isque, ubi vidit se inter media milia [militum] Turni [atque] hinc acies Latinas <550> astare atque hinc [alias] acies, ut fera quae, saepa densa corona venantium, furit contra tela atque inicit sese morti, haud nescia, et fertur supra venabula saltu, haud aliter iuvenis inruit in medios hostis moriturus et, qua videt tela [esse] densissima, [illuc] tendit.

hostes / pedibus = currens
tenet muros = conatur (dep.) ad
muros advenire

sociorum

secutus = persecutus

manus: acc. pl.

cum ... : quoque pars muri, manu
Lyci cadentis capta, cadit
candenti corpore: ablat. descript.

matri (dat.) = a matre

balatus, -us = sonus ab ovibus factus

aggere = terra (ablat.)

ardentes / sternit Lucetium
saxo ... montis = saxo quod ingens
fragmen montis erat
portae subeuntem = ad portam
appropinquantem / ignes

sagitta: ablat.
longe fallente: quae e longinquo
veniens non facile videtur

strinxerat = vulneraverat
proiecto tegmine = relicto scuto

abdita = occulta
spiramenta animae = pulmones
pictus = et pinxerat

acu: ablat.

At Lycus, longe melior pedibus, et inter hostis et inter arma tenet muros [in] fuga, atque certat prendere manu alta tecta atque attingere dextras socium. Quem Turnus, victor, pariter cursu atque secutus [eum] telo, increpat his [verbis]: "Demens, <560> sperastine te posse evadere nostras manus?" Simul arripit ipsum pendentem et revellit [eum] cum magna parte muri. Qualis ubi armiger Iovis, alta petens, sustulit uncis pedibus aut leporem aut cycnum candenti corpore, aut Martius lupus rapuit a stabulis agnum, quaesitum matri multis balatibus.

Clamor tollitur undique: invadunt et complent fossas aggere, alii iactant ardentis taedas ad fastigia. Ilioneus sternit saxo atque ingenti fragmine montis Lucetium, portae subeuntem atque ferentem <570> ignis; Liger [sternit] Emathiona, Asilas [sternit] Corynaeum, hic bonus iaculo, hic [bonus] sagitta longe fallente; Caeneus Ortygium, Turnus victorem Caenea, Turnus Ityn Cloniumque, Dioxippum Promolumque et Sagarim et Idan, stantem pro summis turribus; Capys Privernum; primo, levis hasta Themillae strinxerat hunc; ille, demens, proiecto tegmine, tulit manum ad vulnus; ergo, sagitta adlapsa [est] alis et infixata est alte laevo lateri, atque, abdita intus, rupit <580> spiramenta animae letali vulnere. Filius Arcentis stabat in egregiis armis, pictus chlamydem acu et clarus Hibera ferrugine,

insignis facie = pulcherrimus
eductum = educatum

positis = relictis

adducta habena: ablat.
tempora = caput

ante = antea / fugaces

fudisse = necavisse

Remulo (dat.): congruitur cum "cui,"
quod mirandum est
thalamo ... Turni = sociatus erat
Turno quia tulit in matrimonium
germanam Turni
relatu: supinum
novo regno: quia habebat novum
regnum

praetendere = opponere
conubia nostra = conubia cum
nostris mulieribus

fictor fandi = mendax

venatu = venantes / fatigant silvas:
continuo venantes, non sinunt
silvas requiescere / cornu: arcu

adsueta parvo = adsueta vivere sine
commodis
aevum = vita / teritur = geritur
fatigamus = pulsamus
versa hasta: ablat.

insignis facie, quem genitor Arcens miserat, eductum [in] luco Martis
circum Symaethis flumina, ubi [stat] pinguis et placabilis ara Palici.
Mezentius, hastis positis, ipse ter circum caput egit stridentem
fundam adducta habena et diffidit media tempora [eius] adversi
liquefacto plumbo ac extendit [eum] porrectum [in] multa harena.
Ascanius, ante solitus terrere fugacis feras, dicitur tum primum
intendisse [in] bello celerem sagittam, <590> atque fudisse fortem
Numanum, cui cognomen erat Remulo, atque nuper, thalamo
sociatus, habebat germanam minorem Turni. Is ibat ante primam
aciem, vociferans digna et indigna relatu atque tumidus praecordia
novo regno, et sese ferebat ingentem clamore:

"Non pudet iterum teneri obsidione valloque, bis capti Phryges, et
praetendere muros morti? En, [ei] qui poscunt <600> sibi conubia
nostra bello! Quis deus, quae dementia adegit vos [ad] Italiam?
Atridae non [sunt] hic nec Ulixes, fictor fandi. Genus durum a stirpe,
primum deferimus natos ad flumina atque duramus [eos] saevo gelu
et undis; pueri invigilant venatu atque fatigant silvas, ludus [eorum]
[est] flectere equos et tendere spicula cornu, at iuventus, patiens
operum atque adsueta parvo, aut domat terram rastris aut quatit
oppida bello. Omne aevum [nostrum] teritur ferro, atque fatigamus
terga iuvenum versa hasta,

vires	nec tarda senectus <610> debilitat viris animi mutatque vigorem:
galea: ablat. / recentes	premius canitiem galea, semperque iuvat comportare recentis
vivere raptō = vivere rebus quas rapimus	praedas et vivere raptō. Vobis [est] vestis picta croco et fulgenti
desidiaē cordi = pigritia	murice, desidiaē cordi, iuvat indulgere choreis, et tunicae habent
iuvat = placet / indulgere = interesse	manicas et mitrae [habent] redimicula. O vere Phrygiae, neque enim
tibia dat biforem cantum = biforis	Phryges, ite per alta Dindyma, ubi tibia dat biforem cantum [vobis]
tibia dat cantum	adsuetis; tympana atque Berecynthia buxus Idaeae Matris vocat vos;
buxus, -i f.: genus arboris	sinite arma viris et cedit ferro." <620>
cedite ferro = relinquit gladios	
dictis = verbis	Ascanius non tulit [eum] talia iactantem [in] dictis ac dira canentem,
nervo equino: arcus Ascanii habebat nervum equinum	atque obversus contendit telum nervo equino atque, ducens brachia
ducens diversa = separans / antea	diversa, constitit, ante precatus Iovem per vota [ut] supplex:
adnue coeptis = proba coepta	"Iuppiter omnipotens, adnue [his] audacibus coeptis. Ipse feram tibi
statuam < statuo, -ere	ad tua templa sollemnia dona, et statuam ante aras iuvenum aurata
pariter ... = caput ferentem tam altum quam caput matris	fronte, candentem pariterque caput cum matre ferentem, qui iam
petat cornu = minetur (dep.) cornibus	petat cornu et spargat harenam pedibus."
	Genitor audiit et intonuit de parte serena <630> caeli [ad] laevum
fatifer = qui fatum fert	[latus]. Fatifer arcus sonat una; adducta sagitta effugit, horrendum
una = eodem tempore	stridens, atque venit per caput Remuli et traicit cava tempora ferro:
tempora = caput	"I, include virtutem superbis verbis! Phryges, bis capti, remittunt haec
i: sententia qua brevior nulla esse potest in lingua Latina	responsa Rutulis." Hoc tantum [dixit] Ascanius. Teucris sequuntur
tantum = solum	clamore

laetitia: ablat.

crinitus = qui longos capillos habet
aetheria plaga = caelo

genite, geniture: vocat.

iure = recte, iuste
resident = cessabunt
nec ... : Troia non satis magna est
tibi

spirantes

antiquum = senem

custos ad limina = custos liminis

Ascanio: dat.

omnia: acc. respectus / crines

saeva sonoribus = saevos sonus
sonantia

non invidet ... = non invidet tibi
utenti eisdem armis ac ipse
parce bello = siste pugnans, noli
amplius pugnare
mortales aspectus

agnoverunt / senserunt

(proceres) prohibent
succedunt = eunt
totis muris = per totos muros

atque fremunt laetitia atque tollunt animos ad sidera. Tum forte crinitus Apollo, [in] aetheria plaga, desuper videbat Ausonias acies urbemque, sedens [in] nube, atque adfatur victorem Iulum <640> his [verbis]: "Macte nova virtute, puer, sic itur ad astra, [tu] genite [e] dis et geniture deos! Iure omnia bella fato ventura resident sub gente Assaraci, nec Troia capit te."

Simul effatus haec, mittit se ab alto aethere, dimovet spirantis auras atque petit Ascanium; tum forma oris vertitur in antiquum Buten. Hic ante fuit armiger Dardanio Anchisae fidusque custos ad limina; tum pater addidit [eum] Ascanio [ut] comitem. Apollo ibat similis longaevo omnia, vocemque coloremque <650> et albos crinis et arma saeva sonoribus, atque adfatur ardentem Iulum his dictis: "Sit satis, Aenide, oppetiisse Numanum impune tuis telis. Magnus Apollo concedit tibi hanc primam laudem et non invidet paribus armis; cetera, parce bello, puer." Sic orsus, Apollo reliquit mortalis aspectus [in] medio sermone et evanuit in tenuem auram, procul ex oculis. Dardanidae proceres agnovere deum divinaque tela atque sensere pharetram sonantem <660> [in] fuga. Ergo dictis ac numine Phoebi prohibent Ascanium, avidum pugnae; ipsi rursus succedunt in certamina atque mittunt animas in aperta pericula. Clamor it totis muris per propugnacula,

acres arcus: acc. pl.
sternitur = operitur
flictu: sing. pro pl.

(tam) quam / praecipitant = cadunt
torquet = iacit / hiemem = procellam
cava nubila = cavas nubes

creti = nati, filii / laera: nomen
feminae

recludunt = aperiunt

ultra = sua sponte
invitant ... = hortantur (dep.) hostes
ut intrent in moenia
alta capita: acc. respectus
quercus: nom. pl.

caelo = ad caelum / viderunt
aditus (acc. pl.) patentis

praeceps animi = animosus
dederunt
posuerunt vitam = mortui sunt

conferre manum = pugnare

"nuntius" significat et eum qui
nuntiat et id quod nuntiatur
longius = ulterius

intendunt acris arcus atque torquent armenta. Omne solum sternitur
telis, tum scuta atque cavae galeae dant sonitum flictu, pugna aspera
surgit: quantus, veniens ab occasu [cum] pluvialibus Haedis, imber
verberat humum, quam nimbi praecipitant in vada multa grandine,
cum Iuppiter horridus torquet aquosam hiemem Austris <670> et
rumpit cava nubila [in] caelo.

Pandarus et Bitias, creti [ex] Idaeo Alcanore, quos silvestris laera
eduxit [in] luco Iovis, iuvenes aequos abietibus et patriis montibus,
freti armis recludunt portam quae commissa [erat] [eis] imperio
ducis, ultroque invitant hostem moenibus. Ipsi astant intus dextra ac
laeva pro turribus, armati ferro et corusci alta capita cristis: quales
geminæ aëriæ quercus consurgunt circum liquentia flumina sive [in]
ripis Padi seu propter amoenum <680> Athesim atque attollunt intonsa
capita caelo et nutant sublimi vertice. Rutuli, ut videre aditus
patentis, inrumpunt; continuo Quercens et Aquiculus, pulcher armis,
et Tmarus, praeceps animi, et Mavortius Haemon, aut versi dedere
terga totis agminibus aut posuere vitam in ipso limine portae. Tum
irae magis increscunt [in] animis discordibus et Troes, iam collecti,
glomerantur [in] eodem [loco] et audent <690> conferre manum et
procurrere longius. Nuntius perfertur ductori Turno, furenti in diversa
parte turbantique viros,

nuntius est "hostem ... patentes"	hostem fervere nova caede et praebere portas patentis.
deserit inceptum = relinquit quod faciebat coniecto = iacto / sternit = caedit (≠ cedit)	[Turnus] deserit inceptum atque, concitus immani ira, ruit ad portam Dardaniam fratresque superbos. Et primum, coniecto iaculo, sternit Antiphaten (is enim se agebat primus), nothum alti Sarpedonis de Thebana matre: Itala cornus volat per tenerum aera atque, infixam [in] stomacho, ab it sub altum pectus; specus atri vulneris reddit spumantem undam, <700> et ferrum tepescit in fixo pulmone. Tum sternit Meropem atque Erymanta manu, tum Aphidnum, tum Bitian ardentem oculis atque frementem animis, non iaculo (neque ille dedisset vitam iaculo), sed contorta phalarica venit, magnum stridens, acta modo fulminis, quam nec duo taurea terga nec fidelis lorica duplici squama et auro sustinuit; immania membra ruunt conlapsa, tellus dat gemitum et ingens clipeum intonat super. Talis quondam <710> in Euboico litore Baiarum saxea pila cadit quam, magnis molibus ante constructam, iaciunt ponto; sic illa, prona, trahit ruinam atque, inlisa vadis, recumbit penitus; maria miscent se et nigrae harenae attolluntur; tum alta Prochyta atque Inarime, durum cubile, imposta Typhoeo imperiis Iovis, tremunt sonitu.
cornus, -us f. aera: Graecus acc.	
undam [sanguinis]	
Erymanta: Graecus acc.	
magnum = magnopere, multum	
modo fulminis = idem ac fulmen duo taurea terga = scutum duplicis taureae pellis / squama: ablat. immania membra = magnum corpus super = insuper	
saxea pila = rotundum saxum	
[incolae] iaciunt ponto = in pontus inlisa vadis = postquam cecidit in vada / recumbit = iacet Prochyta, Inarime: insulae durum ... : Typhoeus, a Iove victo, iacebat sub insula Inarime	
hic = tunc / vires / acres	Hic Mars armipotens addidit animum virisque Latinis et vertit acris stimulos sub pectore [eorum], immisitque Fugam atrumque Timorem
Teucris = ad Teucros	Teucris.

copia pugnae = facultas pugnandi

incidit animo = intrat in animum

fuso corpore = humi iacentem
qui casus agat res (acc. pl.) = quo
modo omnia se habeant
torquet = claudit

alios: hostes / ruentes

qui non viderit = quia non vidit

ultra = sua sponte / urbi = in urbe

sonuerunt
horrendum = horrendo modo
[Turnus] mittit

invisam = odiosam

immania = immensa / ira: ablat.

dotalis regia = regia quam ut dos
datur
cohibet = tenet

olli = illi

(ali)qua / consere = iunge
consere dextram = pugna mecum
Achillem ... : Turnus comparat se
Achilli
adnixus (< adnitor) = utens

exceperunt

vulnus = hastam / portae = in porta

Undique conveniunt, quoniam copia pugnae <720> data [est], bellatorque deus incidit animo [eorum]. Pandarus, ut cernit germanum fuso corpore et [in] quo loco sit fortuna, qui casus agat res, obnixus latis umeris torquet portam multa vi, converso cardine, atque linquit multos suorum exclusos [e] moenibus in duro certamine; ast includit alios secum recipitque [eos] ruentis, demens!, qui non viderit regem Rutulum in medio agmine inrumpentem, ultroque incluserit [eum] urbi, veluti immanem tigrim <730> inter inertia pecora.

Continuo nova lux effulsit [ex] oculis et arma sonuere horrendum, sanguineae cristae tremunt in vertice atque mittit micantia fulmina [e] clipeo. Aeneadae, subito turbati, agnoscunt invisam faciem atque immania membra. Tum Pandarus, ingens, emicat et, fervidus ira fraternae mortis, effatur: "Haec non [est] dotalis regia Amatae, nec media Ardea cohibet Turnum [in] patriis muris. Vides castra inimica, nulla potestas [est tibi] exire hinc." Turnus <740> subridens [dicit] olli sedato pectore: "Incipe, si qua virtus [est in] animo [tuo], et consere dextram: narrabis Priamo etiam Achillem inventum [esse] hic." Dixerat. Ille, adnixus summis viribus, intorquet hastam rudem nodis et crudo cortice; aurae exceperere [eam], Saturnia Iuno detorsit veniens vulnus, atque hasta infigitur portae.

is = talis, tam debilis
 in sublatum ensem = ensem tollens
 tempora = latera capitis

impubes

artus: acc. pl.

cruenta cerebro = cruenta sanguine
 cerebri

si ea cura subisset victorem = si
 victor cepisset id consilium
 portis = per portas
 genti [Troianae]

adversos = hostes / poplite = genu

ingerit = iacit
 tergus, -oris n. = tergum, -i
 parma, -ae = scutum, -i

Phegea: Graecus acc.

cientes Martem = hortantes ad
 pugnam / dexter = a dextro latere
 occupat = necat

comminus ↔ eminus
 deiectum = disiunctum [e corpore]

felicior = melior / unguere, armare =
 ad unguendum, ad armandum

"At non effugies hoc telum quod mea dextera versat vi, neque enim
 is [est] auctor teli nec vulneris." Sic ait, et consurgit alte in sublatum

ensem, et ferro inter gemina tempora dividit mediam frontem <750>

impubisque malas immani vulnere. Fit sonus, tellus concussa est
 ingenti pondere; moriens, sternit humi conlapsos artus atque arma,

cruenta cerebro, atque caput pependit illi aequis partibus huc atque
 illuc ex utroque umero. Troes, versi, diffugiunt trepida formidine, et

si continuo ea cura subisset victorem, rumpere claustra manu atque
 immittere socios portis, ille dies fuisset ultimus bello gentique.

Sed furor atque insana cupido <760> caedis egit [eum] ardentem in
 adversos. [In] principio excipit Phalerim et, succiso poplite, Gygen;

ingerit hastas hinc raptas in tergus fugientibus; luno ministrat viris
 animumque; addit [eis] Halyn [ut] comitem et, confixa parma,

Phegea; deinde Alcandrumque Haliumque Noemonaque

Prytanimque, ignaros in muris atque cientis Martem. Conixus, dexter
 ab aggere occupat Lyncea vibranti gladio, tendentem contra atque

vocantem socios; caput, comminus deiectum uno ictu, <770> cum
 galea longe iacuit huic; inde, [necat] Amycum, vastatorem ferarum,

quo felicior unguere tela manu atque armare ferrum veneno non
 [erat] alter, et Clytium Aeoliden et Crethea, amicum Muis, Crethea

comitem Musarum,

intendere numeros nervis = cithara
uti, cithara canere
virorum

palantes = dispersos

[intra muros] receptum
tenditis fugam = fugitis

saeptus = circumdatus
edo stragem = sum causa ruinae
Orco = ad Orcum (= ad Avernum)
primos = optimos

segnes = ignavi, timidi

consistunt = manent ubi sunt

excedebat, petebat

hoc (ablat.) = propter hoc (acc.)
incumbebant = veniebant
glomerabant manum = premebant
circulum

patitur (dep.) = sinit eum
potis est = potest
tendere contra = repugnare

improperata = lenta (lente recedit)
ira: ablat. / etiam = adhuc
hostes

confusa fuga: ablat.

sufficere vires = dare satis virium ut
possit se defendere

cui carmina et citharae atque intendere numeros nervis semper
[erant] cordi; semper canebat equos atque arma virum pugnasque.

Tandem Teucri ductores, caede suorum audita, conveniunt,
Mnestheus acerque Serestus, atque vident socios palantis
hostemque receptum. <780> Et Mnestheus "Quo deinde tenditis
fugam, quo?" inquit. "Quos alios muros, quaeve moenia ultra
habetis? Unus homo et undique saeptus vestris aggeribus ediderit
impune tantas strages per urbem, o cives? Miserit Orco tot primos
iuvenum? Non miseretque pudetque infelicis patriae veterumque
deorum et magni Aeneae, [o] segnes?"

Accensi talibus [verbis] firmantur et consistunt agmine denso. Turnus
paulatim excedere [e] pugna et petere fluvium ac partem quae
cingitur unda. <790> Acrius hoc, Teucri incumbere magno clamore et
glomerare manum, ceu cum turba premit saevum leonem telis
infensis, at ille, territus, asper, acerba tuens, redit retro et neque ira
aut virtus patitur dare terga nec ille quidem, hoc cupiens, potis est
tendere contra per tela virosque. Haud aliter Turnus, dubius, retro
refert improperata vestigia et mens exaestuat ira. Quin, etiam bis
tum invaserat medios hostis, bis vertit <800> agmina per muros
confusa fuga; sed propere omnis manus coit e castris in [eum] unum
nec Saturnia Iuno contra audet sufficere viris,

ni = nisi

valet = potest / tantum = satis

tempora = caput

aera < aes, aeris n.

sufficit = potest resistere

ingeminant hastis = iactant duplicem
numerum hastarum / liquitur

(dep.) toto corpore = fluit per
totum corpus / nec ... = et non
potest respirare / artus: acc. pl.

omnibus armis = omnia arma gerens

ille = fluvius

sociis = ad socios

abluta caede = sanguine a corpore
remoto

nam Iuppiter demisit aeriam Irim [e] caelo ferentem germanae haud
mollia iussa, ni Turnus cedat [ab] altis moenibus Teucrorum. Ergo
iuvenis nec clipeo nec dextra [manu] valet tantum subsistere, sic
obruitur undique iniectis telis. Galea strepit adsiduo tinnitu circum
cava tempora et solida aera fatiscunt saxis, atque iubae discussae
[sunt] capiti, nec umbo <810> sufficit ictibus; et Troes et ipse fulmineus
Mnestheus ingeminant hastis. Tum sudor liquitur toto corpore et agit
piceum flumen (nec potestas [est] respirare), [atque] aeger anhelitus
quatit fessos artus. Tum demum saltu sese dedit praiceps omnibus
armis in fluvium; ille cum suo flavo gurgite accepit [eum] venientem
ac extulit [eum] mollibus undis et remisit [eum] laetum sociis, abluta
caede.

LIBER X

divum = deorum

arduus = ex alto loco inspiciens

omnes / Dardanidum: genit. pl.

bipatientibus = quae duas portas
habent

quianam = cur

Panditur interea domus omnipotentis Olympi atque pater divum
atque rex hominum vocat concilium in sideream sedem, unde arduus
aspectat omnis terras castraque Dardanidum populosque Latinos.
Considunt [in] tectis bipatientibus; ipse incipit: "Magni caelicolae,
quianam sententia vobis versa [est] retro tantumque certatis animis
iniquis?"

abnuo = prohibeo

vetitum = quod vetitum est

ne arcessite = noli arcessere

immittet Alpes apertas = transibit
per Alpes

Romanis arcibus = contra Romanas
arces

rapuisse res = praedam capere (= pugnare)

queo = possum

insignis: nom. sing.

equis: ablat. pl.

miscent intra portas = fiunt intra
muros

inundant = plenae sunt

levari = liberari

nec non = et quoque

imminet muris = impetum facit
contra muros

mea vulnera restant = iterum
vulnerabor

demoror (dep.) = exspecto

petiverunt / pace = venia

luant peccata = dent poenas

sin = sed si / responsa = auguria

vertere = mutare, non parere

Abnueram Italiam concurrere Teucris [in] bello. Quae [est haec] discordia contra vetitum? Quis metus suasit <10> aut hos aut hos sequi arma atque lacescere ferrum? Tempus iustum pugnae adveniet (ne arcessite), cum fera Karthago olim immittet magnum exitium atque Alpibus apertas Romanis arcibus; tum licebit certare odiis, tum [licebit] rapuisse res. Nunc sinite et laeti componite placitum foedus."

Iuppiter haec [dixit] paucis [verbis]; at aurea Venus, contra, refert non pauca: "O pater, o aeterna potestas hominum rerumque (namque quid aliud sit quod iam queamus implorare?), cernis ut Rutuli insultent Turnusque, insignis equis, feratur <20> per medios tumidusque ruat secundo Marte? Clausa moenia iam non tegunt Teucros; quin, proelia miscent intra portas atque [in] ipsis aggeribus murorum et fossae inundant sanguine. Aeneas, ignarus, abest. Numquamne sines [eos] levare [ab] obsidione? Iterum hostis nec non alter exercitus imminet muris nascentis Troiae, atque iterum Tydides ab Aetolis Arpis surgit in Teucros. Mea vulnera restant, credo equidem, et [ego], progenies tua, demoror mortalia arma. <30> Si Troes petivere Italiam sine pace tua atque invito numine, luant peccata neque iuveris illos auxilio; sin secuti [sunt] tot responsa quae superi Manesque dabant, cur nunc quisquam potest vertere tua iussa aut cur [potest] condere nova fata?"

quid repetam classes = cur
mentionem faciam de classibus
furentes

Manes / bacchata = ut Baccha

Italum: genit. pl. / nil ... = nullum
imperium desidero / ista (plur pro
sing.): imperium habere

excidia = ruinas / eversae = deletae
dimittere = extrahere

quacumque = per quemcumque
locum
valeam = liceat me, possim

Paphus, -i f.

exigat aevum = gerat vitam
hic = in hoc loco
iubeto: fut. imperat.

medium = per medium / ignes

tot pericula exhausta esse

recidiva = renata, iterum nata
Pergama: plur. pro sing.
insedissee ... fuit = manere ubi Troia
fuit

revolvere Iliacos casus = iterum
experiri fatum Troiae

acta = mota

Quid repetam exustas classis in Erycino litore, quid [repetam] regem
tempestatum ventosque furentis [ex] Aeolia excitos aut Irim nubibus
actam? Nunc Allecto, repente <40> [a] superis immissa, movet etiam
Manis (haec sors rerum manebat intemptata) et [it] bacchata per
medias urbes Italum. Super, nil moveor imperio; speravimus ista,
dum fortuna fuit [secunda]. Vincant [ei] quos mavis vincere. Si
Teucris nulla regio est quam tua dura coniunx det, obtestor per
fumantia excidia eversae Troiae, genitor: liceat dimittere Ascanium
incolumem ab armis, liceat nepotem superesse. Aeneas sane iactetur
in ignotis undis et sequatur quacumque Fortuna dederit viam; valeam
[ego] tegere hunc et subducere [eum] dirae pugnae. <50> Mihi est
Amathus, celsa Paphus atque Cythera Idaliaeque domus: positis
armis, inglorius exigat aevum hic. lubeto [ut] Karthago premat
Ausoniam magna dicione; nihil inde obstabit Tyriis urbibus. Quid iuvat
[eos] evadere pestem belli et fugisse medium per Argolicos ignis
atque tot pericula maris vastaeque terrae exhausta [esse], dum
Teucris quaerunt Latium recidivaque Pergama? Non satius [fuisset]
insedissee supremos cineres patriae atque solum [in] quo Troia fuit?
Redde, oro, Xanthum et Simoenta <60> [eis] miseris atque da Teucris,
pater, iterum revolvere Iliacos casus."
Tum regia luno, acta gravi furore:

quid = cur / obductum = tectum

divum = deorum / subegit = coegit

inferre se ut hostem = fieri hostem
fatis auctoribus = quia dei volunt
esto: imperat. / relinquere

committere = mandare

credere = mandare
summam belli = imperium belli
gentes

in fraudem = in caedem, in ruinam

Indignum ... terra: nunc Iuno ironia
utitur

quid = quid si hoc accidit

premere ... iugo = capere arva aliena
avertere = ferre secum
legere = deligere

praefigere arma = parare bellum
[dum pacem orant]
subducere = servare
Graium = Graecorum
ventos inanes pro viro = vanam
imaginem pro viro ipso [occultans
Aenean]

quid = cur / [temptas] aspera corda

fundo = omnino / fluxas res = debiles
res, debilem imperium
Achivis = contra Achivos

"Quid cogis me rumpere alta silentia et vulgare verbis obductum dolorem? Quisquam hominum divumque subegit Aenean sequi bella aut inferre se [ut] hostem regi Latino? Petiit Italiam fatibus auctoribus, esto, impulsus furiis Cassandrae. Num hortati sumus [eum] linquere castra aut committere vitam ventis? Num [hortati sumus eum credere] summam belli puero, credere muros <70> [puero], atque agitare Tyrrhenam fidem aut quietas gentis? Quis deus, quae dura potentia nostra egit [eum] in fraudem? Ubi [est] hic Iuno, Irisve demissa nubibus? Indignum est Italos circumdare nascentem Troiam flammis et Turnum, cui Pilumnus [est] avus, cui diva Venilia [est] mater, consistere [in] patria terra; quid, Troianos ferre vim Latinis atra face, premere arva aliena iugo atque avertere praedas? Quid, [Troianos] legere soceros et abducere pactas [sponsas] [e] gremiis, orare pacem manu, praefigere arma <80> [in] puppibus? Tu potes subducere Aenean [e] manibus Graium atque obtendere nebulam et ventos inanis pro viro, et potes convertere classem in totidem nymphas: nefandum est nos, contra, iuvisse aliquid Rutulos? Aeneas ignarus abest: et ignarus absit. Tibi est Paphus Idaliumque, [tibi] sunt alta Cythera: quid temptas urbem, gravidam bellis, et aspera corda? Nosne conamur vertere fundo fluxas res Phrygiae tibi? Nos? An qui obiecit miseros Troas Achivis?"

furto: rapto Helenae

Cupidine = auxilio Cupidinis
metuisse tuis = metuere ne quid
malum tuis accideret

vario adsensu: alii alia opinabantur
(dep.)
prima flamina = primi venti
depressa = clausa
caeca = quae nemo vidit
prodo, -ere = praenuntio, -are

deorum / silescit = tacet

posuerunt = morati sunt
placida aequora = placidas undas

quandoquidem = quoniam

habebo nullo discrimine fortunam
quae ... , spem quam ...
fuat = sit

fatis Italum = propter fata Italorum

monitum, -i = monitus, -us
solvo = excludo / exorsa = facta
ferent = dabunt

torrentes pice = torrentes qui picem
ferunt
fandi = loquendi

Quae fuit causa Europam Asiamque consurgere in arma <90> et
solvere foeda furto? Me duce adulter Dardanius expugnavit Spartam,
aut ego dedi tela fovive bella Cupidine? Tum decuit [te] metuisse tuis;
nunc [tu] sera adsurgis querelis haud iustis et iactas inrita iurgia."

Talibus [dictis] orabat Iuno, cunctique caelicolae fremebant vario
adsensu, ceu cum prima flamina, [in] silvis depressa, fremunt et
volutant caeca murmura prodentia venturos ventos nautis. Tum
pater omnipotens, cui [est] prima potestas <100> rerum, inquit (eo
dicente, alta domus deum silescit et tellus tremefacta [est] [a] solo,
arduus aether silet, tum Zephyri posuere, pontus premit placida
aequora): "Accipite ergo atque figite [in] animis haec mea dicta.
Quandoquidem haud licitum [est] Ausonios coniungi Teucris foedere
nec vestra discordia capit finem, quae fortuna est hodie cuique,
quam spem quisque secat, habebo nullo discrimine, fuat Tros
Rutilusne, seu castra tenentur obsidione fatis Italum sive malo
errore Troiae monitisque sinistris. <110> Nec solvo Rutulos. Sua exorsa
ferent cuique laborem fortunamque. Iuppiter [erit] idem rex
omnibus. Fata invenient viam."

Adnuit per flumina Stygii fratris, per torrentis pice atque ripas atra
voragine, et nutu tremefecit totum Olympum. Hic [fuit] finis fandi.

medium = inter se	Tum surgit [ab] aureo solio Iuppiter, quem caelicolae ducunt medium
omnibus portis = per omnes portas sternere = caedere, necare caede = morte	ad limina. Interea Rutuli instant omnibus portis circum, sternere viros caede et cingere moenia flammis. At legio Aeneadum tenetur <120>
vallis < vallum, -i (≠ valles, -is)	obsessa vallis nec spes ulla fugae [est]; miseri, stant nequiquam [in]
cinxerunt / rara corona (ablat.) = cum paucis militibus	altis turribus et cinxere muros rara corona: Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes Assaracique duo et senior Thymbris cum
prima acies = hi fingunt primam aciem	Castore, prima acies; ambo germani Sarpedonis, et Clarus et Thaemon ab alta Lycia, comitantur hos. Lyrnesius Acmon, minor nec
conixus = utens	genitore Clytio nec fratre Menestheo, conixus toto corpore fert
exiguam = parvam	ingens saxum, haud partem exiguam montis. Hi certant defendere
moliri = parare / aptare ... = ponere sagittas in arcu	iaculis, hi saxis, <130> molirique ignem atque aptare sagittas nervo.
iustissima ... = quem Venus amat	Inter medios, ecce, ipse Dardanius puer, iustissima cura Veneris,
detectus = non tectus honestum caput: acc. respectus decus = ornamentum	detectus honestum caput, micat qualis gemma quae dividit fulvum aurum, decus aut collo aut capiti, vel quale lucet ebur inclusum per
artem [aurificis] / lactea = iuvenis, alba	artem [in] buxo aut [in] Oricia terebintho; cui lactea cervix accipit
fusos crines = cadentes crines	fusos crinis et circulus subnectit [eos] molli auro. Te quoque, Ismare,
pinguia culta = pingues campos	generose [e] domo Maeonia, ubi virique exercent pinguia culta
Pactolus: nomen fluminis auro = aureis aquis et M. = quoque M. / quem gloria tollit sublimem (quia expulsi Turnum a muris) / Turni pulsi	Pactolusque inrigat auro, viderunt magnanimae gentes derigere vulnera et armare calamos veneno. <140> Et Mnestheus adfuit, quem pristina gloria Turni [ab] aggere murorum pulsi tollit sublimem, et
ducitur hinc = originem habet ab eo	Capys: nomen Campanae urbi ducitur hinc.

secabat freta = navigabat	Illi inter sese contulerant certamina duri belli; Aeneas media nocte
memorat = dicit	secabat freta, namque ut, ab Evandro [profectus], ingressus castris
ferat = offerat / sibi conciliet = paret	Etruscis adit regem et memorat regi nomenque genusque, quidve
violenta pectora = violentus animus	petat quidve ipse ferat, quae arma <150> Mezentius sibi conciliet,
immiscet = addit	atque edocet violenta pectora Turni, admonet quae fiducia sit [in]
divum = deorum	rebus humanis immiscetque preces, haud fit mora: Tarchon iungit
commissa externo duci = fidens adventicio duci	opes atque ferit foedus; tum gens Lydia, libera fati, iussis divum
subiuncta = monstrans, exhibens	conscendit classem, commissa externo duci. Aeneia puppis tenet
hic = in hoc loco	prima [loca], subiuncta Phrygios leones [in] rostro; super, Ida
eventus: acc. pl.	imminet, gratissima profugis Teucris. Hic sedet magnus Aeneas
sidera: nomina siderum	secumque volutat varios eventus belli, Pallasque, sinistro <160> lateri
Helicon: Graecus acc. cantus: acc. pl. quae manus = qui exercitus	adfixus, quaerit iam sidera, iter opacae noctis, iam quae passus [sit]
pelago = per pelagus	terra marique. Pandite nunc Helicon, deae, atque movete cantus: [dicite mihi] quae manus interea comitetur Aenean ab oris Tuscis
aequora: acc. pl. / aerata Tigri: ablat. sub quo = sub cuius imperio liquerunt	armetque rates atque vehatur pelago.
quis = quibus / goryti = pharetrae letifer = qui letum (mortem) fert	Massicus princeps secatur aequora aerata Tigri, sub quo [sequitur]
aurato Apolline = aurata statua Apollinis	manus mille iuvenum qui liquere moenia Clusi quique [liquere] urbem Cosas, quis tela [sunt] sagittae, atque leves goryti et letifer arcus [super] umeris. Una [cum eis ibat] torvus Abas: huic totum agmen [fulgebat] insignibus armis <170> et puppis fulgebat aurato Apolline;

inexhaustus = qui exhauri non potest / Chalybum: genit. pl. divum = deorum

parent = nihil celant, omnia monstrant
 densos acie = instructos in densa acie
 Etrusca a solo = Etrusca propter locum ubi iacebat

(fido / confido + dat.)

(a) Caerete domo

intempestae = insanae

ter centum = CCC

transierim (< transeo) te = oblitus sim tui
 comitate: vocat.

Amor: vocat.
 insigne = signum
 ferunt (= dicunt) Cycnum canentem duxisse
 populeas < populus (genus arboris)

Musa (ablat.) = cantu
 duxisse senectam pluma = texisse
 longaevum corpus plumis

aequales catervas = coevos milites Centaurum: nomen navis
 instat aquae = pugnat cum aqua minatur (dep.) ... : simulat se iacturum esse saxum in undas
 alta maria: acc. pl. / longa carina: abl. sing.

Populonia, [terra] mater, dederat illi sescentos iuvenes expertos belli, ast Ilva insula, generosa inexhaustis metallis Chalybum, trecentos. Tertius, ille interpretis hominum divumque, Asilas, cui fibrae pecudum [parent], cui sidera caeli et linguae volucrum et praesagi ignes fulminis parent, rapit mille [viros], densos acie atque horrentibus astis; urbs Pisae, Alpheae ab origine, Etrusca [a] solo, iubent hos parere [ei].

Sequitur pulcherrimus Astyr, <180> Astyr fidens [suo] equo et versicoloribus armis. Qui [veniunt] Caerete domo, qui sunt in Minionis arvis, et veteres Pyrgi intempestaeque Graviscae adiciunt ter centum; omnibus una mens [est]: [mens] sequendi.

Ego non transierim te, Cinyre, fortissime [in] bello, ductor Ligurum, et Cupavo, comitate [a] paucis [hominibus], de vertice cuius surgunt olorinae pennae (vestrum crimen, Amor) atque insigne formae paternae; namque ferunt Cycnum, luctu amati Phaetontis, inter populeas frondes umbramque sororum, <190> dum canit et solatur maestum amorem Musa, canentem duxisse senectam molli pluma, linquentem terras et sequentem sidera [sua] voce. Filius, comitatus aequalis catervas [in] classe, promovet remis ingentem Centaurum; ille instat aquae atque, arduus, minatur immane saxum undis, et sulcat alta maria longa carina.

ciet = agit
Mantus: genit. sing.
Mantua: vocat.

avis = propter avos (= maiores)

(tres gentes, et quaeque gens habet
quattuor populos)
vires < vis (≠ vir)

armat in se = cogit bellum gerere
contra se
pinu = nave

centena arbore = centum remis
marmore verso = aqua remis pulsata
caerulea freta: acc. pl.
concha: ablat. sing.
Triton: statua Tritonis in prora
cui ... = qui habet formam hominis
usque ad latus, sed inde ab alvo
habet formam pristis
ter denis = triginta

subsidio = ad auxilium / salis = maris
aere: naves habebant aes in prora

pulsabat = transibat

noctivago = qui per noctem vagatur
(dep.)
ministrat velis = curat velas

in medio spatio = in medio itinere

habere numen maris = fieri deas
maris
fluctus: acc. pl.

prius = antea / longe = e longinquo

lustrant = circumdant
choreis < chorea, -ae

Etiam ille Ocnus ciet agmen ab patriis oris, filius fatidicae Mantus et
amnis Tusci, qui tibi, Mantua, dedit muros atque nomen <200> matris,
Mantua dives avis, sed non unum genus [est] omnibus: illi [urbi] [est]
triplex gens, quaterni populi sub [quaque] gente, ipsa [urbs] [est]
caput populis, vires [sunt] de Tusco sanguine. Quoque hinc Mezentius
armat in se quingentos, quos Mincius, [e] patre Benaco, velatus
glauca harundine, ducebat infesta pinu in aequora. It gravis Aulestes,
atque adsurgens verberat fluctum centena arbore; marmore verso,
vada spumant. Vehit hunc, et exterrens caerulea freta concha,
immanis Triton, cui hispida frons praefert [ei] nanti <210> hominem
laterum tenuis, alvus desinit in pristim; spumea unda murmurat sub
semifero pectore. Tot lecti proceres [in] ter denis navibus ibant
subsidio Troiae et secabant campos salis aere.

lamque dies concesserat [a] caelo almaque Phoebe pulsabat medium
Olympum noctivago curru. Aeneas (neque enim cura dat quietem
membris [eius]) ipse sedens regitque clavum ministratque velis.
Atque ecce, in medio spatio occurrit chorus suarum comitum:
nymphae, quas alma Cybebe <220> iusserat habere numen maris atque
e navibus esse nymphas, innabant pariter atque secabant fluctus,
[tot] quot aeratae prorae prius steterant ad litora. Longe agnoscunt
regem lustrantque [eum] choreis;

pone = a tergo	quarum quae doctissima fandi [erat], Cymodocea, pone sequens
ipsa eminent dorso = dorsum e mari eminent subremigat laeva manu = utitur laeva manu ut remo	tenet puppim dextra [manu] ipsaque eminent dorso [suo] ac subremigat laeva [manu] [in] tacitis undis. Tum sic adloquitur [eum] ignarum:
deorum / rudentes	"Vigilansne, gens deum, Aenea? Vigila et immitte rudentis velis; nos,
pinus (nom. pl.) < pinus, -us f. = pinus, -i / vertice = culmine montis praecipites = paratas [ad navigan- dum] vincula = rudentes	Idaeae pinus <230> de sacro vertice, nunc nympphae pelagi, sumus classis tua. Ut perfidus Rutulus premebat nos praecipitis ferro flammaque, invitae rupimus tua vincula atque quaerimus te per aequor. Genetrix, miserata, refecit hanc faciem et dedit [nobis] esse deas atque agitare aevum sub undis. At puer Ascanius tenetur muro fossisque inter media tela atque Latinos, horrentis [cum] Marte.
refecit hanc faciem = dedit nobis hanc novam faciem agitare aevum = agere vitam	Arcas eques iam tenet iussa loca, permixtus forti Etrusco; sententia Turno <240> est certa: opponere medias turmas illis, ne iungant [se] castris. Age, surge et, Aurora veniente, primus iube socios vocari in arma, et cape invictum clipeum quem ipse ignipotens dedit [tibi] atque [cuius] oras ambiit auro. Crastina lux, si non putaris mea dicta inrita, spectabit ingentis acervos Rutulae caedis." Dixerat, et discedens impulit altam puppim dextra [manu], haud ignara modi: illa fugit per undas, ocior et iaculo et sagitta aequante ventos.
horrentes	
forti Etrusco = fortibus Etruscis sententia = consilium opponere medias turmas = oppo- nere turmas in medio	
ignipotens = Vulcanus	
cuius: clipei / ambiit = circumdavit	
inrita = falsa / ingentes	
haud ignara modi = sciens modum faciendi ocior = celerior	
cursus: acc. pl.	Inde aliae celerant cursus. Ipse Anchisiades Tros, inscius, stupet, tamen tollit <250> animos omine.
omine = praesagio	

convexa supera = caelum

deorum

cui Dindyma (nom. pl. n.) est cordi =

quae amas Dindyma (acc. pl. n.)

princeps = dux

propinques augurium = effice ut

augurium bene eveniat

fugarat = fugaverat

edicit = imperavit

armis, pugnae: dat.

habet in conspectu = potest videre

extulit (< effero) = sustulit

addita: quia vident Aeneam perve-
nientem

tranant = volant per / aethera: Grae-
cus acc.

ea: nom. pl. n. / videri = videntur

puppis / adlabi = plenum esse

capiti = in capite [Aeneae]

ignes / non secus = non aliter

(ali)quando / liquida = clara

cometa, -ae m.

contristat = facit triste

cessit Turno = reliquit Turnum

praecipere = antea capere

venientes / ultro = sua sponte

Tum, aspectans convexa supera, breviter precatur: "Alma Idaea, parens deum, cui Dindyma [est] cordi turrigeraeque urbes atque leones biugi ad frena [vincti], tu [sis] mihi nunc princeps pugnae, tu propinques rite augurium atque adsis Phrygibus pede secundo, diva." Tantum effatus [est], et interea dies, revoluta, iam ruebat matura luce atque fugarat noctem; principio edicit sociis [ut] sequantur signa atque aptent animos armis atque parent se pugnae. Iamque, stans in celsa puppi, habet Teucros et sua castra <260> in conspectu, cum deinde extulit ardentem clipeum sinistra [manu]. Dardanidae e muris tollunt clamorem ad sidera, addita spes suscitatur iras, iaciunt tela manu, quales sub atris nubibus Strymoniae grues dant signa atque tranant aethera cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo. At ea videri mira Rutulo regi ducibusque Ausoniis, donec respiciunt puppis versas ad litora totumque aequor adlabi classibus. Apex ardet capiti atque flamma <270> funditur [e] cristis a vertice et aureus umbo vomit vastos ignis, non secus ac si quando, liquida nocte, sanguinei cometae rubrent, aut ille Sirius ardor nascitur, ferens sitim morbosque aegris mortalibus, et contristat caelum laevo lumine.

Tamen fiducia haud cessit audaci Turno praecipere litora et pellere [e] terra [illos] venientis. Ultro tollit animos [suis] dictis atque ultro increpat [milites]:

optastis = optavistis

viris (dat.) = virorum (gen.)
esto, referto: fut. imperat.

vestigia labant eis = vestigia
instabilia sunt eis
audentes

versat secum = cogitat
quos, quibus: interrogat.
concredere = commendare
exponit socios = iubet socios egredi
recursus: acc. pl.

credere se = commendare se

speculatus = postquam circumspexit
qua: per quem locum
spirant = apparent
adlabitur (dep.) = pervenit
crescenti aestu = undis pellentibus

incumbite = ponite vires
findite = scindite (figentes carinam
in eam) / carina premat = efficite
ut carina premat
tali statione = navem in harenam
hoc modo ducens / arrepta tellure
= si hoc modo arripio tellurem
tonsa = remus

spumantes / arvis = in arva

sedere = sedent

inflicta = pulsata (undis)

dorso: latere saxi emergentis
fluctus: acc. pl. / solvitur = deletur

"Quod optastis votis, adest: perfringere [eos] [vestra] dextra [manu].

Ipse Mars [iacet] in manibus viris. Nunc esto <280> quisque memor
suae coniugis tectique, nunc referto magna facta, laudes patrum.

Ultro occurramus ad undam dum trepidi [sunt] atque prima vestigia
labant [eis] egressis. Fortuna iuvat audentis."

Haec ait, et versat secum quos [possit] ducere contra vel quibus
possit concredere obsessos muros. Interea Aeneas pontibus exponit
socios de altis puppibus. Multi servare recursus languentis pelagi et
credere se brevibus [locis] saltu, alii [descendere] per remos.

Tarchon, <290> speculatus litora, advertit subito proras [illuc] qua vada
non spirant nec fracta unda remurmurat, sed mare adlabitur
inoffensum crescenti aestu, atque precatur socios: "Nunc, o lecta
manus, incumbite validis remis; tollite, ferte rates, findite hanc
inimicam terram rostris, atque ipsa carina premat sulcum sibi. Nec
recuso frangere puppim tali statione, arrepta tellure semel."

Quae talia postquam Tarchon effatus [est], socii consurgere tonsis
atque inferre spumantis rates Latinis <300> arvis, donec rostra tenent
siccum [locum] et omnes carinae sedere innocuae. Sed non tua
puppis, Tarchon: namque, inflicta [in] vadis, dum anceps diu
sustentata pendet [ab] iniquo dorso atque fatigat fluctus, solvitur
atque exponit viros in mediis undis,

relabens = porro et retro fluens
 segnis = piger, tarda
 sistit contra = ponit aciem contra
 eos
 agrestes

omen = praesagium
 stravit = incepit superare
 virorum / ultro = sua sponte
 latus apertum haurit huic = sanguis
 eruit per latus apertum

perempta = mortua / quod = quia

casus: acc. pl. / deiecit leto = necavit

sternentes / agmina: acc. pl. / clava:
 abl. sing. / iuverunt
 manus: nomin. pl.

usque eo dum = dum / graves

inertes

ei clamanti = eius clamantis

nova gaudia: plur. pro sing.

malas < mala, -ae
 miserande: vocat.
 securus = oblitus / ni = nisi

septem numero = septem fratres

resultant = resiliunt / inrita = effectu
 carentia
 stringentia = paene tangentia

quos fragmina remorum et fluitantia transtra impediunt atque simul unda relabens retrahit pedes [eorum]. Nec segnis mora retinet Turnum, sed acer rapit totam aciem in Teucros et sistit contra in litore. Canunt signa. Aeneas primus invasit agrestis <310> turmas, omen pugnae, stravitque Latinos occiso Therone, qui, maximus virum, ultro petit Aenean. Latus, apertum gladio, haurit huic perque aerea suta per[que] tunicam auro squalentem. Inde ferit Lichan, exsectum [e] matre iam perempta et sacrum tibi, Phoebe, quod licuit [ei] parvo evadere casus ferri. Nec longe deiecit leto durum Cissea immanemque Gyan, sternentis agmina clava; nihil illos iuvere arma Herculis nec validae manus genitorque Melampus, <320> comes Alcidae usque [eo] dum terra praebuit [ei] gravis labores. Ecce, dum Pharo iactat inertis voces, [Aeneas], intorquens iaculum, sistit [id] in ore [ei] clamanti.

Tu quoque, Cydon, dum infelix sequeris Clytium, [tua] nova gaudia, flaventem malas prima lanugine, miserande iaceres stratus Dardania dextra [manu], securus amorum iuvenum qui tibi semper erant, ni stipata cohors fratrum, progenies Phorci, septem numero, obvia foret [Aeneae], atque coniciunt septena tela; partim resultant <330> inrita [a] galea clipeoque; alma Venus deflexit partim, stringentia corpus [Aeneae].

non ullum = nullum

Graium = Graecorum

aera < aes, aeris n.

thoraca: Graecus acc.

subit huic = venit ad hunc adiuvandum

hasta: alia hasta, non eadem

traiecto lacerto = postquam

lacertum transit

servat tenorem = servat cursum, permanet volans

figere [Aenean] = transfigere

et contra = alterna vice (cum ipse impetum facit)

hic = huc / (e) Curibus

fido + dat. / ablat.

graviter = fortiter

pariter = eodem tempore

ferit terram fronte = cadit

sternit = caedit (≠ cadit)

casus: acc. pl. / tres

manus: nom. pl. / subit et = venit quoque

tendunt = conantur (dep.)

ceu = eodem modo ac / tollunt

proelia = pugnant

non ipsi ... = nullus cedit

Aeneas adfatur fidum Achaten: "Suggere tela mihi, [mea] dextera [manus] torserit non ullum frustra in Rutulos, [tela] quae steterunt in corpore Graium [in] Iliacis campis." Tum corripit magnam hastam et iacit; illa volans transverberat aera clipei Maeonis et rumpit thoraca simul cum pectore; frater Alcanor subit huic atque sustentat ruentem fratrem dextra [manu]; hasta [ab Aenea] missa, traiecto lacerto, fugit protinus atque, cruenta, servat tenorem, <340> dexteraque [manus] pependit moribunda ex umero [a] nervis. Tum Numitor, iaculo de corpore fratris rapto, petiit Aenean, sed non est licitum [ei] figere et contra, atque [telum] perstrinxit femur magni Achatae.

Hic Curibus advenit Clausus, fidens primaevo corpore, et eminus ferit Dryopem sub mentum rigida hasta graviter pressa, atque, traiecto gutture, rapit pariter vocem animamque [eius] loquentis; at ille ferit terram fronte et vomit crassum cruorem [ex] ore. Quoque sternit per varios casus tris Threicios de suprema <350> gente Boreae et tris quos pater Idas et patria Ismara mittit. Halaesus accurrit, atque Auruncae manus, subit et Neptunia proles, Messapus, insignis equis. Nunc hi, nunc illi tendunt expellere [alii alios], certatur in ipso limine Ausoniae. Ceu discordes venti [in] magno aethere tollunt proelia aequis animis et viribus; non ipsi [cedunt] inter se, non nubila [cedunt], non mare cedit;

anceps = ambiguus

densus vir: viri denso globo structi

qua: per quem locum

quis = quibus

ut vidit Arcadas dare terga
quando = per breve tempus
pedestres

sequaci Latio = sequentibus Latinis
egenis rebus = in rebus adversis
amarus ↔ dulcis

devicta bella = bella in quibus
vicimus

subit patriae laudi = conatur (dep.)
imitari gloriam patris

ne fidite = noli fidere / hostes
virorum

hac = in hoc loco / alta = nobilis

urgemur ... = pugnamus mortales
contra mortales
manus: nom. pl.

magna obice = magno obstaculo
iam deest ... = non habemus terram
ad fugiendum

hostes / adductus = incitatus

fit = it / figit = transfigit

qua = per quem locum
dabat discrimina costis = separabat
costas
receptat = iterum capit, rapit
non occupat = non potest ferire

pugna diu [manet] anceps, omnia stant obnixa contra; haud aliter
Troianae acies aciesque Latinae <360> concurrunt, pes haeret pede
densusque vir [haeret] viro.

At Pallas, ex alia parte qua torrens intulerat late rotantia saxa
arbustaque [e] ripis diruta, ut vidit Arcadas, quis aspera natura loci
suasit quando dimittere equos, insuetos inferre pedestris acies, dare
terga sequaci Latio, [fecit] unum quod restat egenis rebus: accendit
virtutem nunc prece, nunc amaris dictis: "Quo fugitis, socii? Per vos
et fortia facta, per nomen ducis Evandri devictaque bella <370>
spemque meam, quae nunc, aemula, subit patriae laudi: ne fidite
pedibus. Via rumpenda est ferro per hostis. Qua ille globus virum
urget densissimus, hac alta patria reposit vos et Pallanta ducem.

Nulla numina premunt, urgemur mortales ab hoste mortali; nobis
[sunt] totidem animaeque manusque. Ecce, pontus claudit nos
magna obice maris, iam deest terra fugae. Petamus pelagus
Troiamne?"

Haec ait, et prorumpit medius in densos hostis. Lagus, adductus fati
iniquis, <380> primum fit obuius huic. [Pallas] figit hunc intorto telo,
dum vellit saxum magno pondere, per medium qua spina dabat
discrimina costis, atque receptat hastam ossibus haerentem. Quem
super [Lagum inclinantem se] Hisbo non occupat,

ille: Hisbo / excipit = caput, necat
recondit = figit

incestare = profanare incesto

indiscreta suis: nemo poterat
alterum ab altero distinguere
gratus ... = similitudo grata erat
parentibus
: tua manus, a corpore secta, adhuc
movetur, venit ad te et conatur
(dep.) gladium capere

Arcadas: acc. pl. / tuentes

hostes / traicit = necat

biiugis = curru

derexerat Ilo = iecerat ad Iulum

medius = se ferens inter ambos

caedit = pulsat

optato: ablat. absol. unius verbi,
significans "optato modo"
correptis mediis = mediis locis igne
captis, mediis locis ardentibus
ille: pastor

ovantes = vincentes, victoriam
celebrantes
adversos = hostes

colligit ... = tegit se sub suis armis

ille quidem sperans hoc, nam Pallas ante excipit [eum] ruentem incautum, dum furi crudeli morte sodalis, atque recondit ensem in tumido pulmone [eius]. Hinc petit Sthenium et Anchemolum, de vetusta gente Rhoeti, ausum incestare thalamos novercae. Vos etiam, gemini, cecidistis in Rutulis arvis, <390> Laride Thymerque, simillima proles Daucia, indiscreta suis gratusque error parentibus; at nunc Pallas dedit vobis dura discrimina; nam tibi, Thymbre, Evandrius ensis abstulit caput; [tua] decissa dextera [manus] quaerit te, suum [erum], Laride, semianimesque digiti micant atque retractant ferrum.

Mixtus dolor et pudor armat Arcadas, accensos monitu et tuentis praeclara facta viri, in hostis. Tum Pallas traicit Rhoetea, praeter fugientem biiugis. Hoc spatium [temporis] tantumque morae fuit Ilo; namque [Pallas] procul derexerat Ilo <400> validam hastam quam Rhoeteus medius interceptit fugiens te, optime Teuthra, fratremque Tyren, atque, volutus [e] curru, semianimis caedit arva Rutulorum calcibus. Ac velut aestate, optato, coortis ventis, pastor immittit dispersa incendia [in] silvis; subito, correptis mediis, horrida Volcania acies extenditur una per latos campos; ille, sedens victor, despectat ovantis flammas: non aliter virtus coit omnis in unum <410> socium atque iuvat te, Palla. Sed Halaesus, acer [in] bellis, tendit in adversos atque colligit se in sua arma.

Ladona, Phereta: Graeci acc.	Hic mactat Ladona Pheretaque Demodocumque, deripit fulgenti ense
elatam in: quae temptabat capere	dextram [a] Strymonio, elatam in iugulum [suum], ferit saxo ora
celaverat ut senior ... = ut senior mortuus est iniecerunt / sacraverunt	Thoantis atque dispersit ossa permixta cruento cerebro. Genitor, fata canens, celarat Halaesum [in] silvis; ut senior solvit canentia lumina leto, Parcae iniecere manum atque sacrarunt [Halaesum] telis
antea	Evandri. Quem sic Pallas petit, ante precatus: <420>
da fortunam ferro quod libro (= iacio)	"Da nunc, pater Thybri, fortunam atque viam per pectus duri Halaesi
quercus -us f.	ferro quod libro missile; tua quercus habebit haec arma exuviasque
textit = protegebat / dat = offert	[huius] viri." Deus audiit illa; dum Halaesus textit Imaona, infelix dat
inermum = sine lorica	inermum pectus Arcadio telo. At Lausus, ingens pars [huius] belli, non
tanta caede viri = caede tanti viri	sinit agmina [esse] perterrita tanta caede viri: primus interimit
moram = obicem	Abantem oppositum, nodumque moramque pugnae. Proles Arcadiae
imperdita Grai = quae Graeci non potuerunt necare	sternitur, Etrusci sternuntur et vos, o Teucri, <430> corpora imperdita Grai, [sternimini]. Agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis;
extremi = ultimi / addensent = premunt / manus: acc. pl.	extremi [milites] addensent acies, nec turba sinit tela manusque
forma: ablat. / quis = quibus	moveri. Hinc Pallas instat et urget; hinc, contra, Lausus, nec multum discrepat aetas, [ambo] egregii forma, sed quis Fortuna negarat
reditus: acc. pl. / passus est = sivit	reditus in patriam. Regnator magni Olympi tamen haud passus [est]
manent ... = parant eis mortem sub maiore hoste	ipsos concurrere inter se; sua fata manent illos mox sub maiore
secat = dividit, currit per	hoste. Interea alma soror monet Turnum, qui secat medium agmen
succedere Lauso = capere locum Lausi	<440> volucris curru, succedere Lauso.

feror = eo [ad pugnandum]

aequore iusso = aequore (= spatio)
propter iussum facto

Rutulum: genit. pl.

abscessu = propter abscessum

obit ... = inspicit omnia terribilibus
oculis

in contra = respondet ad

pater ... = pater utramque sortem
desiderat

tolle minas = noli minari

fatus = postquam hoc fatus est

aequor = campum / coit = ruit

apparat ire pedes = parat pugnare ut
pedes (non ut eques)

meditantem in proelia = qui parat in
proelium ire

contiguum m. h. : satis prope ut
possit eum ferire hasta (abl.)

ire = progreditur (dep.) / (ali)qua

ausum = virum qui audet

imparibus viribus: debiliores

aethera: Graecus acc.

adisti < adeo

sibi = e suo corpore

ferant ... = ferant secum imaginem
mei victoris

premit = continuit

inanes

dictis = verbis

Ut vidit socios [dixit]: "Tempus [est] desistere pugnae; ego solus feror in Pallanta, Pallas debetur mihi soli; cuperem ipse parens [eius] adesset [ut] spectator."

Haec ait, et socii, aequore iusso, cesserunt. At abscessu Rutulum tum iuvenis, miratus superba iussa, stupet in Turno atque volvit lumina per ingens corpus [eius] atque procul obit omnia truci visu, et talibus dictis it contra dicta tyranni: "Ego laudabor iam aut spoliis opimis raptis aut insigni leto: [meus] pater aequus est <450> utrique sorti [meae], tolle minas." Fatus, procedit in medium aequor; sanguis coit frigidus in praecordia Arcadibus. Turnus desiluit [a] biiugis, apparat ire pedes comminus; atque ut leo, cum ab alta specula vidit procul [in] campis taurum stare meditantem in proelia, advolat, haud alia est imago Turni venientis. Pallas, ubi credidit hunc fore contiguum missae hastae, ire prior, si qua fors adiuvet ausum imparibus viribus, atque ita fatur ad magnum aethera: "Per hospitium et mensas patris [ad] quas [ut] advena adisti, <460> precor te, Alcide, adsis ingentibus coeptis: cernat [Turnus] me rapere arma cruenta sibi semineci atque lumina Turni, morientia, ferant [me] victorem."

Alcides audiit iuvenem atque premit magnum gemitum sub imo corde atque effundit inanis lacrimas. Tum genitor adfatur natum amicis dictis:

opus = munus

gnati deum = filii deorum

cecidere

occidit = mortuus est (occido, -di,
occisum ≠ occido, -di, occasum)

dati aevi = datae vitae

reicit = removet / emittit = iacit

deripit = eripit

qua ... surgunt = ubi tegmen tegit
umeros

molita (< molior) viam = inveniens
viam / strinxit de corpore = tetigit
corpus / hic = tunc

mage = magis

cuspis [hastae]

obeat < obire (= circumdare)

moras = impedimenta, obices

rapit = extrahit / calidum: calidum
quia sanguine opertum est
una: adverbium / eademque via
(ablat.) = per eandem viam

corrui in = cadit super / dederunt

petit = tangit / adsistens = stans

memores referte = mementote et
referte

largior (dep.) = concedo, do

"Sua dies stat cuique, tempus vitae est breve et inreparabile omnibus; sed extendere famam factis, hoc [est] opus virtutis. Tot gnati deum cecidere sub altis moenibus Troiae! Quin, Sarpedon, mea progenies, occidit una <470> [cum eis]; etiam sua fata vocant Turnum et pervenit ad metas dati aevi."

Sic ait, atque reicit oculos [ab] arvis Rutulorum. At Pallas emittit hastam magnis viribus atque deripit fulgentem ensem [e] cava vagina. Illa volans incidit qua summa tegmina umeri surgunt, atque, molita viam per oras clipei, tandem etiam strinxit de magno corpore Turni. Hic Turnus, librans diu robur praefixum acuto ferro, iacit [id] atque ita fatur: <480> "Aspice num nostrum telum sit mage penetrabile!" Dixerat; at cuspis transverberat vibranti ictu medium clipeum quem pellis tauri, circumdata, totiens obeat, [quem] tot terga ferri, tot [terga] aeris [obeant], atque perforat moras loricae et ingens pectus. Ille frustra rapit calidum telum de vulnere: sanguis animusque sequuntur una eademque via.

Corruit in [suum] vulnus, super [eo] arma dedere sonitum, et moriens petit hostilem terram cruento ore. Super quem adsistens, <490> Turnus "Arcades," inquit, "memores referte haec mea dicta Evandro: remitto [ad eum] Pallanta [talem] qualem [ipse] meruit. Quisquis [est] honos tumuli, quidquid est solamen humandi, [hoc] largior.

<p>stabunt magno pretio = magni pretii erunt immania ... : balteus ponderosus erat impressum nefas: crimen in balteo caelatum erat ut ornamentum manus = parva grex / caesa = necata</p> <p>ovat = iactat se potitus gaudet = gaudet quia potitus est balteo</p> <p>modum = moderationem</p> <p>intactum ... esse = pecuniam dare ut Pallas vivus sit frequentes = multi</p> <p>decus = gloria, honos / bello: dat.</p> <p>cum ... = quamquam necavisti multos Rutulos</p> <p>nec = et non solum Aeneae = ad Aenean tenui ... leti = prope mortem</p> <p>versis Teucris = Teucris qui fugiunt metit = necat agit limitem = aperit viam</p> <p>mensae ... = mensae ad quas, cum primum venit, invitatus est ad edendum</p> <p>viventes totidem = atque alios quattuor educat = educavit</p>	<p>Aeneia hospitia haud stabunt parvo [pretio] illi." Et talia fatus pressit laevo pede [eum] exanimem, rapiens immania pondera baltei impressumque nefas: manus iuvenum foede caesa sub una iugali nocte thalamique cruenti, [ea] quae Eurytides Clonus caelaverat multo auro; quo spolio nunc Turnus ovat atque, potitus, <500> gaudet. Mens hominum, nescia fati sortisque futurae et [nescia] servare modum, sublata rebus secundis! Erit tempus magno Turno cum optaverit intactum Pallanta emptum [esse] et cum oderit ista spolia atque [istam] diem. At socii, multo gemitu lacrimisque, frequentes referunt Pallanta impositum [super] scuto. O [tu], rediture parenti [ut] dolor atque magnum decus! Haec prima dies dedit te bello, haec eadem aufert [te] [a bello], cum tamen linquis ingentis acervos Rutulorum.</p> <p>Nec iam fama tanti mali advolat Aeneae, sed certior auctor <510> [nuntians] suos esse tenui discrimine leti, tempus [esse] succurrere versis Teucris. Metit gladio quaeque proxima [est] atque, ardens, agit limitem per latum agmen ferro, quaerens te, Turne, superbum nova caede. Omnia sunt in ipsis oculis [Aeneae]: Pallas, Evander, mensae quas primas [ut] advena tunc adiit, dextraeque datae. Hic rapit viventis quattuor iuvenes [a] Sulmone creatos, totidem quos Ufens educat,</p>
--	---

quos immolet = ut immolet eos

subit = vitat
astu (ablat.) = astute, astuto modo
Manes

surgentis = crescentis / gnato = filio

defossa = sub terra posita
facti infectique = caelati atque non
caelati / Teucrorum / hic = nunc
una .. : eventus proelii non mutabi-
tur quamvis sinas me vivere

perempto = necato

ista commercia = istas conventiones

capulo tenus = usque ad imum

infula: nom. sing.

tempora (= caput): acc. pl.
sacra vitta: ablat. sing.
agit campo = persequitur (dep.) per
campum
lapsus = postquam cadit

lecta = delecta = optima

creatus = natus

instaurant acies (acc. pl.) = instruunt
novam aciem / deiecerat = secave-
rat / Anxuris: genit.

quos immolet umbris [ut] inferias atque [ut] perfundat flammis <520>

rogi captivo sanguine. Inde procul contenderat infensam hastam

Mago: ille subit [eam] astu, at tremibunda hasta supervolat, et

amplectens genua [Magus] talia effatur supplex: "Per patrios Manes

et spes surgentis luli, precor te serves hanc animam gnatoque

patrique. Est [mihi] domus alta, talenta caelati argenti iacent [illic],

penitus defossa; sunt mihi pondera auri facti infectique. Victoria

Teucrum non vertitur hic aut una anima dabit tanta discrimina."

Cui Aeneas, contra, talia reddit: <530> "Parce tuis gnatis multa talenta

argenti atque auri quae memoras; Pallante perempto, Turnus iam

prior sustulit tum ista commercia belli. Hoc [sentiunt] Manes patris

Anchisae, hoc sentit lulus." Sic fatus, tenet galeam laeva [manu]

atque, reflexa cervice orantis, applicat ensem capulo tenus. Nec

procul [apparet] Haemonides, sacerdos Phoebi Triviaeque, cui infula

redimibat tempora sacra vitta, totus conlucens veste atque albis

insignibus. Quem congressus agit campo, atque superstans <540>

immolat [eum] lapsum atque tegit ingenti umbra; Serestus refert

[super suis] umeris lecta arma, tropaeum tibi, rex Gradive. Caeculus,

creatus [a] stirpe Volcani, et Umbro veniens [a] montibus Marsorum,

instaurant acies. Contra, Dardanides furit: deiecerat ense sinistram

[manum] Anxuris

orbem ferro = orbem ferreum

adfore verbo = adiuturam esse
verba [quae dixerat]

caelo = ad caelum

canitiem = albos capillos

crearat = pepererat (< pario)

reducta hasta = postquam retro

duxit hastam / impedit = pulsat

ingens onus clipei = clipeum oneros-
simum / terrae = ad terram

tepentem (= calidum) [sanguine]

super = insuper

condet = sepeliet / humi: locat.

onerabit = teget, operiet

linquere = linqueris (pass. fut.)

impasti = esurientes

protinus = statim, postea

prima agmina: hi duo pugnabant in
prima acie / satum = natum

qui ... agri = qui plurimos agros
habebat

manus: nom. pl.

streperet = strepitum faceret [pug-
nando]

enses / in toto aequore = per totam
planitiem

intepuit (< intepesco): propter
calidum sanguinem / quadriiuges

et totum orbem clipei ferro (ille dixerat aliquid magnum atque crediderat vim adfore [suo] verbo, atque fortasse ferebat [suum] animum caelo atque promiserat sibi canitiem et longos annos). Tarquitus, quem nympa Dryope crearat silvicolae Fauno, exsultans fulgentibus armis <550> contra, obvius obtulit sese [illi] ardenti. Ille, reducta hasta, impedit loriam atque ingens onus clipei, tum deturbat terrae caput [eius] nequiquam orantis et parantis multa dicere, atque, provolvens tepentem truncum, super fatur haec [ex] inimico pectore: "Nunc iace istic, metuende; optima mater non condet te humi atque [non] onerabit membra patrio sepulcro: relinquere alitibus feris, aut unda feret [te] mersum [in] gurgite atque impasti pisces lambent <560> [tua] vulnera."

Protinus persequitur Antaeum et Lucam, prima agmina Turni, fortemque Numam fulvumque Camertem, satum [e] magnanimo Volcente, qui fuit ditissimus Ausonidum agri et regnavit [in] tacitis Amyclis. Qualis Aegaeon, cui dicunt [fuisse] centum brachia centenasque manus [atque] ignem arsisse [e] quinquaginta oribus pectoribusque, cum contra fulmina Iovis streperet tot paribus clipeis [atque] stringeret tot ensis: sic Aeneas victor desaevit in toto aequore ut semel mucro intepuit. Quin, ecce, tendit in quadriiugis equos Niphaei <570> adversaque pectora [eorum].

viderunt / gradientem = venientem
 dira: acc. pl. n.
 effundunt = deiciunt / rapiunt currus
 (acc. pl.) = ducunt currum
 infert = inferunt
 albis biiugis [equis]: duo fratres in
 uno curru / rotat = agitat

tulit = passus est / furentes

adversa hasta: ablat.

Diomedis: genit.

vesano Ligeri (dat.) = a vesano Ligere
 (ablat.)

sed et = sed in vicem

hostes / ut = cum / in verbera: ut
 verberaret equos / admonuit =
 hortatus est / aptat = parat
 subit = intrat
 inguen: acc. / excussus = eiectus

arvis = per arva

segnis = turpis, ignominiosus
 currus: acc. pl.
 verterunt

iuga = currum

biiugos = duos equos

inertes / genuerunt

talem [ut es] / sine < sino, -ere

dudum = nuper

morere: pass. imperat.
 frater: quia frater alterius es

Atque illi, ut longe videre [eum] gradientem et frementem dira, versi
 metu atque ruentes retro effunduntque ducem rapiuntque currus ad
 litora. Interea Lucagus fraterque Liger infert se albis biiugis in medios;
 sed frater flectit equos habenis, acer Lucagus rotat strictum ensem.

Aeneas haud tulit [eos] furentis tanto fervore: inruit atque apparuit
 ingens adversa hasta. Cui Liger <580> [dicit]: "Non cernis equos
 Diomedis nec currum Achilli aut campos Phrygiae: nunc finis belli et
 [tui] aevi dabitur [in] his terris." Talia, vesano Ligeri dicta, volant late.

Sed et Troius heros non parat dicta contra, nam torquet iaculum in
 hostis. Ut Lucagus, pendens pronus in verbera, admonuit biiugos telo,
 dum, pede laevo proiecto, aptat se pugnae, hasta subit per imas oras
 fulgentis clipei, tum perforat laevum inguen; excussus [e] curru,
 moribundus, volvitur arvis. <590> Quem pius Aeneas adfatur amaris
 dictis: "Lucage, nulla segnis fuga equorum prodidit tuos currus aut
 vanae umbrae ex hostibus [venientes] vertere [currum]: [tu] ipse,
 saliens [a] rotis, deseris iuga."

Haec ita fatus, arripuit biiugos; infelix frater, delapsus [ex] eodem
 curru, tendebat inertis palmas: "Per te, per parentes qui genuere te
 talem, vir Troiane, sine hanc animam et miserere [mei] precantis."
 Aeneas [dicit] [ei] pluribus [verbis] oranti: "Dudum haud dabas talia
 dicta; morere et [tu], frater, <600>

ne desere = noli deserere
 recludit ... = aperit pectus, quod est
 latebrae animae
 talia funera edebat = tot hostes
 necabat
 more torrentis = idem ac torrens

nequiquam = frustra
 erumpunt = vi exeunt
 ultro = sua sponte

rebare = rebaris (< reor)

sustentat = adiuvat / fallit = decipit

vivida bello = parata ad bellum

quid = cur / sollicitas = turbas

aegram = maestam / foret = esset

decebat = deceret nunc
 non negares quin possem = mihi
 sineres

pugnae (dat.) = e pugna
 pereat, det: iussivum subiunct.
 deducit = accepit, habet

origine = stirpe

limina [templorum] / larga: ablat.

si oratur mora = si postulas moram

ponere hoc: iubere Turnum necari

fuga: ablat.
 vacat indulsisse = possum indulgere
 sin = sed si

inanes

ne desere fratrem." Tum mucrone recludit pectus, latebras animae.
 Talia funera edebat Dardanius ductor per campos, furens more
 torrentis aquae vel [more] atri turbinis.

Tandem puer Ascanius et iuventus nequiquam obsessa erumpunt et
 relinquunt castra. Interea Iuppiter ultro compellat Iunonem: "O
 germana atque eadem mihi gratissima coniunx; ut rebare, Venus
 sustentat Troianas opes (nec sententia fallit te); viris non est dextra
 vivida bello animusque ferox patiensque pericli." <610> Cui Iuno
 summissa [dicit]: "Quid, o pulcherrime coniunx, sollicitas [me]
 aegram et timentem tua tristia dicta? Namque si vis foret mihi in
 amore [ea] quae fuerat quondam quamque decebat esse, non
 negares mihi hoc, omnipotens, quin et possem subducere Turnum
 pugnae et servare [eum] incolumem parenti Dauno; nunc pereat
 atque det poenas Teucris pio sanguine. Ille tamen deducit nomen [e]
 nostra origine Pilumnusque [est] illi quartus pater, et saepe oneravit
 tua limina larga manu multisque donis." <620>

Cui rex aetherii Olympi sic breviter fatur: "Si oratur mora praesentis
 leti tempusque caduco iuveni atque sentis me ita ponere hoc, tolle
 Turnum fuga atque eripe [eum] [ab] instantibus fatibus: hactenus vacat
 indulsisse. Sin sub istis precibus latet ulla altior venia atque putas
 totum bellum moveri mutarive, pascis inanis spes."

gravaris voce = aperte dicere nonvis

rata = data, concessa

feror vana veri = fallor (dep.)

quod ut = quod si = sed si

ludar < ludo, -ere (= decipio, -ere)

orsa = consilia

succinta = circumdata

nube cava: ablat.

in faciem Aeneae = imitantem

Aenean

gressus (acc. pl.) euntis = modum

eundi

qualis fama est = sic ut dicunt

sopitos sensus (acc. pl.) durmientes

sensus

virum: Turnum

illa: imago / vertit vestigia = retro it

ut = cum

aversum cedere = fugere

hausit = accepit

ne desere = noli deserere

hac ... = mea dextra manus dabit tibi

tellus quam per undas quaerebas

[ponet te sub terram]

sua gaudia: plur. pro sing.

crepidine = prominenti parte

qua: ablat. fem. sing.

Et luno adlacrimans: "Quid si dares mente quae gravaris voce atque haec vita maneret rata Turno? Nunc gravis exitus manet [eum] insontem aut ego feror vana veri. <630> O, quod ut [ego] potius ludar falsa formidine, et [tu] reflectas tua orsa in melius, [tu] qui potes!"

Ubi dedit haec dicta, protinus, succinta nimbo, misit se [ab] alto caelo agens hiemem per auras, atque petivit Iliacam aciem et Laurentia castra. Tum dea ornat nube cava tenuem umbram sine viribus in faciem Aeneae (monstrum mirabile visu) Dardaniis telis, atque adsimulat clipeum iubasque divini capitis, dat [ei] inania verba, dat sonum sine mente atque effingit gressus [Aeneae] euntis, <640> qualis fama est figuras, morte obita, volitare, aut somnia quae deludunt sopitos sensus. At imago, laeta, exsultat ante primas acies iritatque virum telis et lacessit voce. Cui Turnus instat atque eminus conicit stridentem hastam; illa, tergo dato, vertit vestigia. Tum vero, ut Turnus credidit Aenean aversum cedere atque, turbidus, hausit inanem spem [in] animo, [dixit]: "Quo fugis, Aenea? Ne desere pactos thalamos; hac dextra dabitur tellus quaesita per undas." <650> Talia vociferans sequitur [eum] atque coruscat strictum mucronem, nec videt ventos ferre sua gaudia. Forte [illic] stabat ratis coniuncta crepidine celsi saxi, scalis expositis et ponte parato, qua advectus [erat] rex Osinius [ab] oris Clusinis.

conicit se = venit, intravit	Huc trepida imago Aeneae fugientis conicit sese in latebras, nec
moras = obstacula	segnior Turnus instat [eam] exsuperatque moras et transilit altos
pontes / rumpit = secat	pontis. Vix [Turnus] attigerat proram: Saturnia rumpit funem atque
avulsam < avello	rapit avulsam navem <660> per revoluta aequora. Aeneas autem poscit
illum: Turnum / virorum	in proelia illum absentem; demittit morti multa corpora obvia virum.
quaerit latebras = manet in latebris	Tum levis imago haud ultra quaerit iam latebras, sed sublime volans
immiscuit ... = occultavit se in atra nube	immiscuit se atrae nubi, cum interea turbo fert Turnum medio
medio aequore = per medium aequor	aequore. Respicit, ignarus rerum atque ingratus salutis, et cum voce
duplices / manus: acc. pl.	tendit duplicis manus ad sidera:
duxisti = putavisti / dignum + ablat.	"Omnipotens genitor, duxistine me dignum tanto crimine et voluisti
expendere = dare / tales	[me] expendere talis poenas? Quo feror? Unde abii? Quae fuga
quem = qualem / Laurentes	[ducit] me quemve reducit <670> [me]? Iterum videbo Laurentis muros
manus = parva grex / virorum	aut castra? Quid [fiet] illa manus virum qui secuti [sunt] me meaque
quosque = atque quos (≠ quosque < quisque, quaeque, quodque)	arma quosque (nefas!) omnis reliqui in infanda morte et nunc video
omnes / palantes / cadentium	palantis, atque accipio gemitum cadentum? Quid ago? Aut quae terra
ima: acc. pl. n.	iam dehiscat [sua] ima satis mihi? O potius vos, venti, miserescite:
adoro = oro	ferte ratem in rupes, in saxa ([ego], Turnus, volens adoro vos), atque
saevis vadis: dat. pl.	immittite [eam] saevis vadis syrtis, quo nec Rutuli nec conscia fama
syrtis: genit. sing.	sequatur me."
conscia fama = fama quae scit quid fecerim	
dedecus = opprobrium, ignominia	Memorans haec, fluctuat animo nunc huc, nunc illuc, <680> amens ob tantum dedecus,

induat sese mucrone = necet sese	an induat sese mucrone et exigat crudum ense per [suas] costas, an
in arma = in pugnam / Teucrorum	iaciat [se] mediis fluctibus et nando petat curva litora atque iterum
continuit = tenuit, impedivit	reddat se in arma Teucrum. Ter conatus [est] utramque viam, ter
labitur (dep.) = iter facit natans alta = altas undas	maxima luno, miserata animi, continuit atque repressit iuvenem. Labitur, secans alta fluctuque aestuque secundo, et defertur ad
succedit pugnae = intrat in pugnam	antiquam urbem patris Dauni.
ovantes	At interea Mezentius, ardens monitis Iovis, succedit pugnae atque
instant uni = impetum faciunt in unum	invadit Teucros ovantis. <690> Thyrrhenae acies concurrunt atque
velut = idem ac / prodit < prodeo	instant uni, uni viro, odiisque omnibus telisque frequentibus. Ille,
ponto: dat. / perfert = patitur (dep.)	velut rupes quae prodit in vastum aequor, obvia furiis ventorum
sternit humi = iacit ad solum, caedit	expostaque ponto, perfert cunctam vim atque minas caelique
occupat = pulsat	marisque, ipsa manens immota, sternit humi Hebrum, prolem
sinit Palmum volvi (pass. infinit.) = efficit ut Palmus volvat	Dolichaonis, cum quo [sternit quoque] Latagum Palmumque
succiso poplite = secto genu	fugacem; sed occupat Latagum saxo atque ingenti fragmine montis,
habere = ut habeat	[occupat] os [eius] faciemque adversam; sinit segnem Palmum volvi,
figere = ut figeat	succiso poplite, atque donat arma Lauso <700> habere [in] umeris et
nec non = et quoque	figere cristas [in] vertice.
Theano f.: nomin. sing.	Nec non [sternit] Phrygium Evanthem atque Mimanta, aequalem
una nocte et = eadem nocte qua praegnans face: Hecuba putabat se parturam esse facem	comitemque Paridis, quem Theano dedit in lucem, Amyco genitore,
occubat = iacet [mortuus]	una nocte et Cisseis regina, praegnans face, [dedit in lucem] Parim; Paris occubat [in] urbe paterna,

ora = litus	Laurens ora habet ignarum Mimanta. Ac velut ille aper, actus de altis
morsu canum = quia canes mordebant eum / defendit = protexit	montibus morsu canum, quem pinifer Vesulus defendit multos annos, atque [alius aper quem] Laurentia palus multos [annos] pascit
harundinea silva: ablat. sing. ventum est: locutio sine subiecto significans "aper venit" irasci: pass. infinit.	harundinea silva, postquam ventum est <710> inter retia, substitit infremuitque ferox et inhorruit armos, nec cuiquam [est] virtus irasci accedere propius, sed procul instant iaculis tutisque clamoribus:
non ulli (dat. sing.) = nemini non ulli est animus = nemo audet quibus ... irae = qui iuste oderunt Mezentium in omnes partes	haud aliter non ulli [eorum] quibus Mezentius est iustae irae est animus concurrere stricto ferro; lacesunt [eum] longe missilibus et vasto clamore. Ille autem impavidus cunctatur in omnis partis, infrendens dentibus, et decutit hastas [a] tergo.
decutit = aufert, detrahit	
Graius = Graecus / (re)linquens	Acron venerat de antiquis finibus Corythi, Graius homo, linquens
infectos = non factos, non confectos	profugus infectos hymenaeos. <720> Ubi [Mezentius] longe vidit hunc
pactae coniugis = quae futura coniunx ei dederat impastus = esuriens	media agmina miscentem, purpureum pennis et ostro pactae coniugis, ceu leo impastus peragrans saepe alta stabula (vesana enim
in cornua surgentem = qui cornua tollit hians = aperiens os immane: adverbium haeret visceribus = mordet visceras	fames suadet), si forte conspexit fugacem capream aut cervum in cornua surgentem, gaudet hians immane atque arrexit comas et haeret visceribus [caprae], incumbens super; taeter cruor lavit
hostes	improba ora: sic Mezentius, alacer, ruit in densos hostis. Acron infelix
sternitur = necatur	sternitur et expirans tundit atram <730> humum calcibus atque
cruentat = maculat sanguine infracta = fracta, rupta caecum vulnus = vulnus in tergo	cruentat infracta tela. Atque idem [Mezentius] haud dignatus est sternere fugientem Orodem nec dare caecum vulnus iacta cuspidem;

ei adverso = ad eum adversum	occurrit obvius atque [ei] adverso, atque contulit se vir viro, melior [vir] haud furto sed fortibus armis. Tum, posito pede super [eum]
abiectum = deturbatum hasta: ablat. / viri: vocat. pl. paeana: Graecus acc. sing.	abiectum et nixus hasta, [dicit]: "Viri, iacet altus Orodes, pars belli haud temnenda." Socii conclamant, secuti laetum paeana; ille autem expirans [dicit]: "Quicumque es, victor, non [hoc sic manebit] me
laetabere = laetaberis	inulto, nec laetabere longum [tempus]; paria fata <740> quoque
tenebis eadem arva = sepultus erit in eisdem arvis morere = moreris / divum = deorum	prospectant te atque mox tenebis eadem arva." Ad quae Mezentius subridens mixta ira [dicit]: "Nunc morere. Ast pater rex divum atque
viderit = consilium capiet	hominum viderit de me."
quies = tranquillitas	Hoc dicens eduxit telum [e] corpore. Dura quies et ferreus somnus
olli = illi	urget oculos olli, lumina clauduntur in aeternam noctem. Caedicus
obtruncat = necat	obtruncat Alcathoum, Sacrator [obtruncat] Hydaspem atque Rapo
praedurum = fortissimum	[obtruncat] Parthenium et Orsen, praedurum viribus; Messapus [obtruncat] Cloniumque Lycaoniumque Erichaeten, illum iacentem
lapsu equi: quia equus lapsus erat	<750> [in] tellure lapsu infrenis equi, hunc peditem. Et Lycius Agis
processerat = progressus erat deicit = sternit / expers (≠ expertus) + genit. = carens + ablat.	processerat pedes, quem tamen deicit Valerus, haud expers avitae virtutis; at Salius [deicit] Thronium atque Nealces [deicit] Salium
longe fallente = quae longe non videtur luctus: acc. pl.	insidiis, iaculo et sagitta longe fallente. Iam gravis Mavors aequabat luctus et mutua funera; pariter caedebant pariterque ruebant
neque ... illis = et nemo fugiebat	victores victique, neque his fuga nota [erat] neque illis. Di in tectis lovis miserantur inanem iram amborum

et [miserantur]	et tantos labores esse mortalibus; hinc Venus spectat; hinc, contra,
media (nominat.) = in medio stans	Saturnia luno. <760> Pallida Tisiphone saevit media inter milia.
turbidus = tamquam si turbo esset	At vero Mezentius, quatiens ingentem hastam, turbidus ingreditur
campo = per campum incedit pedes = ambulat	campo. Quam magnus Orion, cum incedit pedes scindens viam per maxima stagna medii Nerei, supereminet undas umero, aut referens
ornus, -i f. / solo = per solum	annosam ornum [de] summis montibus ingrediturque solo et condit
vastis armis = per vasta arma	caput inter nubila, talis Mezentius infert se vastis armis. Contra,
speculatus (< specular) = postquam vidit [hunc]	Aeneas, speculatus in longo agmine, parat ire obvius huic. Ille <770>
opperior, -iri (≠ operio, -ire) = exspecto, -are	manet imperterritus, opperians magnanimum hostem, et stat mole
emensus < emetior	sua; atque, emensus oculis quantum spatium satis [esset] hastae,
libro = iacio	[dicit]: "Dextra [manus], [quae est] deus mihi, et telum quod libro [ut]
adsint: iussivum subiunct.	missile adsint [mihi] nunc! Voveo te ipsum, Lause, indutum spoliis
tropaeum Aeneae: tropaeum meae victoriae contra Aenean	raptis [a] corpore praedonis, [futurum esse] tropaeum Aeneae." Dixit,
excussa (< excutio) = repulsa	atque eminus iecit stridentem hastam. At illa volans excussa est [a]
haeserat = consociaverat se	clipeo [Aeneae] proculque figit egregium Antoren inter latus et ilia,
alieno: quia hasta non in eum iacta erat, sed in Aenean	Antoren comitem Herculis, qui missus ab Argis haeserat Evandro
dulces	atque consederat [in] Itala urbe. <780> Infelix, sternitur alieno vulnere,
orbem = circumlum	atque moriens aspicit caelum et reminiscitur dulcis Argos.
aere < aes, aeris (≠ aer, aeris)	Tum pius Aeneas iacit hastam; illa transiit per cavum orbem triplici
tribus tauris = tribus pellibus tauri	aere, per linea terga atque opus intextum tribus tauris, atque ima
haud ... : hasta pervenit ad inguen iam sine viribus	sedit [in] inguine, sed haud pertulit viris [secum].

femine < femen, -minis n. = femur,
-oris n.
instat ei = impetum facit contra eum
amore = propter amorem

(ali)qua / vetustas = posteritas
fero fidem = monstro ut verum

clipeo: hastile erat in clipeo fixum

subiit mucronem = se contulit
contra gladium

morando = compellens eum morari
sustinuit = detinuit
parma = scuto

tectus tenet se = tegit se

(ali)quando

campis = per campos

ripis amnis: aliquando ripae formam
arcus habent / fornice = arcu
exercere diem = laborare per tem-
pus quod restat diei / obrutus =
circumdatus / nubem belli = nu-
bem telorum / dum detonet =
donec cesset

maiora tuis viribus = res quae nimis
magnae sunt tibi

Aeneas, laetus, sanguine Tyrrheni viso, ocius eripit ensem a femine et, fervidus, instat [ei] trepidanti. Lausus, ut vidit, ingemuit graviter amore cari genitoris, lacrimaeque volutae <790> [sunt] per ora.

Hic non equidem [silebo] casum [tuae] durae mortis tuaque optima facta, si qua vetustas latura est fidem tanto operi, nec silebo te, memorande iuvenis; ille, pedem referens et inutilis atque inligatus, cedebat atque trahebat inimicum hastile clipeo; iuvenis proripuit atque sese immiscuit armis [hostium], atque subiit mucronem Aeneae iam dextra [manu] adsurgentis plagamque ferentis atque, morando, sustinuit [eum] ipsum. Socii sequuntur magno clamore, dum genitor abiret, <800> protectus parma nati, atque coniciunt tela perturbantque hostem missilibus eminus. Aeneas furit atque tectus tenet se.

Ac velut si quando nimbi praecipitant effusa grandine, omnis arator et omnis agricola diffugit campis, et viator latet [in] tuta arce aut [in] ripis amnis aut [sub] fornice alti saxi, dum pluit in terris, ut sole reducto possint exercere diem: sic Aeneas, obrutus undique telis, sustinet nubem belli, dum omnis [nubes] detonet, et increpitat Lausum atque minatur <810> Lauso:

"Quo ruis, moriture, atque audes maiora [tuis] viribus? Pietas tua fallit te incautum."

saevae ... = Dardanius ductor monstrat suas saevas iras
 extrema = ultima / Lauso (dat.) = vitae Lausi
 recondit = figit

parmam = scutum

sinum [tunicae]

concedo = cedo / Manes

ut = cum
 miris modis: plur. pro sing.
 imago patriae pietatis = imago pii patris
 subiit = intravit

habe = conserva

cineri < cinis, -eris m.

(ali)qua / solabere = solaberis
 hoc: ablat.

cunctantes

de more = ut solebant
 ad undam = iuxta ripam
 adclinis = pronus

levabat = allevabat
 aereus < aes, aeris (≠ aerius < aer, aeris)

fovet colla = lenit collum (fortasse sustentans caput manu)
 barbam: acc. respectus
 multum = multos

Nec minus ille demens exsultat, iamque saevae irae surgunt Dardanio ductori, atque Parcae legunt extrema fila Lauso, namque Aeneas exigit validum ensem per medium iuvenem atque recondit totum; mucro transiit et parmam, levia arma minacis [viri], et tunicam quam mater neverat molli auro, atque sanguis implevit sinum; tum vita concessit maesta per auras ad Manis atque reliquit <820> corpus. At vero, ut vidit vultum et ora [eius] morientis, ora miris modis pallentia, miserans ingemuit graviter atque tetendit dextram, et imago patriae pietatis subiit mentem. "Quid, miserande puer, pius Aeneas dabit tibi nunc pro laudibus istis, quid [dabit tibi] dignum tanta indole? Habe tua arma, quibus laetatus [eras]; atque remitto te Manibus et cineri parentum, si qua cura est ea [tibi]; tamen solabere miseram mortem hoc, infelix: cadis dextra [manu] magni Aeneae."

Increpat ultro <830> cunctantis socios et [a] terra sublevat ipsum, turpantem sanguine capillos comptos de more. Interea genitor ad undam fluminis Tiberini siccabat vulnera lymphis atque, adclinis trunco arboris, levabat corpus. Procul, aerea galea dependet [e] ramis et gravia arma quiescunt [in] prato. Lecti iuvenes stant circum; ipse, aeger, anhelans, fovet colla, fusus barbam propexam in pectore; rogitat multa super Lauso, atque remittit multum qui revocent [eum] atque ferant [ei] mandata maesti parentis. <840>

mens praesaga mali = mens quae e
longinquo videt malum
agnovit gemitum = sensit quid
acciderit
inhaeret corpore = amplectitur
(dep.) corpus

succedere hostili dextrae = pugnare
contra hostes
per vulnera tua = vulneribus tuis

alte adactum = in imo pectore
iacens

patriae: dat.

omnes mortes

in aegrum femur = utens femore
quod vulnus habet
alto vulnere = propter altum vulnus
haud deiectus = animosus
hoc: equus ("hoc" neutrum est quia
congruit "decus" et "solamen")

(ali)qua / est = manet

cruenti Aeneae (dat.) = cruentis
Aeneae (genit.)

dignaberis

At socii, flentes, ferebant Lausum exanimem super arma, ingentem
atque ingenti vulnere victum. Longe, mens praesaga mali agnovit
gemitum. Deformat canitiem multo pulvere et tendit ambas palmas
ad caelum et inhaeret corpore [filii]:

"Tanta voluptas vivendi tenuit me, nate, ut paterer [illum] quem
genui succedere hostili dextrae pro me? Genitorne [ego] servor per
haec vulnera tua, vivens morte tua? Heu, nunc demum infelix exitium
[apparet] mihi misero, nunc [apparet mihi] vulnus alte adactum! <850>
Ego idem, nate, pulsus [ex] solio sceptrisque paternis ob invidiam,
maculavi tuum nomen crimine. Debueram [dare] poenas patriae
odiisque meorum. Ipse dedissem animam sontem per omnis mortis!
Nunc vivo neque adhuc relinquo homines lucemque. Sed linquam."
Simul hoc dicens attollit se in aegrum femur et, quamquam vis tardat
alto vulnere, haud deiectus iubet equum duci [ad se]. Illi hoc [erat]
decus, hoc erat solamen, hoc abibat victor [ex] omnibus bellis.
Adloquitur maerentem [equum] et inquit <860> talibus [dictis]: "Rhaebe,
viximus diu, si qua ulla res diu est mortalibus. Aut hodie victor referes
illa spolia et caput cruenti Aeneae atque eris mecum ultor dolorum
Lausi, aut, si nulla vis aperit viam, pariter occumbes; neque enim,
fortissime, dignabere pati aliena iussa et Teucros [ut] dominos,
credo."

exceptus t. = in equum ascendens
 consueta: quia equus saepe ferebat
 filium / manus: acc. pl.
 equina crista: ablat. sing.
 aestuat = fervet

conscia virtus = conscientia virtutis

deorum

tantum = solum

subit = it / quid = cur

qua: ablat. sing.

nec parcimus ulli divum = atque
 parcimus nulli deo

super = insuper

gyrus, -i = circulus, -i

sustinet = resistit
 in laevos orbis: quia Aeneas
 sustinet scutum dextera manu
 silvam: silvam hastarum quae in
 scuto fixae manent
 traxisse tot moras = expectavisse
 tantum temporis
 iniqua: quia Mezentius equum habet
 tempora = latera capitis

effusum = casum

incumbit = cadit
 armo < armus, -i m.

Dixit et, exceptus tergo, locavit consueta membra atque oneravit
 ambas manus acutis iaculis, fulgens caput aere atque hirsutus equina
 crista. Sic rapidus dedit cursum in medios. In uno corde aestuat
 ingens <870> pudor atque insania mixto luctu et amor agitated furiis et
 conscia virtus. Atque hic vocavit Aenean ter magna voce. Aeneas
 enim agnovit laetusque precatur: "Sic ille pater deum faciat, sic altus
 Apollo [faciat], [ut] incipias conferre manum [mecum]." Tantum [hoc]
 effatus [est], et subit obvius [ei] infesta hasta. Ille autem: "Quid
 terres me, saevissime, nato erepto? Haec fuit sola via qua posses
 perdere [me]: nec horremus mortem nec parcimus ulli <880> divum.
 Desine, nam venio moriturus et prius porto tibi haec dona."

Dixit, atque intorsit telum in hostem; inde, super, figitque aliud atque
 aliud [telum] volatque [telum] ingenti gyro, sed aureus umbo
 sustinet. Ter equitavit in laevos orbis circum [eum] astantem, iaciens
 tela manu, ter Troius heros circumfert secum immanem silvam [in]
 aerato tegmine. Inde, ubi [eum] taedet traxisse tot moras, vellere tot
 spicula, et congressus [in] iniqua pugna urgetur, movens multa [in]
 animo iam tandem erumpit et conicit hastam inter <890> cava tempora
 bellatoris equi. Quadripes tollit se arrectum et verberat auras
 calcibus, atque, ipse super secutus effusum equitem, incumbit
 cernuus, eiecto armo, atque implicat [eum].

super: adverbium

effera = maxime fera

hausit caelum = accepit aera (Graecus acc.)

quid = cur

pepigit = fecit / (ali)qua

patiari: imperat. / tegi: pass. infinit.

defende hunc furorem = defende me ab hoc furore
consortem = comitem

undanti cruore: tamquam si anima in cruore esset

Troes Latinique incendunt caelum clamore. Aeneas advolat atque eripit ensem [e] vagina et super [dicit] haec: "Ubi [est] nunc acer Mezentius et illa effera vis animi?" Contra, Tyrrhenus, ut suspiciens auras hausit caelum atque recepit [suam] mentem, [dicit]:

"Amare hostis, quid increpitas atque minaris <900> mortem [mihi]? Nullum nefas [est] in caede, nec sic veni ad proelia, nec meus Lausus pepigit haec foedera tecum mihi. Hoc unum oro, per [veniam], si qua venia est victis hostibus: patiari corpus tegi humo. Scio acerba odia meorum circumstare [me]; defende hunc furorem, oro, et concede me [esse] consortem nati [in] sepulcro." Haec loquitur, atque haud inscius accipit ensem [in] iugulo atque diffundit animam in arma undanti cruore.

LIBER XI

et ... atque ... = et ... et ...

praecipitant = monent

solvevat = perficiebat / deorum

decisis = secatis, ablatis (quercum sine ramis)

Interea, Aurora surgens reliquit Oceanum. Aeneas, quamquam et curae praecipitant dare tempus sociis humanis atque mens est turbata funere, victor solvebat vota deum primo Eoo. Constituit [in] tumulto ingentem quercum, decisis undique ramis, atque induit fulgentia arma, exuvias ducis Mezenti,

rorantes	tropaeum tibi, magne bellipotens; aptat cristas rorantis sanguine
trunca viri = erepta a viro thoraca: Graecus acc. / petitum = percussum / bis sex = XII	telaque trunca viri, et thoraca petatum atque bis sex locis perfossum, atque sinistrae <10> [parti] subligat clipeum ex aere [factum] atque
incipiens hortatur (dep.) = incipit hortari ovantes / stipata = cumulata, compressa	suspendit eburnum ense[m] [a] collo. Tum sic incipiens hortatur ovantis socios (namque omnis turba ducum tegebat eum stipata):
abesto omnis timor = relinquit omnem timorem superest = adhuc manet	"Maxima res effecta [est], viri; abesto omnis timor quod superest; haec sunt spolia et primitiae de rege superbo atque hic est Mezentius
manibus meis = qualem ego eum reliqui praesumite = exspectate / (ali)qua	manibus meis. Nunc nobis [manet] iter ad regem murosque Latinos. Parate arma, praesumite bellum animis et spe, ne qua mora impediatur
sententia = cogitatio	[nos] ignaros segnisve sententia tardet [nos] metu, ubi primum superi aduerint vellere signa atque educere pubem [e] castris. <20>
vellere = rapere, tollere pubem = iuvenes terrae (dat.) = in terram	Interea mandemus socios inhumataque corpora terrae, solus honos qui est sub imo Acheronte. Ite," ait, "decorate supremis muneribus
muneribus = donis	egregias animas quae peperere nobis hanc patriam suo sanguine, atque primus ad maestam urbem Evandri mittatur Pallas, quem non
pepererunt = praebuerunt, paraverunt	egentem virtutis atra dies abstulit et mersit [in] acerbo funere."
egentem virtutis = carentem virtute acerbo = acri	Sic ait inlacrimans, recipitque gressum ad limina ubi servabat positum corpus exanimi Pallantis senior Acoetes, <30> qui ante fuit armiger
recipit gressum = ivit	Parrhasio Evandro, sed tum ibat datus [ut] comes caro alumno
ante = antea	auspiciis non aequae felicitibus.
caro alumno: dat.	

famulum = famulorum	Circum, [stabat] omnisque manus famulum Troianaque turba et
sese ... = intravit in altas fores	Iliades, solutae maestum crinem de more. Ut vero Aeneas sese intulit
tunsis = pulsus	altis foribus, tollunt ad sidera ingentem gemitum, tunsis pectoribus,
patens = apertum	atque regia immugit maesto luctu. Ipse, ut vidit caput fultum et ora
Ausoniae cuspidis = (ab) Ausonia hasta factum	nivei Pallantis et patens vulnus <40> Ausoniae cuspidis in levi pectore, ita fatur obortis lacrimis:
mihi = laedens me	"Miserande puer," inquit, "inviditne te Fortuna mihi, cum veniret
vehereris	laeta [ad me], ne videres regna nostra neque veherere ad paternas
discedens = cum abirem	sedes? Discedens, non haec promissa de te dederam [tuo] parenti
in = contra	Evandro, cum, complexus me, mitteret [me] euntem in magnum
[cum] moneret / acres	imperium metuensque moneret [eos] esse acris viros, proelia [futura
multum = omnino	esse] cum dura gente. Et nunc ille quidem, multum captus inani spe,
fors et = fortasse quoque	fors et facit vota cumulatque altaria donis. <50> Nos, maesti,
cumulat altaria donis = cumulat dona super altaribus	comitamur vano honore iuvenem exanimum et iam nil debentem
exanimum = sine anima, mortuum	caelestibus ullis. Infelix, videbis crudele funus [tui] nati! Hi [sunt]
reditus: nom. pl.	nostri reditus exspectatique triumphis? Haec [est] mea magna fides?
pudendis vulneribus = vulneribus in tergo acceptis, fugientem	At non aspicias, Evandre, [eum] pulsum pudendis vulneribus, nec [ut]
sospes, -itis = qui suam vitam servat	pater optabis dirum funus sospite nato. Ei mihi, quantum praesidium
praesidium = defensio, auxilium	perdis, Ausonia, et quantum tu [perdis], lule!"
haec deflevit = haec flens dixit	Ubi haec deflevit, imperat miserabile corpus tolli, et mittit <60> mille
lectos = delectos	viros ex agmine toto lectos

luctus: genit.

crates

obtentus, -us m. = actio tegendi
obtentu frondis = frondes super
tumulum ponentes
hic = in hoc loco

dum: adverbium, nulla coniunctio

atque = neque / vires

vestes / rigentes

laeta laborum = laeta hunc laborem
faciens
discreverat = ornaverat

obnubit = operuit / arsuras < ardeo

praemia Laurentis pugnae = praemia
in pugna contra Laurentes capta
spolio te pecunia (ablat.) = capio
pecuniam a te
manus: acc. pl. / quos = ut eos

umbris = ad umbras
inferiae, -arum = sacrificium

figi (pass. infinit.) = scribi

aevo = aetate / foedans = laedens

proiectus = iaciens se ipsum
terrae: locat.
currus: acc. pl.

qui comitentur supremum honorem intersintque lacrimis patris,
exigua solacia ingentis luctus, sed debita misero patri. Alii, haud
segnes, texunt cratis et molle feretrum arbuteis virgis et querno
vimine, atque inumbrant exstructos toros obtentu frondis. Hic
ponunt iuvenem sublimem [in] agresti stramine, qualem florem
demessum virgineo pollice, seu mollis violae, seu languentis
hyacinthi, cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit, <70>
[sed] mater tellus iam non alit [eum] atque ministrat viris [ei].

Tum Aeneas extulit geminas vestis auroque ostroque rigentis, quas
ipsa Sidonia Dido, laeta laborum, quondam fecerat suis manibus illi et
discreverat telas tenui auro. Maestus, induit unam harum [vestium]
iuveni, supremum honorem, atque obnubit arsuras comas amictu,
atque praeterea aggerat multa praemia Laurentis pugnae et iubet
praedam duci longo ordine; addit equos et tela quibus spoliaverat
hostem. <80> Et vinxerat post terga manus [eorum] quos mitteret
umbris [ut] inferias, sparsurus flammam caeso sanguine, atque iubet
ipsos duces, indutos hostilibus armis, ferre truncos inimicaeque
nomina figi [in truncis].

Infelix Acoetus ducitur, confectus aevo, nunc foedans pectora pugnis,
nunc [foedans] ora ungibus, et proiectus sternitur terrae toto
corpore; et ducunt currus, perfusos Rutulo sanguine.

post = postea	Post, bellator equus Aethon, insignibus positus, it lacrimans atque
ora = faciem / guttis [lacrimarum]	umectat ora <90> grandibus guttis. Alii ferunt hastam galeamque, nam
maesta = tristis	Turnus victor habet cetera [arma]. Tum maesta phalanx Teucricque
versis armis: ut mos erat eis	sequuntur atque Tyrrheni omnes et, versis armis, Arcades. Postquam
substitit = gradum stetit, finem ambulandi fecti	longe omnis ordo comitum praecesserat, Aeneas substitit atque
ad alias lacrimas: debent alios comites sepelire	addidit haec alto gemitu: "Eadem horrida fata belli vocant nos hinc ad alias lacrimas. Salve [in] aeternum mihi, maxime Palla, atque vale [in] aeternum."
ferebat gressum = ambulabat	Nec plura effatus tendebat ad altos muros atque ferebat gressum in
velati = operti	castra. Iamque oratores ex urbe Latina <100> aderant, velati ramis
[Aeneas] redderet	oleae atque rogantes veniam: redderet corpora quae iacebant fusa
ferro = gladiis necata	per campos ferro ac sineret succedere terrae tumulo; nullum
succedere terrae tumulo = sepelire	certamen [esse] cum victis et cassis aethere; parceret [eis], quondam
cassus aethere = mortuus, qui lucem iam non videt	hospitibus socerisque vocatis. Quos haud aspernanda precantis
precantes	bonus Aeneas prosequitur venia et insuper addit haec verbis:
venia: ablat.	"Quaenam indigna fortuna, Latini, implicuit vos [in] tanto bello, qui
quaenam = quae / [vos] qui	fugiatis nos [ut] amicos? Oratis [a] me pacem exanimis et peremptis
fugiatis = vitetis	<110> sorte Martis? Equidem vellem concedere [pacem] et vivis. Nec
exanimis et peremptis (= mortuis): dat. pl. / et vivis = quoque vivis	veni, nisi fata dedissent locum sedemque, nec gero bellum cum
veni = venissem	[vestra] gente; rex reliquit nostra hospitia et potius credidit se armis
nostra hospitia = foedus nobiscum factum	Turni. Aequius fuerat Turnum opponere se huic morti.
credidit se armis = posuit suam spem in armis	

vixet = vixisset

supponite ... = write corpora
miserorum civium

obstipuerunt

tenebant ora = nihil dicebant

crimine = accusationibus

fama: ablat.

miror (dep.) + genit.

grati = laeti / (ali)qua

viam = methodum
quaerat Turnus = sinamus Turnum
quaerere / et iuvabit = quoque
placebit / fatales
subvectare = ferre

fremebant = murmurabant
pepigerunt / bis senos = XII
sequestra = in medio posita

erraverunt

pinus: acc. pl. fem. / scindere = in
duas partes dividere
vectare = trahere

luctus: genit. sing.

Pallanta: Graecus acc.

ruerunt / vetusto = antiquo

rapuerunt

Si [Turnus] apparat finire bellum manu, si [apparat] pellere Teucros, decuit concurrere mecum his telis: vixet [is] cui deus aut sua dextra dedisset vitam. Nunc ite et supponite ignem miseris civibus [vestris]."

Dixerat Aeneas. Illi obstipuere silentes <120> atque conversi oculos inter se, atque tenebant ora. Tum Drances, senior semperque infensus iuveni Turno odiis et crimine, vicissim sic refert orsa [dicta] ore: "O vir Troiane, ingens fama, ingentior armis, quibus laudibus aequem te caelo? Prius mirer iustitiaene laborumne belli? Nos vero grati referemus haec [verba tua] ad urbem patriam et, si qua Fortuna dederit viam, iungemus te regi Latino. Quaerat Turnus foedera sibi. Quin, et iuvabit attollere fatalis moles <130> murorum atque subvectare Troiana saxa [nostris] umeris."

Haec dixerat, atque omnes fremebant eadem uno ore. Pepigere bis senos dies et, pace sequestra, Teucro atque Latini mixti impune erravere [in] iugis per silvas. Alta fraxinus sonat bipenni ferro, evertunt pinus ad sidera actas, nec cessant scindere robora et olentem cedrum cuneis nec vectare ornos gementibus plaustris.

Et iam Fama volans, praenuntia tanti luctus, replet <140> Evandrum Evandrique domos et moenia, [Fama] quae modo ferebat Pallanta victorem [in] Latio. Arcades ruere ad portas et, de more vetusto, rapuere funereas faces;

Phrygum: genit. pl.

succedere tectis = intrare in tecta

non ulla = nulla / potis est = potest

super = insuper / procubuit = se
iactavit / haeret [corpori]

via ... = dolor dedit ei viam ad lo-
quendum

velles < volo / ut ... = ut cautius
pugnaturus esses in saevo bello
quantum posset = quam iucunda
esset, quantum alliceret

rudimenta = primus conatus

nulli (dat. agentis) = a nullo

neque servata = atque felix quia non
servata es

ut .. = ut longius quam filius viverem
obruerent = utinam obruissent

Troum: genit. pl.

me [mortuum]

arguerim = culpaverim

hospitio = ut signum hospitalitatis

senectae = senectuti

quod si = sed si

manebat gnatum = exspectabat
filium / ante = antea

via lucet longo ordine flammaram et late discriminat agros. Contra, turba Phrygum veniens iungit [eis] [sua] plangentia agmina. Quae postquam matres viderunt succedere tectis, incendunt clamoribus maestam urbem. At non ulla vis potis est tenere Evandrum, sed venit in medios. Pallante [in] feretro reposto, super procubuit atque haeret lacrimansque gemensque, <150> et vix tandem via voci laxata est dolore:

"O Palla, non dederas haec promissa parenti, ut velles cautius credere te saevo Marti. Haud ignarus eram quantum posset nova gloria in armis et praedulce decus [in] primo certamine. Miserae primitiae iuvenis atque dura rudimenta propinqui belli, et vota exaudita nulli deorum, atque preces meae! Tuque, o sanctissima coniunx, felix morte tua neque servata in hunc dolorem! Ego, contra, vici mea fata vivendo, ut genitor restarem superstes. <160> Obruerent [me] Rutuli telis, secutum socia arma Troum! Ipse dedissem animam atque haec pompa referret me domum, non Pallanta. Nec arguerim vos, Teucri, nec foedera nec dextras quas iunximus hospitio: ista sors debita erat nostrae senectae.

Quod si immatura mors manebat gnatum, iuvabit [scire] [eum] cecidisse ducentem Teucros in Latium, caesis Volscorum milibus ante.

dignor (dep.) te alio funere = puto te
dignum esse alteris funeris
atque = quoque

Tyrrhenum: genit. pl.

in armis = armis tectus

quid = cur

quod moror (dep.) = si moror

perempto = mortuo, necato
quam vides ... : tua manus debet ne-
care Turnum nobis / gnato = filio

Manes

referens = iterum ferens

constituerunt = paraverunt

quisque (sing.) tulerunt (pl.):
constructio ad sensum
conditur = celatur

decurrerunt

lustraverunt, dederunt
in equis = equitantes
ululatus: acc. pl.

virorum / caelo = ad caelum

derepta = rapta, capta / enses

ferventes

Quin, ego non digner te alio funere, Palla, quam [quo dignantur te]
pius Aeneas et quam magni Phryges et quam <170> atque Tyrrheni
duces, omnis exercitus Tyrrhenum. Ferunt magna tropaea [eorum]
quos tua dextera dat leto. Tu, Turne, quoque stares [ut] immanis
truncus in armis, si aetas [eius] esset par [aetati tuae] et idem robur
ab annis [datus]. Sed quid, infelix, demoror Teucros [ab] armis?
Vadite et, memores, referte regi haec mandata: quod moror invisam
vitam, perempto Pallante, causa est tua dextera, quam vides debere
Turnum gnatoque patrique. Hic solus locus vacat tibi meritis [tuis]
fortunaque [tua]. Non quaero <180> [haec ut] gaudia vitae, nec fas
[esset], sed [quaero] perferre [haec] [meo] gnato sub imos Manis."

Aurora interea extulerat almam lucem miseris mortalibus, referens
opera atque labores. Iam pater Aeneas, iam Tarchon constituere
pyras in curvo litore. Huc quisque tulere corpora suorum more
patrum, subiectisque ignibus atris altum caelum conditur in tenebras
caligine. Ter cincti fulgentibus armis decurrere accensos rogos
circum, ter lustravere maestum ignem funeris in equis atque dedere
<190> ululatus [ex] ore. Et tellus spargitur lacrimis, et arma sparguntur,
clamorque virum clangorque tubarum it caelo. Hic alii coniciunt igni
spolia [ex] occisis Latinis derepta, galeas decorosque ensis frenaque
ferventisque rotas;

	pars [conicit igni] nota munera: clipeos ipsorum et non felicia tela.
boum: genit. pl. / mactantur = sacrificantur	Circa, multa corpora boum mactantur Morti, atque iugulant in
saetigeros: qui multos pilos habent	flammam saetigeros sues atque pecudes ex omnibus agris raptas.
ardentes	Tum spectant socios ardentis [in] toto litore atque servant <200>
avelli (pass. infinit.) = abire	semusta busta, neque possunt avelli donec umida nox invertit
aptum = ornatum / et = quoque	caelum, stellis ardentibus aptum. Nec minus et miseri Latini in diversa
struxerunt	parte struxere innumeras pyras, et partim infodiunt multa corpora
virorum / terrae: dat.	virum terrae, atque partim tollunt avecta [corpora] in finitimos agros
cetera [corpora]	atque remittunt [ea] urbi. Cremant cetera atque confusa, ingentem
nec numero: nesciebant quot essent	acervum caedis, nec numero nec honore; tunc undique vasti agri
nec honore: nullum honorem	certatim conlucent crebris ignibus.
acceperunt	
maerentes = tristes	Tertia lux dimoverat gelidam umbram <210> [e] caelo; maerentes,
ruebant = colligebant	ruebant altum cinerem et ossa confusa [e] focus atque onerabant [ea]
onerabant = tegebant	tepido aggere terrae. Iam vero in tectis, [in] urbe praedivitis Latini,
	[audiebatur] praecipuus fragor et maxima pars longi luctus. Hic
luctus: genit. sing.	matres miseraeque nurus, hic cara pectora sororum maerentum
nurus: nom. pl. fem. / maerentium	puerique parentibus orbi exsecrantur dirum bellum atque
parentibus orbi = sine parentibus	hymenaeos Turni: iubent ipsum decernere armis atque ipsum
exsecrantur (dep.) = maledicunt	[decernere] ferro, [ipsum] qui poscat sibi regnum Italiae et primos
qui poscat = quia poscit	honores. Saevus Drances ingravat haec, atque testatur Turnum solum
testatur (dep.) = proponit	vocari, <220> solum posci in certamina.

sententia: sing. pro pl.
 variis dictis: multorum qui loquuntur
 obumbrat = adiuvat, favet

motus: acc. pl.

super = insuper / Diomedis: genit.

actum = impetratum
 impensa, -ae = pecunia ad aliquid
 obtinendum

petendum (neut.) = petendam

deficit = debilior fit, minuetur
 deorum / admonet = indicat ei

cogit = vocat

accitos = vocatos / Illi convenerunt

aevo = aetate

primus sceptris = primus quia
 sceptrum habet (quia rex est)
 quae referant: obliqua quaestio
 cuncta = omnia

parens < pareo (≠ parens, -entis <
 pario)

farier = fari

iter emensi = post longum iter

omnes casus: acc. pl.

Ilia tellus concidit = Troia cecidit
 ille: Diomedes

Garganus: nomen montis in Apulia
 lapyx, -ygis: nomen venti

copia fandi = venia loquendi

Simul, multa sententia [auditur] variis dictis pro Turno, et magnum nomen reginae obumbrat [virum], multa fama sustentat virum meritis tropaeis. Inter hos motus, in flagrante medio tumultu, ecce, super, maesti legati a magna urbe Diomedis ferunt responsa: nihil actum [esse] omnibus impensis tantorum operum, nil valuisse dona neque aurum nec magnas preces, alia arma quaerenda [esse] Latinis, aut petendum <230> [esse] pacem ab Troiano rege. Ipse rex Latinus deficit ingenti luctu: ira deum admonet fatalem Aeneam ferri [a] manifesto numine, atque recentes tumuli ante ora [quoque] admonent id]. Ergo cogit intra alta limina magnum concilium primosque suorum [suo] imperio accitos. Olli convenere fluuntque ad regia tecta plenis viis. Latinus sedet in mediis et maximus aevo et primus sceptris, fronte haud laeta, atque hic iubet legatos ex Aetola urbe remissos fari quae referant, et reposit <240> cuncta responsa suo ordine.

Tum facta [sunt] silentia linguis, et Venulus, parens dicto [regis], inquit ita farier: "Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra, atque iter emensi superavimus omnis casus, contigimusque manum [a] qua Ilia tellus concidit. Ille, victor, condebat urbem Argyripam, cognomine patriae gentis, [in] agris Gargani lapygis.

Postquam introgressi [sumus] et data [est] copia fandi,

docemus = dicimus / qui: interrogat.	praefерimus munera, docemus nomen patriamque, qui intulerint
quae: interrogat. / (ad) Arpos	bellum, quae causa attraxerit [nos] Arpos. <250>
vos quietos = vos qui nunc in pace vivitis	Ille, [verbis] auditis, placido ore sic reddidit haec: 'O fortunatae
ignota bella = bellum cuius eventum ignotum est	gentes, Saturnia regna, antiqui Ausonii, quae fortuna sollicitat vos
bellando: gerundium casu ablativo	quietos suadetque [vos] lacessere ignota bella? Quicumque
premat = habeat sub aquis	violavimus ferro Iliacos agros (mitto ea quae bellando exhausta [sunt] sub altis muris, [mitto] viros quos ille Simois premat), omnes
manus ... = nos, milites quorum etiam Priamus ipse misereretur (dep.)	expendimus infanda supplicia et poenas scelerum per orbem, manus miseranda vel Priamo: triste sidus Minervae scit [id], et Euboicae
cautes = saxa / abacti ... = profecti ex illo bello	cautes ultorque Caphereus <260> [sciunt]. Abacti ex illa militia ad
diversum litus = diversa litora	diversum litus, Atrides Menelaus exsulat adusque columnas Protei, [atque] Ulixes vidit Aetnaeos Cyclopos. Referam regna Neoptolemi
refero = narro / regna: pl. pro sing.	versosque Penatis Idomenei? Locrosne [referam], habitantes [in] Libyco litore? Ipse Mycenaeus, ductor magnorum Achivum, oppetiit
Penates	inter prima limina [a] dextra infandae coniugis: adulter subsedit
Achivum: genit. pl.	devictam Asiam. [Referam] deos invidisse ut [ego], redditus patrii aris, viderem <270> optatum coniugium et pulchra Calydon? Etiam
subsedit devictam Asiam = subsedit quoad Asia victa esset (et Agamemnon ut victor rediret)	nunc portenta horribili visu sequuntur [me] et amissi socii petierunt
invidisse ut ego viderem = invidisse mihi videnti	aethera pennis atque [ut] aves vagantur fluminibus (heu, dira supplicia meorum!) et implent scopulos lacrimosis vocibus. Haec
aethera: Graecus acc. fluminibus = per flumina	adeo speranda fuerunt mihi iam ex illo tempore
mihi: dat. agentis	

appetii ... ferro = impetum feci
 contra deos
 Veneris vulnere = vulnere in corpore
 Veneris facto
 eruta = deleta
 Pergama: plur. pro sing.

stetimus aspera tela = pugnavimus

contulimus manus (acc. pl.) ei =
 pugnavimus cum eo
 in clipeum: utcumque clipeum tollit

tales

versis = contrariis
 quidquid cessatum est = quidquid
 temporis mansimus
 victoria rettulit vestigia = victoria
 retardata est
 Graium = Graecorum

qua datur = dum fieri potest
 cavete concurrant = nolite pugnare
 cum eis

varius fremor = voces diversa
 dicentes
 Ausonidum: genit. pl. / morantur
 (dep.) = retinent / amnes

praefatus = vocans

infit = incipit [loqui] / antea
 statuisse = consilium cepisse
 cogere = vocare

cum, demens, appetii caelestia corpora ferro et violavi dextram
 Veneris vulnere. Ne vero, ne impellite me ad talis pugnas. Nec mihi
 [est] ullum bellum cum Teucris post eruta Pergama nec memini
 laetorve veterum malorum. <280> Vertite ad Aenean munera quae
 portatis ad me ab oris patriis; stetimus aspera tela contra [eum],
 contulimusque manus [ei]; credite [viro] experto quantus [ille]
 adsurgat in clipeum, quo turbine torqueat hastam. Si terra Idaea
 praeterea tulisset duo talis viros, Dardanus venisset ultro ad urbes
 Inachias, et [nunc] Graecia lugeret versis fatis. Quidquid cessatum est
 apud moenia durae Troiae, victoria Graium haesit manu Hectoris
 Aeneaeque et rettulit vestigia in decimum annum. <290> Ambo
 insignes animis, ambo [insignes] praestantibus armis, hic prior
 [insignis] pietate. Coeant dextrae in foedera qua datur; ast cavete
 concurrant arma armis.' Et simul audisti quae sint responsa regis, rex
 optime, et quae sit sententia [eius] [in hoc] magno bello."

Vix legati [dixerunt] ea, variusque fremor cucurrit per turbata ora
 Ausonidum, ceu cum saxa morantur rapidos amnis, fit murmur clauso
 gurgite vicinaeque ripae fremunt crepitantibus undis. Ut primum
 animi placati [sunt] et trepida ora quierunt, <300> rex, praefatus divos,
 infit ab alto solio: "Et vellem equidem statuisse de summa re ante,
 Latini, et melius fuerat cogere concilium non tali tempore,

absistere ferro = abstinere a ferro
(ali)quam
sit: desiderativum subiunct.

sit: obliqua quaestio

manus: acc. pl.
nec quemquam = neminem
quae plurima = tanta quanta
toto corpore = omnibus viribus
expediam = dicam, exponam

adhibete animos = audite

longus in = qui patet usque ad

fines

colles
cedat (sub. iussivum) amicitiae (dat.)
celsi = alti

dicamus = habeamus, faciamus

si ... = si hoc tantum desiderant

sin = sed si / fines

bis denas = viginti

naves / plures

ad undam = prope mare
carinis (dat.) = carinarum (gen.)
manus: acc. pl.

cum hostis adsidet muros. Gerimus bellum importunum cum gente deorum, cives, invictisque viris, quos nulla proelia fatigant nec victi possunt absistere ferro. Si quam spem habuistis in ascitis armis Aetolum, ponite [eam]. Quisque [sit] spes sibi, sed videtis quam angusta [sit] haec. Cetera rerum, [in] qua ruina <310> omnia iaceant percussa, sunt ante oculos interque vestras manus. Nec incuso quemquam. Quae plurima potuit esse virtus, fuit; certatum est toto corpore regni. Nunc adeo expediam [vobis] quae sit sententia [meae] dubiae menti, et docebo paucis [verbis]; adhibete animos.

Est mihi antiquus ager, proximus Tusco amni, longus in occasum, usque super Sicanos finis; Aurunci Rutulique serunt [eum], et exercent duros collis vomere, atque pascunt asperrima horum. Cedat haec omnis regio et plaga pinea celsi montis <320> amicitiae Teucrorum, et dicamus aequas leges foederis atque vocemus [eos] [ut] socios in regna. Considerant, si tantus [est] amor, et condant moenia. Sin animus [eorum] est capessere alios finis aliamque gentem possuntque decedere [a] nostro solo, texamus bis denas navis Italo robore; seu valent complere plures, omnis materies iacet ad undam; ipsi praecipiant numerum modumque carinis, nos demus aera, manus, navalia. Praeterea placet [mihi] centum oratores Latinos de prima gente ire,

qui ferant = ut ferant	qui ferant dicta et firment <330> foedera, atque praetendere manu
portantes	ramos pacis, portantis munera atque talenta auri eborisque et sellam
in medium = in commune, ad communem salutem	trabeamque, insignia nostri regni. Consulite in medium et succurrite
nostris fessis rebus = nostro fesso statu	[nostris] fessis rebus."
infensus = hostilis	Tum Drances idem, infensus, quem gloria Turni agitabat obliqua
lingua: ablat.	invidia stimulisque amaris, largus opum et melior lingua, sed dextera
non futtilis auctor = dignus audiendi	[manu] frigida bello, habitus [ut] non futtilis auctor [in] consiliis,
seditione = ad seditionem	potens seditione (materna nobilitas dabat huic superbum <340> genus, ferebat incertum [genus] de patre), surgit et his dictis onerat atque
aggerat = cumulat / (tu) consulis egentem + genit.	aggerat iras: "O bone rex, consulis rem nulli obscuram nec egentem
ferat = postulet	nostrae vocis: cuncti fatentur se scire quid ferat fortuna populi, sed
mussant = timent, haesitant	mussant dicere [hoc]. Det libertatem fandi atque remittat flatus [ille]
flatus (acc. pl.) = superbiam	ob cuius infaustum auspiciam moresque sinistros (dicam equidem,
licet = quamvis / lumina = oculos = vitas	licet minetur arma mortemque mihi) videmus tot lumina ducum
cum = dum	cecidisse totamque urbem consedisce [in] luctu, cum, fidens fugae,
temptat = aggreditur (dep.)	temptat <350> Troia castra et territat caelum armis. Adicias etiam
adicias (subiunc.) = adde (imperat.)	unum [donum] donis istis quae iubes plurima mitti dicique
quin des = ut non possis dare	Dardanidis, unum, optime regum, nec violentia ullius vincat te quin
	[ut] pater des natam egregio genero dignisque hymenaeis et iungas
quod si = sed si	hanc pacem aeterno foedere. Quod si tantus terror habet mentes et
	pectora,

obtestemur = supplicemus

remittat = det

quid = cur / proicis = mittis / cives

Latio: dat.

fingis = putas / invisum = inimicum
 nil moror (dep.) esse = non nego
 esse / en = ecce / pulsus = victus

sat = satis / ingentes

si dotalis ... cordi = si tantum amas
 dotalem regiam
 fer pectus in = pugna cum

ut ... = ut Turnus habeat regiam
 coniugem
 sternamus (sub.) = mori debemus
 (ali)qua
 (ali)quid / vocat = provocat

violentia = violentus animus
 dat gemitum = gemit
 copia fandi = potestas loquendi

manus (acc. pl.) = viros qui pugnent
 patribus vocatis = senatu convocato

distinet = impedit, procul tenet
 inundant = plene sunt
 tona ... = fac tumultum loquens

argue = accusa

obtestemur ipsum [Turnum] atque oremus veniam ab ipso: cedit,
 remittat proprium ius patriaeque.

Quid totiens proicis miseros civis <360> in aperta pericula, o caput et
 causa horum malorum Latio? Nulla salus [est] [in] bello, omnes
 poscimus te pacem, Turne, simul [poscimus] solum inviolabile pignus
 pacis. Ego primus, quem tu fingis tibi [esse] invisum (et nil moror
 esse), en supplex venio. Miserere tuorum, pone animos et abi pulsus.
 Fusi, vidimus sat funera et desolavimus ingentis agros. Aut, si fama
 movet [te], si concipis tantum robur [in] pectore et si dotalis regia
 adeo est cordi, aude atque, fidens, fer pectus in adversum hostem.
 <370> Scilicet, ut regia coniunx contingat Turno, nos, viles animae,
 inhumata infletaque turba, sternamur [in] campis? Etiam tu, si qua
 vis [est] tibi, si quid habes patrii Martis, aspice contra illum qui vocat
 [te]."

Violentia Turni exarsit talibus dictis. Dat gemitum rumpitque has
 voces [ex] imo pectore: "Larga quidem copia fandi [est] semper tibi,
 Drance, tum cum bella poscunt manus, patribusque vocatis primus
 ades. Sed curia non replenda est verbis, <380> quae tibi, tuto, magna
 volant dum agger murorum distinet hostem nec fossae inundant
 sanguine. Proinde tona [tuo] eloquio ([quod] solitum [est] tibi) atque
 argue me timoris, tu, Drance,

(nunc Turnus utitur irrisore modo)
 quando = quia / strages
 insignis < insignio, -ire
 licet experiaris = potes experiri
 nec = nam non

quid = cur / imus = eamus
 Mavors = Mars = audacia

pulsus = victus / merito = vera
 dicens / arguet = dicet

procubuisse = cecidisse = mortuam
 esse
 exutos (< exuo, -ere) = orbos
 experti sunt = viderunt

cane = dic

ne cessa = noli cessare

extollere = laudare / vires

premere = vituperare / et = quoque

Hadriacas undas = undas maris Ha-
 driaci

(nunc Turnus loquitur concilio)
 scelus artificis: Aeneas / et = quoque
 acerbat = auget
 (Numquam ... pectore: nunc Turnus
 iterum loquitur Dranci)

revertor (dep.) = iterum loquor

quando tua dextra dedit tot acervos stragis Teucrorum, passimque
 [tu] insignis agros tropaeis. Licet experiare quid possit [tua] vivida
 virtus, nec longe, scilicet, hostes quaerendi [sunt] nobis: undique
 circumstant muros. Imus in [eos] adversos. Quid cessas? An Mavors
 erit semper tibi in ventosa lingua pedibusque fugacibus istis? <390>
 Ego, pulsus? Aut, foedissime, quisquam merito arguet [me] pulsum
 [esse], [quisquam] qui videbit Thybrim crescere tumidum Iliaco
 sanguine et totam domum Evandri procubuisse cum stirpe atque
 Arcadas exutos armis? Haud ita Bitias et ingens Pandarus experti
 [sunt] me et mille quos [ego] victor [uno] die misi sub Tartara,
 inclusus muris atque saeptus hostili aggere. Nulla salus [est] in bello?
 Cane talia capiti Dardanio, demens, rebusque tuis. Proinde, ne cessa
 turbare omnia magno <400> metu atque extollere viris gentis bis
 victae, contra [ne cessa] premere arma Latini. Nunc et proceres
 Myrmidonum tremescunt Phrygia arma, nunc et Tydides et Larisaeus
 Achilles [timent ea], et Aufidus amnis retro fugit Hadriacas undas.
 Vel cum fingit se pavidum [esse] contra mea iurgia, scelus artificis, et
 acerbat [suum] crimen [sua] formidine. Numquam amittes talem
 animam hac dextra (absiste moveri); habitet tecum et sit in isto
 pectore. Nunc, pater, revertor <410> ad te et tua magna consulta. Si
 ultra ponis nullam spem in nostris armis,

deserti [a deis] / funditus = omnino

habet regressum = regredi potest
inertes

o si ... = o si parva pars nostrae
antiquae virtutis maneret!
laborum = inter suas difficultates

(ali)quid / procubuit = cecidit

et sin = sed si

supersunt auxilio = possunt iuvare

par = aequalis / per omnes

artus: acc. pl. / dies = tempus

aevi = temporis / rettulit = mutavit
revisens alterna = bona atque mala
alterna vice
in solido loco = in rebus secundis

miserunt

et = quoque

florentes

quod si = sed si
certamina: plur. pro sing.

manus: acc. pl. / adeo = tantum

animis (ablat.) = confidens, audax
licet vel = quamvis
praestet = superet

si tam deserti sumus et, semel agmine verso, funditus occidimus neque Fortuna habet regressum, oremus pacem et tendamus inertis dextras. Quamquam, o si quicquam solitae virtutis adesset! Mihi, fortunatusque laborum egregiusque animi ante alios est ille qui, ne videret quid tale, procubuit moriens et semel momordit humum ore. Et sin opes [sunt] nobis et adhuc iuventus [manet] intacta atque urbes Italae populique [Itali] supersunt <420> auxilio [nobis], et sin gloria venit Troianis cum multo sanguine (sunt illis sua funera, atque tempestas [est] par per omnis), cur indecores deficimus in primo limine? Cur ante tubam tremor occupat artus? Dies atque mutabilis labor varii aevi rettulit multa in melius; Fortuna, revisens alterna, lusit multos et rursus locavit [eos] in solido [loco].

Aetolus non erit nobis auxilio, et Arpi; at Messapus erit felixque Tolumnius et duces quos tot populi misere, nec parva gloria sequetur <430> delectos [e] Latio et Laurentibus agris. Est et Camilla, de egregia gente Volscorum, agens agmen equitum et catervas florentis aere. Quod si Teucri poscunt me solum in certamina idque placet tantumque obsto communibus bonis, Victoria exosa non fugit has manus adeo ut recusem temptare quicquam pro tanta spe. Ibo animis contra, licet vel ille praestet magnum Achillem atque induat arma paria, facta manibus Volcani.

devovi = trado, do, offero

animam = vitam

luat = solvat

tollat = obtineat

certantes = loquentes

agebant = tractabant

ruit = intrat currens

[dicit] Teucros

totis campis = per totos campos

extemplo = statim / vulgi = populi

haud mollibus = fortibus

mussant = tacent

vario dissensu = dum alii alias sen-

tentias dabant

consederunt

loquacia = stridentia

arrepto tempore = capiens occasio-

nem / cogite = convocate

corripuit sese = surrexit

extulit se = exivit

latis campis = per latos campos

aditus, turreis: acc. pl.

qua = per quem locum

Ego, Turnus, haud secundus ulli veterum virtute, devovi hanc [meam] animam vobis soceroque Latino. <440> Aeneas vocat [me] solum? Et oro vocet. Nec Drances, sive haec est ira deorum, potius luat [eam] [sua] morte, [neque,] sive est virtus et gloria, tollat [eas]."

Illi, certantes, agebant haec inter se de dubiis rebus: Aeneas movebat castra aciemque. Ecce, nuntius ruit per regia tecta ingenti tumultu atque implet urbem magnis terroribus: Teucros, instructos acie, Tyrrhenamque manum descendere a Tiberino flumine totis campis.

<450> Extemplo animi turbati [sunt] atque pectora vulgi concussa [sunt] et irae arrectae [sunt] stimulis haud mollibus. Trepidi, poscunt arma manu, iuventus fremit arma, patres maesti flent mussantque.

Hic clamor undique tollit se in auras vario dissensu, haud secus atque cum forte catervae avium consedere in alto luco, raucive cycni dant sonitum [in] piscoso amne Padusae per loquacia stagna. "Immo, o cives," ait Turnus arrepto tempore, "cogite concilium et sedentes <460> laudate pacem; illi ruunt in regna armis." Nec plura locutus

corripuit sese et citus extulit [se] [ex] altis tectis. "Tu, Voluse, edice maniplis Volscorum armari," ait, "et duc Rutulos. Messapus et Coras cum [tuo] fratre diffundite equitem in armis latis campis. Pars firment aditus urbis atque capessant turreis; cetera manus mecum inferat arma qua iusso."

ilicet = statim	Ilicet [e] tota urbe discurritur in muros. Ipse pater Latinus deserit
incepta: proposita quam iam incepta erant qui non acceperit = quia non accepit	concilium et magna incepta ac, turbatus tristi tempore, differt <470> [ea], atque incusat se multa, qui non acceperit ultro Dardanium
praefodiunt portas = fodiunt fossa ante portas subvectant = ferunt magno labore	Aenean atque asciverit [eum] [ut] generum urbi. Alii praefodiunt portas aut subvectant saxa sudesque. Rauca bucina dat cruentum
cinxerunt / corona = multitudine	signum bello. Tum matronae puerique cinxere muros varia corona,
omnes / nec regina non = et regina	ultimus labor vocat omnis. Nec regina non subvehitur ad templum
magna caterva: ablat.	atque ad summas arces Palladis magna caterva matrum, ferens dona,
deiecta ... = deorsum inspiciens	iuxtaque [stat] Lavinia virgo [ut] comes, causa tanti mali, deiecta
succedunt = ineunt / vaporant templum ture = implent templum vapore turis / maestas = tristes	decoros <480> oculos. Matres succedunt et vaporant templum ture et de alto limine fundunt maestas voces: "Armipotens, praeses belli,
praedonis = piratae	Tritonia virgo, frange [tua] manu telum Phrygii praedonis, et sterne
ipsum = eum / effunde = tende	ipsum pronum [in] solo atque effunde [eum] sub altis portis." Ipse
cingitur [arma] / in proelia = ad pugnam	Turnus, furens, certatim cingitur in proelia.
thoraca: Graecus acc.	Iamque adeo, indutus rutilum thoraca, horrebat aenis squamis atque
suras = crura tempora (= caput): acc. respectus	incluserat suras auro, adhuc nudus tempora, atque accinxerat ensem lateri, atque fulgebat aureus decurrens [ab] alta arce <490> atque
praecipit hostem = stat ante hostem	exsultat animis et [in sua] spe iam praecipit hostem; qualis equus, ubi
potitus (< potior) campo = postquam obtinuit campum pastus: acc. pl.	tandem liber, abruptis vinclis, fugit praesepia, atque potitus campo aperto aut ille tendit in pastus atque armenta equarum aut, adsuetus
perfundi (pass. infinit.) = ablui noto flumine = flumine quod iam novit	aquae, emicat perfundi [in] noto flumine,

iubae = caesaries, coma

quam imitata (< imitor) = et imitans
eam
defluxit = desiluit

(ali)qua
forti merito = qui audaciter pugnavit

sine < sino, -ere / prima pericula

subsiste ad muros = mane intra
muros

grates = gratias

quando = quia
partire (imperat.) < partior, -iri
reportant fidem = mihi dicunt

superans iugo = superans montem
per iugum / furta belli = insidias
armato milite = armatis militibus

excipe = pugna
equitem: sing. pro pl.
concipe ... = dux sis

paribus = aequalibus

proelia: plur. pro sing.

accomoda fraudi = apta fraudi

urget = circumdat

atque arrectis cervicibus alte fremit luxurians atque iubae ludunt per colla, per armos. Cui Camilla occurrit obvia, acie Volscorum comitante, atque regina desiluit ab equo sub ipsis portis, quam imitata tota cohors, relictis <500> equis, defluxit ad terram; tum talia fatur: "Turne, si qua fiducia sui est [illi] forti merito, audeo et promitto occurrere turmae Aeneadum solaque ire obvia contra Tyrrhenos equites. Sine me temptare manu prima pericula belli, tu [ut] pedes subsiste ad muros et serva moenia."

Turnus, fixus oculos in horrenda virgine, ad haec [dicit]: "O virgo, decus Italiae, quas grates parem dicere quasve referre? Sed nunc, quando iste animus est supra omnia, partire laborem <510> mecum. Aeneas, ut fama missique exploratores reportant fidem, improbus, praemisit levia arma equitum [ut] quaterent campos; ipse per deserta ardua montis, superans iugo, adventat ad urbem. Paro furta belli in convexo tramite silvae, ut obsidam bivias fauces armato milite. Tu, conlatis signis, excipe Tyrrhenum equitem; tecum erit acer Messapus turmaeque Latinae atque manus Tiburti, et tu concipe curam ducis." Sic ait, et paribus dictis <520> hortatur Messapum in proelia atque socios duces et perguit in hostem.

Est valles curvo anfractu, accomoda fraudi atque dolis armorum, quam atrum latus utrimque urget densis frondibus,

quo = ad quam / aditus: nom. plur.	quo tenuis semita ducit angustaeque fauces aditusque maligni ferunt.
speculis = locis altis	Super hanc [vallem] in speculis atque in summo vertice montis iacet
tuti receptus: plur. pro sing. occurrere pugnae = pugnare dextra, laeva: ablat. instare = impetum facere nota regione viarum = per notas vias	planities ignota tutique receptus, seu velis occurrere pugnae dextra laevaque sive [velis] instare [ex] iugis et volvere grandia saxa. Iuvenis fertur huc nota regione viarum <530> arripuitque locum et insedit [in] iniquis silvis.
superis sedibus = sedibus deorum	Interea Latonia in superis sedibus compellabat velocem Opim, unam
tristes	ex virginibus sociis atque [e] sacra caterva, et dabat ore has tristes
graditur (dep.) = it	voces: "O virgo: Camilla, cara mihi ante alias, graditur ad crudele
cingitur nostris armis = fert nostra arma venit novus = est recens atque = neque ob vires superbas = quia superbus erat excederet = exiret	bellum, et nequiquam cingitur nostris armis. Neque enim iste amor Dianae venit novus atque movit animum [meum] subita dulcedine. Metabus, pulsus [e] regno ob invidiam virisque superbas, cum excederet [ex] antiqua urbe <540> Priverno, fugiens sustulit infantem
exsilio: dat.	inter media proelia belli [ut] comitem exsilio, atque vocabit [eam]
mutata parte = postquam mutavit partem longa iuga = longinquas cuspides	nomine Camillam, mutata parte [nominis] matris Casmillae. Ipse, portans [eam] [in] sinu prae se, petebat longa iuga solorum nemorum; undique saeva tela premebant [eum] et Volsci volitabant
circumfuso milite = circumdentes eum ruperat se = ceciderat	circumfuso milite. Ecce [in] medio fugae Amasenus, abundans, spumabat [super] summis ripis, tantus imber ruperat se [e] nubibus.
timeo ei = timeo ne quid malum accidat ei haec sententia sedit ei = cepit hunc consilium	Ille, parans innare, tardatur amore infantis atque timet caro oneri; subito haec sententia vix sedit [ei] versanti omnia secum: <550>

<p>telum immane (nom.) ... huic telo (dat.): auctor mutat repente structuram sententiae clausam = vincnam liber, -i: pars arboris habilem = bene vincnam mediae hastae = in media hasta</p>	<p>telum immane quod forte [ut] bellator gerebat [in] valida manu, solidum nodis et cocto robore, implicat natam huic [telo], clausam libro et silvestri subere, atque circumligat [eam] habilem mediae hastae; quam librans ingenti dextra ita fatur ad aethera: "Alma</p>
<p>prima tenens = numquam antea tenens quae ... = quam nunc tibi mitto per dubias auras</p>	<p>Latonia virgo, cultrix nemorum: ipse, pater, voveo tibi hanc [ut] famulam; prima tenens tua tela, supplex fugit hostem per auras. Diva, testor, accipe [eam] [ut] tuam, [eam] quae nunc committitur dubiis auris." <560></p>
<p>hastile = pilum, iaculum / sonuerunt</p>	<p>Dixit, et lacerto adducto immittit contortum hastile; undae sonuere, super rapidum annem fugit infelix Camilla in stridente iaculo. At</p>
<p>magna caterva: ablat.</p>	<p>Metabus, iam magna caterva propius urgente, dat sese fluvio, atque victor vellit de gramineo caespite hastam cum virgine, donum Triviae.</p>
<p>vellit = tollit</p>	<p>Non ullae urbes acceperunt illum [in] tectis, non [in] moenibus (neque ipse dedisset manus feritate [sua]), et exegit aevum pastorum [in]</p>
<p>acceperunt</p>	<p>solis montibus. Hic in dumis interque horrentia lustra <570> nutribat natam mammis armentalis equae et ferino lacte, immulgens ubera</p>
<p>manus (acc. pl.) dare = se dedere feritate = propter feritatem aevum exigo = vitam ago</p>	<p>[super] teneris labris.</p>
<p>armentalis equae: genit.</p>	<p>Utque infans institerat vestigia pedum primis plantis, [Metabus] armavit palmas parvae [puellae] acuto iaculo atque suspendit ex</p>
<p>ut ... = ut infans incepit pedibus ambulare palmas = manus (acc. pl.)</p>	<p>umero [eius] spicula et arcum. Pro crinali auro, pro tegmine longae pallae, exuviae tigridis pendent a vertice per dorsum.</p>
<p>crinali auro = auro ad capillos ornandos / pro tegmine ... = pro longa palla ad tegendum</p>	

tenera: ablat.	lam tum [illa] torsit puerilia tela tenera manu et egit fundam circum
tereti habena: ablat.	caput tereti habena atque deiecit Strymoniam gruem aut album
olor, -oris = cycnus, -i / optaverunt	olorem. <580> Multae matres per Tyrhena oppida frustra optavere
contenta (nom.) / Diana (ablat.) intemerata = incorrupta correpta = rapta	illam [ut] nurum; sola, contenta Diana, intemerata colit aeternum amorem telorum et virginitatis. Vellem [ea], cara mihi, haud correpta
tali militia = tali bello	fuisset tali militia, conata lacescere Teucros, atque [vellem ea] nunc
quandoquidem = quia	foret una mearum comitum. Verum, age, quandoquidem urgetur
labere (imperat.) < labor invise fines = i ad fines videndos omine = fato / deprome = extrahe	acerbis fatis, labere, nympha, [a] polo atque invise finis Latinos, ubi pugna committitur infausto omine. Cape haec [arma] et deprome [e] pharetra ultricem sagittam; <590> hac [sagitta], quicumque violarit
corpus [Camillae] / det = debet dare	sacrum corpus vulnere, Tros Italusque, det mihi pariter poenas
postea	sanguine. Post, ego feram [in] cava nube corpus et inspoliata arma
patriae (genit.) = in patria	miserandae atque reponam [eam] [in] tumulto patriae."
illa: Opis / corpus: acc. respectus	Dixit, at illa, delapsa levis per auras caeli, insonuit, circumdata corpus
manus = exercitus	nigro turbine. At interea Troiana manus propinquat muris, Etruscique
compositi = instruxi	duces atque omnis exercitus equitum [propinquant], compositi in
turmas numero = aequales turmas sonipes, -edis = equus, -i	turmas numero. Sonipes fremit [in] toto aequore, insultans, et pugnat [cum] pressis habenis, <600> conversus huc et huc. Tum late
nec non = et quoque	ferreus ager horret hastis atque campi ardent sublimibus armis. Nec non Messapus celeresque Latini et Coras cum fratre et ala virginis
contra: adverbium	Camillae apparent adversi contra [in] campo,

dextris (lacertis) / protendunt = movent protinus / vibrant = agitant virorum

intra iactum teli = ubi tela iam poterant ferire eos furentes

ritu nivis = idem atque nix cadet

conixi adversis hastis = impetum facientes inter se hastis dant ruinam = cadunt rumpunt ... : equi eorum collidunt inter se in morem fulminis = tamquamsi esset fulmen tormentum = machina belli ad saxa iactanda

reiciunt parmas = iaciunt scuta

agunt = persequuntur (dep.)

portis = ad portas

reflectunt ... = vertunt equos

referuntur = retro fugiunt

unda: ablat. / extremam harenam = harenam quae longe iacet

egerunt

respectant = retro spectant

atque, reductis dextris, protendunt hastas longe et vibrant spicula, adventusque virum fremitusque equorum ardescit.

lamque uterque [exercitus], progressus intra iactum teli, substiterat; subito erumpunt clamore atque exhortantur furentis equos; simul undique fundunt tela, <610> crebra ritu nivis, caelumque obtexitur umbra. Continuo, Tyrrhenus et acer Aconteus incurrunt conixi adversis hastis primique dant ruinam ingenti sonitu atque rumpunt perfracta pectora pectoribus quadripedantum. Aconteus, excussus in morem fulminis aut ponderis tormento acti, praecipitat longe et dispergit vitam in auras.

Extemplo acies turbatae [sunt], atque Latini, versi, reiciunt parmas et vertunt equos ad moenia; Troes agunt [eos], Asilas <620> princeps inducit turmas. lamque propinquabant portis rursusque Latini tollunt clamorem et reflectunt mollia colla [equorum]; hi fugiunt atque, habenis datis, penitus referuntur. Qualis pontus ubi procurrens alterno gurgite nunc ruit ad terram atque spumeus superiacit scopulos unda atque perfundit extremam harenam [in] sinu, nunc rapidus retro [it] atque, resorbens revoluta saxa aestu, fugit atque relinquit litus labente vado: bis Tusci egere Rutulos versos ad moenia, bis reiecti respectant, tegentes <630> terga armis.

implicuerunt	Sed postquam, congressi in tertia proelia, implicuere totas acies inter
morientium	se atque vir legit virum, tum vero et gemitus morientum [auditur] et
alto = multo	armaque corporaque et semianimes equi voluntur in alto sanguine,
intorsit = iacit	permixti caede virorum; surgit pugna aspera. Orsilochus intorsit
quando horrebat adire = quia timebat impetum facere	hastam [in] equo Remuli, quando horrebat adire [ad Remulum]
sonipes = equus	ipsum, atque reliquit ferrum sub aure [equi]. Quo ictu sonipes furit
impatiens vulneris = quia non poterat pati vulnus	arduus atque, impatiens vulneris, iactat alta crura arrecto pectore;
excussus = eiectus	ille, excussus, volvitur humi.
animis: plur. pro sing.	Catillus deicit Iollan <640> atque Herminium, ingentem animis,
fulva caesaries = fulvi capilli vertice = capite	ingentem corpore et armis, cui fulva caesaries [est] [in] nudo vertice
tantus = tanta pars corporis	atque umeri [sunt] nudi nec terrent vulnera; tantus patet in arma.
huic acta = contra hunc iactata duplicat virum = efficit ut vir duplicet corpus	Hasta huic acta tremit per latos armos atque, transfixa, duplicat
caedes: plur. pro sing.	virum dolore. Ubique ater cruor funditur; certantes ferro, dant funera
pharetrata = pharetram gerens exserta = nuda	atque petunt pulchram mortem per vulnera. At inter medias caedes
pugnae (dat.) = ad pugnam	Amazon, pharetrata Camilla, exsultat, exserta unum latus pugnae, et
bipennem [[securim]	nunc, spargens manu, denset <650> lenta hastilia, nunc, indefessa,
(ali)quando / in tergum = retro	dextra [manu] rapit rapidam bipennem; aureus arcus sonat ex umero
derigit = iacit	et arma Dianae [sonant]. Illa etiam, si quando, pulsa, recessit in
lectae = delectae / aeratam = de aere (< aes, aeris) factam	tergum, converso arcu derigit fugientia spicula. At circum [aderant]
	lectae comites: Larinaque virgo Tullaque et Tarpeia quatiens aeratam
	securim;

Italides: loquitur de tribus comitibus
de quibus supra mentionem fecit
pacificae bellique = domi militariaeque

bellantur (dep.) = pugnant

Martia = filia Martis
refert se = iter facit

Aspera virgo: vocat.

humi: locat.

adversi = contra venienti
abiete = hasta
mandit = mordet / humum: fem.

super = insuper

revolutus = casus

subit = appropinquat
inermem = sine armis
ruunt = cadunt

eminus ↔ cominus / hasta: ablat.

spicula emissa: acc.

ceciderunt

fertur = progreditur (dep.)
cui: Ornyto, non equo

mala, -ae: pars oris / texerunt

manus: acc. pl.
supra ... : caput eius praestat quia
altissimus est

Italides, quas ipsa dia Camilla delegit [ut] decus sibi, bonas ministras
pacificae bellique; quales Threiciae Amazones cum pulsant flumina
Thermodontis et bellantur pictis armis, <660> seu circum Hippolyten
seu cum Penthesilea, Martia, refert se cum curru, atque feminea
agmina exsultant lunatis peltis [in] magno ululante tumultu.

Aspera virgo, quem primum, quem postremum, deicis telo? Aut quot
morientia corpora fundis humi? Primum Eunaem [e] Clytio patre,
cuius adversi apertum pectus transverberat longa abiete. Ille, vomens
rivos sanguinis, cadit atque mandit cruentam humum atque moriens
versat se in suo vulnere. Tum, super, [deicit] Lirim Pagasumque,
quorum alter, revolutus [e] suffuso equo, dum colligit habenas, <670>
alter dum subit ac tendit inermem dextram [alteri] labenti,
praecipites pariterque ruunt. Addit his Amastrum Hippotaden,
sequiturque, incumbens eminus hasta, Tereaque Harpalycumque et
Demophoonta Chromimque; quotque spicula virgo contorsit emissa
manu, tot Phrygii viri cedere.

Procul venator Ornytus fertur ignotis armis et lapyge equo, cui pellis,
[a] pugnatore iuvenco erepta, operit latos umeros; ingens hiatus <680>
oris et malae lupi cum albis dentibus texere caput [eius], agrestisque
sparus armat manus [eius]; ipse vertitur in mediis catervis et supra
est toto vertice.

traicit = transfigit
 exceptum = remotum, solum
 agitare = persequi

redargueret = responderet ad

nomen = fama

Teucrorum

cuspidem = hasta
 qua = per quem locum
 illius sedentis = equitis
 parma = scutum

sequentem = eum qui sequebatur
 (dep.) eam
 viro oranti et precanti (dat.) = viri
 orantis et precantis (genit.)

incidit huic = occurrit huic

extremus = pessimus
 Ligurum: genit. pl.
 pugnae (dat.) = e pugna

instantem = impetum facientem
 ingressus = conatus

quid ... = quid gloriae est in hoc

crede te mecum = pugna mecum

accinge ... = pugna ut pedes

Illa traicit hunc, exceptum, (neque enim labor [fuit], agmine verso) et, super, fatur haec inimico pectore: "Putasti, Tyrrhene, te agitare feras [in] silvis? Advenit dies qui redargueret vestra verba muliebribus armis. Referes tamen hoc haud leve nomen Manibus patrum: cecidisse telo Camillae."

Protinus [deicit] Orsilochem et Buten, duo maxima corpora Teucrum, <690> sed fixit Buten aversum cuspidem, inter loricae galeamque, qua lucent colla [illius] sedentis [super equo] et parma dependet [e] laevo lacerto; fugiens Orsilochem atque agitata per magnum orbem, eludit interior gyro sequiturque sequentem; tum, altior exurgens, congeminat validam securim perque arma perque ossa viro oranti et multa precanti; vulnus rigat ora calido cerebro. Bellator filius Auni <700> Appenninicolae incidit huic, subitoque haesit, territus aspectu, haud extremus Ligurum dum fata sinebant [eum] fallere. Isque, ubi cernit se iam nullo cursu posse evadere pugnae neque avertere reginam instantem, ingressus versare dolos consilio et astu, incipit [dicere] haec:

"Quid [est] tam egregium, si, [quamquam es] femina, fidis forti equo? Dimitte fugam et crede te mecum comminus [in] aequo solo atque accinge pedestri pugnae; iam nosces cui ventosa gloria ferat fraudem."

resistit = manet et stat
 paribus = aequalibus
 pura parma (ablat.) = scuto sine
 ornamentis
 aufertur fugax = fugit

elate = sublimis, gloriose

lubricus = mendax / artes

pernicibus plantis = velocibus
 pedibus
 transit = antecedit, superat
 congregitur (dep.) = impetum facit
 accipiter, -tris = genus avis

consequitur (dep.) = persequitur

eviscerat = viscera excipit

vulsae = ereptae / labuntur (dep.) =
 cadunt
 nullis = lentis, ambiguus

inicit = producit

haud mollibus = fortibus

alas = cornua exercitus

reficit = iterum mittit

agit = fundit, spargit / palantes

Dixit, at illa, furens atque accensa acri dolore, tradit equum comiti atque pedes resistit in paribus armis, <710> nudo ense atque interrita pura parma. At iuvenis, ratus vicisse dolo, ipse avolat (haud [est] mora), conversisque habenis aufertur fugax atque fatigat citum quadripedem ferrata calce. "Vane Ligus frustra que elate superbis animis, nequiquam lubricus temptasti patrias artis, nec fraus perferet te incolumem fallaci Auno."

Haec fatur virgo, et, ignea, pernicibus plantis transit equum [in] cursu atque, frenis prehensis, adversa congregitur atque sumit <720> poenas ex inimico sanguine: quam facile accipiter, sacer ales, ab alto saxo consequitur columbam, pennis sublimem in nube, atque tenet [eam] comprehensam atque eviscerat [eam] uncis pedibus; tum cruor et vulsae plumae labuntur ab aethere. At sator hominum atque deorum sedet altus [in] summo Olympo non observans haec nullis oculis.

Genitor suscitatur Tyrrhenum Tarchonem in saeva proelia et inicit iras stimulis haud mollibus. Ergo Tarchon fertur equo inter caedes cedentiaque agmina atque instigat alas <730> variis vocibus, vocans quemque nomine, atque reficit in proelia [illos] pulsos. "Quis metus, o Tyrrheni numquam dolituri, o semper inertes, quae tanta ignavia animi venit [ad vos]? Femina agit [vos] palantis atque vertit haec agmina!

quo = ad quid / gerimus = in manu
habemus
in Venerem = quando res de Venere
agitur
indico, -ere, -dixi ≠ indico, -are

sacra = sacrificia

et = quoque

infert se Venulo adversum = it
Venulo obvius
complectitur (dep.) = capit, circum-
dat / concitus = cito equitans
gremium = sinum

converterunt

aequore = per planitiem
(arma virumque: nescio ubi hoc
legerim...)
partes / qua = per quas

exit vim = conatur (dep.) vitare vim

haesit = fortiter tenet

sinuosa volumina = curvum corpus

illa: fulva aquila

obunco = curvo
aethera: Graecus acc.

Quo [gerimus] ferrum quidve gerimus haec inrita tela [in] dextris? At non [estis] segnes in Venerem nocturnaue bella, aut ubi curva tibia indixit choros Bacchi. Expectate dapēs et pocula plenae mensae (hic [est vester] amor, hoc [est vestrum] studium) dum secundus haruspex nuntiet sacra ac pinguis hostia vocet [vos] in altos <740> lucos!"

Haec effatus, concitat equum in medios, moriturus et ipse, et turbidus infert se Venulo adversum atque dextra [manu] complectitur hostem ab equo dereptum et, concitus, aufert [eum] multa vi ante suum gremium. Clamor tollitur in caelum cunctique Latini convertere oculos.

Tarchon volat igneus aequore, ferens arma virumque; tum defringit ferrum a summa hasta ipsius et rimatur partis apertas qua ferat vulnus letale; ille, contra repugnans, sustinet dextram [eius] a iugulo [suo] et exit <750> vim [eius] viribus [suis]. Utque alte volans fulva aquila fert raptum draconem implicuitque pedes atque haesit [eum] unguibus, at saucius serpens versat sinuosa volumina atque horret arrectis squamis et, arduus insurgens, sibilat ore; illa haud minus urget [eum] luctantem obunco rostro, [atque] simul verberat aethera alis: haud aliter Tarchon, ovans, portat Tiburtum [ut] praedam ex agmine.

incurrunt = impetum faciunt	Maeonidae incurrunt secuti exemplum eventumque ducis. Tum
circuit = circumdat	Arruns, debitus fati, prior circuit velocem Camillam <760> iaculo et
quacumque = per ubicumque locum	multa arte, et temptat quae sit facillima fortuna. Quacumque virgo,
hac = per hunc locum / subit = it lustrat vestigia = sequitur (dep.) eam reportat pedem = discedit	furens, tulit se [in] medio agmine, hac Arruns subit et, tacitus, lustrat vestigia; qua illa, victrix, redit atque reportat pedem ex hoste, hac
celeris / hos ... hos = hos ... illos	iuvenis furtim detorquet celeris habenas. Undique pererrat hos
aditus: acc. pl.	aditus iamque hos aditus omnemque circuitum, et improbus quatit
certam = gnaram	certam hastam.
	Forte Chloereus, sacer Cybelo olimque sacerdos [eius], insignis
longe = e longinquo	fulgebat longe in Phrygiis armis atque agitabat spumantem equum
aenis ... = habens aenas squamas quae plumas imitantur (dep.) peregrina = ex alia terra lata	quem tegebat pellis, conserta auro [et] aenis <770> squamis in plumam. Ipse, clarus peregrina ferrugine et ostro, torquebat Gortynia
cornu = arcu	spicula Lycio cornu; arcus, ex humeris [pendens], erat aureus et
cassida: genus galeae	aurea [erat] cassida vati; tum collegerat chlamydemque croceam
sinus: ac. pl. / crepantes pictus ... = gerens tunicas et barbara tegmina crurum acu picta praefigeret = poneret ferret se = indueret se	sinusque carbaseos crepantis in nodum fulvo auro, pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum. Virgo, sive ut praefigeret Troia arma [in] templis, sive ut, venatrix, ferret se in captivo auro, ex omni certamine
caeca: nullum alium videns	pugnae, <780> caeca, sequebatur hunc unum atque, incauta, per totum agmen ardebat femineo amore praedae et spoliolum, cum tandem,
tempore capto = carpens occasionem	tempore capto, Arruns ex insidiis concitat telum et sic precatur superos [sua] voce:

deorum	"Summe deum, Apollo custos sancti Soractis, quem primi colimus, cui
in acervo [pinorum]	pineus ardor [in] acervo pascitur, et, freti pietate, [nos] cultores
premimus vestigia = ambulamus	premimus vestigia [in] multa pruna per medium ignem: da, pater
aboleri = deleri, excipi	omnipotens, aboleri hoc dedecus [a] nostris armis. Non peto exuvias
haec dira pestis: Camilla	tropaeumve <790> pulsae virginis aut spolia ulla, cetera facta ferent
remeabo = redibo	laudem mihi; dum haec dira pestis cadat pulsa meo vulnere, remeabo
	[ad] patrias urbes inglorius."
succedere = bene evenire	Phoebus audiit et [in] mente dedit partem voti succedere, partem
volucres / sterneret = necaret	dispersit in volucris auras. Adnuit [ei] oranti ut sterneret Camillam
reducem = revenientem / verterunt	turbatam subita morte; non dedit ut alta patria videret [eum]
converterunt	reducem, atque procellae vertere vocem [eius] in Notos. Ergo, ut
acres / tulerunt	hasta, missa manu, dedit sonitum per auras, cuncti Volsci convertere
sonitus: genit. sing.	acris animos atque tulere <800> oculos ad reginam. Ipsa nihil memor
exsertam = nudam	[erat] nec aurae nec sonitus aut teli ab aethere venientis, donec
haesit = fixa mansit	hasta, perlata sub exsertam papillam, haesit atque, alte acta, bibit
cruorem = sanguinem	virgineum cruorem. Comites concurrunt trepidae atque suscipiunt
omnes / laetitia: ablat.	dominam ruentem. Arruns fugit exterritus ante omnis laetitia
ruentem = cadentem	mixtoque metu, nec iam amplius audet credere hastae nec occurrere
credere = fidere	telis virginis. Ac velut ille lupo, occiso pastore magnove iuenco,
occurrere = obvius ire	conscius audacis facti, continuo avius abdidit sese in altos <810> montis
avius = iens per difficiles vias	prius quam tela inimica sequantur,
abdidit = celavit / montes	

remulceo ↔ tendo	atque remulcens pavitantem caudam subiecit [eam] [sub] utero
haud secus = eodem modo	atque petivit silvas: haud secus Arruns, turbidus, abstulit se ex oculis
fuga: ablat.	contentusque fuga immiscuit se [in] mediis armis. Illa, moriens, trahit
stat ad costas = intrat usque ad costas	telum manu, sed ferreus mucro stat inter ossa ad costas [in] alto
labitur (dep.) = cadit	vulnere. Exsanguis labitur, frigida lumina labuntur leto, color
leto = ad letum, ad mortem	quondam purpureus reliquit ora. Tum, sic expirans, adloquitur
ora = faciem	Accam, unam <820> ex aequalibus, quae [erat] sola fida Camillae ante
fida = fidelis	alias quicum partiri curas, atque ita fatur haec: "Hactenus, Acca
quicum = quacum ("qui" est veterima forma ablativi trium generum)	soror, potui; nunc acerbum vulnus conficit [me], et omnia circum
potui: potui vivere, potui pugnare	nigrescunt tenebris. Effuge et perfer Turno haec novissima mandata:
conficit = necat / circum: adverbium	succedat pugnae atque arceat Troianos [ab] urbe. Iamque vale."
haec novissima = mea ultima	
succedat pugnae = intret in pugnam	Simul his dictis linquebat habenas, fluens ad terram non sponte. Tum
simul his dictis = dum haec dicebat	paulatim, frigida, exsolvit se [e] toto corpore atque posuit lenta colla
exsolvit se e corpore: poeta loquitur de anima Camillae	et caput [a] leto captum, relinquens <830> arma, vitaeque indignata
posuit = inclinavit	fugit sub umbras cum gemitu. Tum vero immensus clamor, surgens,
ferit (≠ fert) < ferio, -ire	ferit aurea sidera: deiecta Camilla, pugna crudescit; densi incurrunt
Teucrorum	simul omnis copia Teucrum Tyrrhenique duces atque Arcades alae
Triviae = Dianae	Evandri. At Opis, custos Triviae, iamdudum sedet alta in summis
iamdudum = iam longum tempus	montibus atque interrita spectat pugnas. Utque procul prospexit
interrita = nihil timens / ut = cum	Camillam tristi morte mulcatam in medio clamore furentum
mulcatam = pulsatam / furentium	iuvenum, ingemuit deditque has voces <840> [ex] imo pectore:

luisti (< luo, -ere, graece λύω) =
passa es
bello: ablat. / tibi desertae

dumus, -i: genus plantae

hoc letum = tua mors

gentes

luet (< luo, -ere, graece λούω) =
lavabit

e terreno aggere = de terra factum
tectum < tego, -ere
hic = in hoc loco

gressum = passum

mories

deprompsit = excepit

cornu = arcu
capita: extremae partes arcus
aequis manibus: manibus eandem
tensionem patientibus

extemplo = statim / sonantes
una = eodem tempore
linquunt = relinquunt

aufertur = tollit se

"Heu, virgo, nimium, nimium crudele supplicium luisti, conata
laccessere Teucros bello! Nec tibi profuit desertae coluisse Dianam in
dumis aut gessisse nostras pharetras [in] umero. Tamen tua regina
non reliquit te indecorem iam in extrema morte, neque hoc letum
erit sine nomine per gentis aut patieris famam inultae [virginis]. Nam
quicumque violavit tuum corpus vulnere luet [crimen] merita morte."

Sub alto monte fuit ingens bustum <850> Dercenni, antiqui Laurentis
regis, e terreno aggere, atque tectum opaca ilice; hic pulcherrima dea
primum sistit se rapido nisu et ab alto tumulo speculatur Arruntem.
Ut vidit [eum] fulgentem armis ac tumentem vana, "Cur" inquit "abis
diversus? Derige gressum huc, veni huc, periture, ut capias digna
praemia Camillae. Tune etiam moriere telis Dianae?" Dixit Threissa,
et deprompsit volucrem sagittam [ex] aurata pharetra atque, infensa,
tetendit [eam] [in] cornu et duxit [eam] longe, donec curvata capita
coirent <860> inter se et aequis manibus iam tangeret aciem ferri laeva
[manu] [atque] papillam dextra [manu] nervoque.

Extemplo Arruns audiit una stridorem teli aurasque sonantis atque
ferrum haesit in corpore; socii, obliti, relinquunt illum, expirantem
atque extrema gementem, in ignoto pulvere camporum; Opis
aufertur pennis ad aetherium Olympum.

Domina amissa: ablat. absol.

equis = equitantes
nec quisquam valet = et nemo
potest / instantes, ferentes

referunt = iterum ferunt
arcus: acc. pl.
ungula: sing. pro plur.

percussae = percutientes

specula, -ae = turris ad observan-
dum

inruperunt / patentes

super: adverbium / hos: qui primi...
mixto agmine = miscentes se cum
hostibus

confixi [armis] / claudunt

orantes

defendentium / aditus: acc. pl.

ruentium

lacrimantium
ruina urgente = hostibus impellen-
tibus / praecipites

postes

viderunt

monstrat eis = docet eas

Domina amissa, levis ala Camillae fugit prima, Rutuli fugiunt turbati, acer Atinas fugit, disiectique duces desolatique manipuli <870> petunt tuta [loca] et, aversi, tendunt equis ad moenia. Nec quisquam valet sustentare telis Teucros, instantis letumque ferentis, aut sistere contra, sed referunt laxos arcus [super] languentibus umeris, atque ungula quadripedum quatit putrem campum cursu. Pulvis volvitur ad muros, turbidus atra caligine, et matres, percussae pectora, tollunt femineum clamorem e speculis ad sidera caeli.

Qui primi inruperere [per] patentis portas cursu, inimica turba <880> super premit hos mixto agmine, nec effugiunt miseram mortem, sed in ipso limine, in patriis moenibus atque inter tuta [loca] domorum, confixi exspirant animas. Pars claudere portas, nec audent aperire viam sociis nec accipere [eos] orantis [in] moenibus, oriturque miserrima caedes [eorum] defendentium aditus armis atque [eorum] ruentium in [haec] arma.

Exclusi ante oculos atque ora lacrimantium parentum, pars, ruina urgente, volvitur in praecipitis fossas; pars, caeca et concita frenis, arietat in portas et postis <890> duros obice. [In] summo certamine ipsae matres, ut videre Camillam, trepidae iaciunt de muris tela [sua] manu (verus amor patriae monstrat [hoc eis]) ac, praecipites,

imitantur (dep.) ferrum stipitibus =
utuntur stipitibus ut ferro (= ut
telis)

implet = pervenit ad / fert = narrat

tumultum = sollicitudinem

hostes / ingruere = impetum facere
corripuisse = corripere
ferri: pass. infinit.

deserit = relinquit / colles

tenebat = occupabat

saltus: acc. pl. / evadit = exit

feruntur = eunt

absunt = distant
longe = e longinquo
fumantes

pedum: genit. pl. / flatus: acc. pl.
ineant = inivissent
ni = nisi / tingat (= submergat) =
tinisset
reducat = reduxisset

imitantur ferrum stipitibus [de] duro robore [factis] atque obustis
sudibus, atque ardent primae mori pro moenibus. Interea
saevisissimus nuntius implet Turnum in silvis et Acca fert iuveni
ingentem tumultum: [dicit] acies Volscorum deletas [esse], Camillam
cecidisse, infensos hostis ingruere et, Marte secundo, corripuisse
omnia, metum iam ferri <900> ad moenia. Ille, furens (et saeva numina
lovis sic poscunt), deserit obsessos collis, linquit aspera nemora. Vix
exierat e conspectu atque tenebat campum, cum pater Aeneas
ingressus [est] [in] apertos saltus atque exsuperat iugum atque evadit
[e] silva opaca. Sic ambo rapidi atque [cum] toto agmine feruntur ad
muros nec absunt inter se longis passibus; ac simul Aeneas longe
prospexit campos fumantis pulvere atque vidit Laurentia agmina, et
Turnus agnovit saevum Aenean in armis <910> atque audivit adventum
pedum flatusque equorum, continuoque ineant [in] pugnas et
temptent proelia, ni roseus Phoebus tingat [suos] equos iam fessos
[in] Hiberno gurgite atque, die labente, reducat noctem. Considunt [in]
castris ante urbem et vallant moenia.

LIBER XII

infractos = victos / defecisse =
cessisse
reposci < reposco, -ere
se signari oculis = omnes ad se
oculos vertere

pectus: acc. respectus / venantium

comantes / toros = partes colli

latronis = venatoris

secus = aliter

turbidus = tristis / in Turno: in me

ignavi = pigri, segnes

pepigerunt / congregior (dep.) = eo
in pugnam / concipe foedus = feri
(< ferio, -ire) foedus

refellam commune crimen = dabo
responsum communi offensae
habeat [Aeneas] / cedat ut = fiat, sit

olli = illi

exsuperas = praestas

impensius = melius, maius
expendere = ponderare
omnes casus: acc. pl.
nec non = et quoque
Latino regi: mihi

genus: acc. respectus

Turnus, ut videt Latinos, infractos adverso Marte, defecisse, [ut videt] nunc sua promissa reposci [a civibus], [ut videt] se signari oculis, ultro ardet implacabilis attollitque [suos] animos. Qualis ille leo in arvis Poenorum, saucius pectus gravi vulnere venantum, tum demum movet [sua] arma gaudetque excutiens comantis toros [in] cervice atque, impavidus, frangit fixum telum latronis et fremit ore cruento: haud secus gliscit violentia [in] accenso Turno. Tum sic adfatur regem atque ita turbidus inquit: <10> "Nulla mora [est] in Turno; nihil est quod [efficiat ut] ignavi Aeneadae retractent [sua] dicta, nec recusent quae pepigere. Congredior. Fer sacra, pater, et concipe foedus. Aut hac dextra mittam Dardanium, desertorem Asiae, sub Tartara (sedeant spectentque Latini) et solus refellam commune crimen ferro, aut habeat [nos] victos, cedat Lavinia [ut] coniunx."

Latinus respondit olli sedato corde: "O iuvenis praestans animi, quantum ipse exsuperas feroci virtute, tanto aequum est <20> me metuentem consulere impensius atque expendere omnis casus. Sunt tibi regna patris Dauni, sunt [tibi] multa oppida capta manu, nec non aurumque animusque est Latino [regi]; sunt [in] Latio et Laurentibus arvis aliae inuptae nec indecores genus.

sublatis dolis = sine dolis
 fatu: supinum / hauri: imperat.
 fas erat nulli = non fas erat ulli

canebant = augurabantur (dep.)
 amore: ablat agentis
 cognato sanguine, lacrimis: ablat.
 agentis / rupi < rumpo

qui, quae, quantos: interrogat.

patiaris / tuemur = defendimus

recalent = calidae sunt

albent = fiunt albi / ossibus [corporeum] / referor = retro eo

potius = melius / eo incolumi: ablat.
 absol.

fors ... = quod non eveniat!
 natam = meam filiam
 miserere: imperat.

haudquaquam = nullo modo
 flectitur = diminuitur
 eo medendo: ablat. absol.
 fari = loqui
 geris = sentis

pacisci = exponere, in discrimen
 adducere
 sequitur (dep.) = fluit
 de nostro vulnere = de vulneribus
 quae nos afferimus hostibus

Sine me, sublatis dolis, aperire haec, haud mollia fatu; simul, hauri hoc [in] animo: fas erat me sociare natam nulli veterum procorum, atque omnes divique hominesque canebant id. Victus amore tui, victus cognato sanguine et lacrimis maestae coniugis, rupi <30> omnia vincla; eripui promissam [filiam] [a] genero, sumpsi impia arma. Ex illo vides, Turne, qui casus, quae bella sequantur me, quantos labores [tu] primus patiare. Bis victi [in] magna pugna, vix tuemur Italas spes [in] urbe; adhuc Thybrina fluenta recalent nostro sanguine campique ingentes albent ossibus. Quo totiens referor? Quae insania mutat [meam] mentem? Si, Turno exstincto, paratus sum ascire [eos] [ut] socios, cur non potius tollo certamina, [eo] incolumi? Quid [dicent] consanguinei Rutuli, quid dicet <40> cetera Italia, si ad mortem prodiderim te (fors refutet dicta!), petentem natam et conubia nostra? Respice res varias [in] bello, miserere longaevi parentis, quem nunc, maestum, Ardea patria longe [a te] dividit."

Haudquaquam violentia Turni flectitur [his] dictis; magis exsuperat aegrescitque, [eo] medendo. Ut primum potuit fari, sic institit ore: "Precor deponas pro me, optime, hanc curam quam geris pro me atque sinas pacisci letum pro laude. Et nos, pater, spargimus tela ferrumque haud debile dextra <50> [manu], et sanguis sequitur de nostro vulnere.

longe ... = mater eius procul abest
 fugacem = fugientem / feminea: abl.
 occulo, -ere = occulto, -are
 conterrita: nom. / nova: ablat.

unum = unam rem

(ali)quis

penes te = in tuis manibus

desiste = noli

casus: nom. pl. / et = quoque

haec invisae lumina = hanc invisam
 vitam

flagrantes / accepit = audivit

ignem = ardorem, calorem

ora = faciem / (ali)quis

mixta: nom. pl. / multa rosa: abl. sg.
 tales colores

in arma = desiderio pugnandi
 ne prosequere = noli prosequi
 me euntem

neque ... = Turnus non potest
 differre suam mortem
 haud placitura = quae ei non
 placebit
 puniceis rotis = puniceo curru
 rubeo = rubesco

Longe erit illi dea mater quae tegat [eum] fugacem feminea nube et
 [ut ille] occulat sese [in] vanis umbris." At regina, conterrita nova
 sorte pugnae, flebat et moritura tenebat ardentem generum: "Turne,
 ego unum te oro per has lacrimas, per [honorem tuum] Amatae, si
 quis honos tangit animum [tuum]; tu [es] nunc una spes, tu [es]
 requies miserae senectae, decus imperiumque Latini [est] penes te;
 omnis domus, inclinata, recumbit in te: desiste committere manum
 Teucris. <60> Qui cumque casus manent te [in] isto certamine, et
 manent me, Turne; simul [tecum] relinquam haec invisae lumina nec,
 captiva, videbo Aenean [ut] generum."

Lavinia, perfusa flagrantis genas lacrimis, accepit vocem matris,
 [Lavinia] cui plurimus rubor subiecit ignem et cucurrit per calefacta
 ora. Veluti si quis violaverit Indum ebur sanguineo ostro, aut ubi alba
 lilia rubent mixta multa rosa, talis colores dabat virgo [in] ore. Amor
 turbat illum atque [ille] figit [suum] vultus <70> in virgine; ardet magis
 in arma atque adfatur Amatam paucis [verbis]: "Ne, quaeso, ne
 prosequere me lacrimis neve tanto omine, euntem in certamina duri
 Martis, o mater; neque enim libera mora mortis [est] Turno. [Tu,]
 Idmon, refer [ut] nuntius Phrygio tyranno haec mea dicta haud
 placitura: cum primum crastina Aurora, invecta puniceis rotis, rubebit
 [in] caelo,

Teucrum: gen. pl.

dirimamus: iussivum subiunct.
quaeratur < quaero (≠ queror)

recessit = rediit

tuens = observans / frementes
ora = faciem
anteirent = superarent

plausa < plaudo, -ere

circumdat loricam umeris = ponit
loricam circa humeros
habendo = ut prope habeat

ignipotens deus = Vulcanus

unda = aqua / exin = exinde
astabat < adstabat
adnixa = posita iuxta

quassat = agitat / numquam frustra
trata = quae numquam decepisti
meos vocatus (acc. pl.) = mea iussa

da = concede / corpus [Aeneae]

lacerare revulsam loricam = re-
vellere loricam et lacerare eam
crines, madentes
vibratos = formatos

absistunt = exeunt, germinant

micat = fulget, nitet

non agat Teucros in Rutulos, quiescant arma Teucrum et Rutuli;
dirimamus bellum nostro sanguine. Quaeratur Lavinia [ut] coniunx
[in] illo campo." <80>

Ubi dedit haec dicta rapidusque recessit in tecta, poscit equos
gaudetque tuens [eos] frementis ante ora [sua]; quos ipsa Orithyia
dedit [ut] decus, qui anteirent nives candore, auras cursibus. Propri
aurigae circumstant atque lacessunt pectora plausa cavis manibus et
pectunt comantia colla. Ipse dehinc circumdat loricam squalentem
auro alboque orichalco umeris, simul aptat habendo ensemque
clipeumque et cornua rubrae cristae, ensem quem ignipotens deus
ipse fecerat parenti <90> Dauno et tinxerat candentem [in] Stygia
unda. Exin corripuit vi validam hastam quae astabat [in] mediis
aedibus adnixa ingenti columnae, spoliū Aurunci Actoris,
quassatque [eam] trementem vociferans: "Nunc, o hasta, numquam
frustrata meos vocatus, nunc adest tempus; maximus Actor [gessit]
te, nunc dextra Turni gerit te; da [mihi] sternere corpus atque
lacerare valida manu revulsam loricam semiviri Phrygis et foedare in
pulvere crinis [eius] vibratos calido ferro atque madentis <100> murra."
His furiis agitur, atque scintillae absistunt a toto ore [eius] ardentis,
ignis micat [in] acribus oculis,

mugitus: acc. pl.	veluti cum taurus, [iens] in prima proelia, ciet terrificos mugitus aut,
irasci ... : ponere suam iram in cornua sparsa harena: ablat. sing.	obnixus trunco arboris, temptat irasci in cornua, atque lacessit ventos [suis] ictibus aut proludit ad pugnam sparsa harena. Interea nec minus saevus Aeneas acuit Martem in maternis armis et suscitatur se ira, gaudens bellum componi oblato foedere. Tum, docens fata, solatur socios atque metum maesti luli, <110> atque iubet viros referre responsa certa regi Latino et dicere leges pacis. Postera dies orta vix spargebat summos montis lumine, cum primum equi Solis tollunt se [ex] alto gurgite atque efflant lucem elatis naribus.
gaudens ... = gaudens quia bellum finem habebit foedere docens = memorans	
leges = condiciones	
montes	
elatis (= in alto positus) naribus = per elatas nares	
dimensi = postquam demensi sunt	Sub moenibus magnae urbis, Rutulique Teucrique viri, dimensi campum ad certamen, parabant atque focos in medio et gramineas aras communibus dis. Alii, velati limo et vincti <120> tempora verbena, ferebant fontemque ignemque. Legio Ausonidum procedit, pilataque agmina fundunt se plenis portis. Hinc omnis exercitus Troius Tyrrhenusque ruit variis armis, instructi ferro haud secus quam si aspera pugna Martis vocet. Nec non in mediis milibus ipsi ductores volitant, superbi auro ostroque: Mnestheus, genus Assaraci, et fortis Asilas et Messapus, domitor equum, Neptunia proles.
parabant atque ... et ...	
tempora (= caput): acc. pl. verbena: ablat. sing. pilata = pila habentia	
plenis portis = per plenas portas	
Nec non = Et quoque	
superbi = ornati	
equorum	
recessit = retro ivit	Utque, signo dato, quisque recessit in sua spatia, defigunt hastas [in] tellure et reclinant <130> scuta. Tum matres, studio effusae,
reclinant = relinquunt humi (locat.) studio [adiuvandi]	

inermum = sine armis / obsederunt
turris: acc. pl.
astant = stant

habetur = vocatur

Troum: gen. pl. / extemplo = statim

diva ... deam = dea ... deam
praesideo + dat.
altus rex aetheris = Iuppiter
sacravit = dedit
erepta: a love erepta

ascenderunt / cubile = lectum

locaverim

ne incuses = noli incusare / qua = ubi

cedere = favere / texi = protexi

imparibus: fata Aeneae meliora
erant

(ali)quid / praesentius = utilius
audes [facere]
forsan = fortasse

luturna: soror Turni
profudit = vertit
tempus lacrimis = tempus ad
lacrimandum
(ali)quis

et vulgus inermum invalidique senes obsedere turris ac tecta domorum; alii astant [in] sublimibus portis. At Iuno, prospiciens ex summo tumulo (qui nunc habetur "Albanus;" tum neque nomen neque honos aut gloria erat monti), aspectabat campum et ambas acies Laurentum Troumque urbemque Latini. Extemplo sic adfata est sororem Turni, diva [adfata est] deam, quae praesidet stagnis atque sonoris fluminibus (altus rex aetheris sacravit illi hunc honorem <140> pro erepta virginitate):

"Nympha, decus fluviorum, gratissima nostro animo, scis ut praetulerim te unam cunctis quaecumque ascendere ingratum cubile magnanimi Iovis atque, libens, locarim [te] in parte caeli. Disce tuum dolorem, Iuturna, ne incuses me. Qua Fortuna visa est pati Parcaeque sinebant res cedere Latio, texi Turnum et tua moenia; nunc video iuvenem concurrere imparibus fatibus, atque dies Parcarum et inimica vis propinquat. <150> Non possum aspicere hanc pugnam oculis [meis], non [possum aspicere] foedera. Tu, si quid praesentius audes pro germano [tuo], perge; decet. Forsan meliora sequentur miseros."

Vix ea [dixit], cum Iuturna profudit lacrimas [ex] oculis, terque quaterque percussit manu honestum pectus. "Hoc non [est] tempus lacrimis" ait Saturnia Iuno. "Accelera et, si quis modus [adest], eripe fratrem morti;

excute = rumpe
Ego ... = Ego sino te hoc audere

ingenti mole = magno corpore
(ablat. descriptionis)
bis sex = XII

tempora = caput / albis bigis: plur.
pro sing. / crispans = agitans

hinc = postea

altera = secunda

pura = alba

suis: gen. sing. / intonsam = cuius
capilli numquam secti sunt
ad flagrantem aras / lumina = oculos

tempora = caput

pateris: ablat.

esto: imperat.

perferre = pati

torques = regis, geris

sub tuo numine = sic ut vis / fontes

omnia quae sunt religio = omnes
divos, omnia numina
fors = casu / victoria ... = Ausonius
Turnus vicerit
victos [Troianos]

aut tu cie bella atque excute conceptum foedus. Ego [sum] auctor audendi." Sic exhortata, reliquit [eam] incertam et turbatam tristi vulnere mentis. <160> Interea reges [perveniunt]: ingenti mole Latinus, cui bis sex aurati radii (specimen avi Solis) circum cingunt fulgentia tempora, vehitur quadriiugo curru; Turnus it in albis bigis, crispans manu bina hastilia lato ferro.

Hinc pater Aeneas, origo Romanae stirpis, flagrans sidereo clipeo et caelestibus armis, et Ascanius iuxta, altera spes magnae Romae, procedunt [a] castris, atque sacerdos in pura veste attulit fetum saetigeri suis intonsamque bidentem, <170> admovitque pecus flagrantibus aris. Illi, conversi lumina ad surgentem solem, dant salsas fruges manibus et notant summa tempora pecudum ferro, atque libant altaria pateris.

Tum pius Aeneas, stricto ense, sic precatur: "Esto nunc testis mihi vocanti Sol et haec terra, propter quam potui perferre tantos labores, et pater omnipotens et tu, Saturnia coniunx (precor iam, diva, iam melior [sis nobis]), tuque, inclute Mavors, pater, qui torques <180> cuncta bella sub tuo numine; voco fontisque fluviosque, atque [voco omnia] quae [sunt] religio alti aetheris et numina quae sunt [in] caeruleo ponto: si fors victoria cesserit Ausonio Turno, convenit victos discedere ad urbem Evandri,

Mars meus est = ego vinco	lulus cedit [ex] agris, nec post Aeneadae rebelles referent ulla arma
firmant: subiunctivum desiderii non ego nec = ego nec	laccissentve haec regna ferro. Sin victoria adnuerit nobis Martem
mittant: subiunctivum iussivum	[esse] nostrum (ut potius reor et potius di firmant numine [suo]), non
habeto: imperat.	ego nec iubebo Italos parere Teucris nec peto regna mihi: ambae <190>
constituent = aedificabunt	gentes, invictae, mittant se in aeterna foedera paribus legibus. Dabo
	[eis] sacra deosque; socer Latinus habeto arma, socer [habeto]
	sollemne imperium; Teucris constituent moenia mihi atque Lavinia
	dabit nomen urbi."
suspiciens = vertens oculos ad	Sic prior Aeneas [locutus est], sic sequitur deinde Latinus suspiciens
eadem [quae tu dicis]	caelum, tenditque dextram ad sidera: "Iuro, Aenea, haec eadem:
duplex genus = duo liberi (Apollo et Diana)	terram, mare, sidera, atque duplex genus Latonae atque bifrontem
deorum	lanum, atque infernam vim deum et sacraria duri Ditis; audiat haec
sancit foedera = rata facit foedera	genitor qui sancit <200> foedera [suo] fulmine. Tango aras, testor
ignes	medios ignis et numina: nulla dies rumpet hanc pacem nec foedera
quo ... = quicumque vincat	Italici, quo cumque res cadent; nec vis ulla avertet me volentem, non,
[vis ulla] effundat	[etiam] si effundat tellurem in undas, miscens [eam] diluvio, atque
[vis ulla] solvat	solvat caelum in Tartara, ut hoc sceptrum" (nam forte gerebat
fundet (fut.) = producet (fut.)	sceptrum [in] dextra) "numquam fundet virgulta levi fronde nec
recisum = ereptum, sectum	umbras, cum semel, recisum de imo stirpe in silvis, caret matre
posuit = perdidit / ferro = propter ferrum (= cultrum quo sectum est)	posuitque comas et brachia ferro; arbor olim, nunc manus artificis
	inclusit [id] [in] aere decoro <210>

gestare = ut gestent

procerum: genit. pl. / rite = e ritu

oneratis: oneratis viscerum (< viscus) pecudum
videbatur

misceretur / viribus ...: Aeneas
fortior erat
adiuvat: quoque auget timores
eorum
demisso lumine = demissis oculis

sermonem = timorem

labantia = timentia / variare = dubitare / in medias acies: verbum
apparet postquam "in medias
acies" repetitur

haud nescia = conscia
serit = spargit

obiectare = in periculum inire
pro ... = pro omnibus nobis, qui tales
sumus

fatalis manus = fato collecta manus

si congregiamur alterni = si dimidia
pars nostrum pugnat cum eis
Ille: Turnus / fama: ablat.
feretur ... = omnes de eo loquentur
lenti = nihil facientes

atque dedit [id] patribus Latinis gestare."

Talibus dictis firmabant foedera inter se in medio conspectu procerum. Tum, rite, iugulant sacratas pecudes in flammam et eripiunt viscera [ex eis] vivis, cumulantque aras oneratis lancibus. At vero iamdudum ea pugna videri impar Rutulis et pectora [eorum] misceri vario motu, magis tum ut cernunt [eos] propius viribus non aequis. Adiuvat Turnus, <220> progressus tacito incessu et suppliciter venerans aram demisso lumine, pubentesque genae et pallor in iuvenali corpore [quoque adiuvant]. Quem sermonem simul ac soror lucturna vidit crebrescere et labantia corda vulgi variare, in medias acies, adsimulata formam Camerti, cui genus a proavis ingens [erat] atque nomen paternae virtutis erat clarum, et ipse [erat] acerrimus armis, in medias acies dat sese haud nescia rerum, atque serit rumores varios ac talia fatur:

"Non pudet, o Rutuli, obiectare unam animam pro cunctis talibus? Aequine <230> non sumus [in] numero an viribus? En, hi sunt omnes, et Troes et Arcades fatalisque manus, [atque] Etruria infensa Turno; vix habemus hostem, si congregiamur alterni. Ille quidem succedet fama ad superos, quorum aris devovet se, atque feretur vivus per ora; nos, qui nunc lenti consedimus [in] arvis, patria amissa, cogemur parere superbis dominis."

sententia = animus	Talibus dictis sententia iuvenum incensa est iam magis atque magis,
serpit = fluit, currit	atque murmur serpit per agmina; ipsi Laurentes ipsique Latini <240>
salutem rebus = pacem	mutati [sunt]. Qui iam sperabant sibi requiem pugnae atque salutem
precantur (dep.) ... = volunt foedus rumpi	rebus, nunc volunt arma atque precantur infectum foedus et
	miserantur iniquam sortem Turni.
adiungit = addit	luturna aliud maius adiungit his et dat signum [ex] alto caelo,
praesens = efficiens / quo: ablat comparationis	praesentius quo non ullum [signum] turbavit mentes Italas atque
monstro = propter imaginem	fefellit monstro, namque, volans in rubra aethra, fulvus ales Iovis
aves	agitabat litoreas avis turbamque sonantem aligeri agminis, cum
subito = repente / improbus = cru- delis / uncis = curvis	subito, lapsus ad undas, improbus rapit uncis <250> pedibus
arrexerunt	excellentem cycnum. Itali arrexere animos, cunctaeque volucres
aethera: Graecus acc.	convertunt fugam clamore (mirabile visu), atque obscurant aethera
nube (avium) facta	pennis atque, nube facta, premunt hostem per auras, donec ales,
premunt = persequuntur (dep.)	victus vi et pondere ipso [praedae], defecit atque proiecit praedam
	ex unguibus fluvio, penitusque fugit in nubila. Tum vero Rutuli
fluvio = in fluvium	salutant augurium clamore expediuntque manus, primusque augur
expediunt = tollunt / manus: acc. pl.	Tolumnius "Hoc erat, hoc" inquit "quod saepe petivi [meis] votis.
me duce: se ipsum facit ducem	Accipio agnoscoque deos; me, me duce, corripite ferrum, <260> o
invalidas = sine viribus / aves	miseri, quos improbus advena territat bello ut invalidas avis et
populat = delet	populat vi vestra litora. Ille petet fugam atque dabit vela penitus
profundo mari = procul ab ora	profundo [mari].

pugna: ablat.
defendite regem: nam timent ne
Aeneas novus rex fiat

Vos unanimi densete [vestras] catervas et pugna defendite regem [a] vobis raptum."

contorsit = iecit / hostes
cornus, -i (f.) = pilum

Dixit, et procurrens contorsit telum in adversos hostis; stridula cornus dat sonitum et, certa, secat auras. Simul ingens clamor [sequitur] et omnes cunei turbati [sunt] atque corda calefacta [sunt] tumultu.

ut = quoniam / novem ... = novem
pulcherrimi fratres
tot quos = tot quot

Hasta, volans, ut forte novem pulcherrima corpora fratrum <270> constiterant contra, tot quos una fida coniunx Tyrrhena creatat

Arcadio Gylippo: dat. / forma: ablat.

Arcadio Gylippo, [transadigit] unum horum, iuvenem egregium forma et fulgentibus armis, ad medium, qua subtilis balteus teritur alvo et fibula mordet iuncturas laterum: transadigit costas atque effundit [eum] [in] fulva harena.

qua = ubi / subtilis = flexibilis

fibula [baltei] / effundit = deiecit

pars (sing.) stringunt (plur.), pars
corripiunt: constructiones ad
sensusum

At fratres, animosa phalanx accensaque luctu, pars stringunt gladios manibus, pars corripiunt ferrum missile caecique ruunt. Contra quos agmina Laurentum procurrun; hinc, Troes Agyllinique et Arcades pictis armis rursus inundant <280> densi; sic, unus amor, decernere ferro, habet omnis. Diripuerunt aras, turbida tempestas telorum it toto caelo ac ferreus imber ingruit; ferunt craterasque focosque. Ipse Latinus fugit referens divos, pulsatos infecto foedere. Alii infrenant currus aut subiciunt [sua] corpora in equos saltu et adsunt strictis ensibus.

unus amor = unum propositum

omnes / diripuerunt / toto caelo =
per totum caelum

divos = imagines deorum
infecto = rupto
currus: acc. pl.
subiciunt sua corpora = ascendunt

confundere = frangere, dimittere

Messapus, avidus confundere foedus, <290>

<p>insigne = signum / involvitur = cadit aris = contra aras hasta: ablat. (= hastam gerens) habet hoc = habet quod meretur (dep.)</p>	<p>proterret adverso equo regem Tyrrhenum Aulesten, [regem] atque gerentem insigne regis; ille, recedens, ruit et, miser, involvitur in caput inque umeros aris a tergo oppositis. At Messapus, fervidus, advolat hasta atque, altus [super] equo, desuper graviter trabali telo ferit [eum] multa orantem atque ita fatur: "[Iam] habet hoc, haec [est] melior victima magnis divis data."</p>
<p>membra [regis Aulestis] occupat os ei = facit impetum contra os eius illi (dat. sing.) nidorem = malum odorem super = post haec terrae = contra terram</p>	<p>Itali concurrunt spolianteque calentia membra. Obvius, Corynaeus corripit ambustum torrem ab ara, et flammis occupat os Ebyso venienti plagamque ferenti: ingens barba olli reluxit <300> atque, ambusta, dedit nidorem. Super, ipse secutus [eum] corripit laeva [manu] caesariem turbati hostis atque, nitens impresso genu, applicat ipsum terrae; sic ferit latus rigido ense.</p>
<p>per tela = inter tela superimminet = minatur (dep.) dissicit = secat, dividit illi (dat. sing.) conduntur = clauduntur</p>	<p>Podalirius, sequens Alsum, pastorem atque [in] prima acie per tela ruentem, superimminet [eum] nudo ense; ille, securi reducta, dissicit frontem mediam mentumque [eius] adversi, et late rigat arma sparso cruore. Dura quies et ferreus somnus urget oculos olli, lumina conduntur in aeternam noctem. <310></p>
<p>nudato capite = nullam galeam gerens Quae ista discordia = Quae (interrogat.) est ista discordia quae (relat.) ictum (< icio) = factum</p>	<p>At pius Aeneas, nudato capite, tendebat dextram inermem, atque vocabat suos clamore: "Quo ruitis? Quaeve ista discordia repens surgit? O, cohibete iras! Foedus iam ictum [est] et leges compositae [sunt]."</p>

metus: acc. pl. / faxo = faciam	lus concurrere [est] soli mihi, sinite me atque auferte metus, ego faxo
firma: ablat.	foedera firma manu; haec sacra iam debent Turnum mihi." Inter has
adlapsa est = cadit	voces, inter talia media verba, ecce, stridens sagitta alis adlapsa est
viro: Aeneae	viro, incertum [est] qua manu pulsa, quo turbine adacta, <320> quis
attulerit = dedit / insignis: genit.	attulerit Rutulis tantam laudem, casusne deusne; gloria insignis facti
pressa est = evanuit	pressa est, nec quisquam sese iactavit vulnere Aeneae. Turnus, ut
nec quisquam ... = et nemo dixit se sagittam icuisse	vidit Aenean cedentem ex agmine atque duces turbatos, fervidus,
	ardet subita spe; simul poscit equos atque arma, atque, superbus,
emicat = ascendit / molitur (dep.) = capit	saltu emicat in currum et molitur habenas manibus.
leto = morti / semineces	Multa volitans, dat leto fortia corpora virum. Volvit multos seminecis:
fugientibus = contra fugientes	aut proterit agmina curru aut ingerit raptas hastas <330> fugientibus.
	Qualis sanguineus Mavors, cum apud flumina gelidi Hebri, concitus,
furentes	increpat clipeo atque, movens bella, immittit furentis equos; illi
aperto aequore = per apertum aequor	volant aperto aequore ante Notos Zephyrumque, ultima Thraca
ultima Thraca = remotissimae partes Thraciae	gemit pulsu pedum [equorum] atque ora atrae Formidinis Iraeque
	Insidiaeque, comitatus dei, aguntur circum: talis alacer Turnus inter
quatit = hortatur (dep.) / fumantes	media proelia quatit equos, fumantis sudore, insultans hostibus
miserabile: adverbium	miserabile caesis; rapida ungula [equorum] spargit sanguineos rores
mixta harena: ablat. / dedit neci = misit morti	atque cruor calcatur mixta harena. <340> lamque dedit neci
hunc et hunc = duos primos	Sthenelumque Thamyrumque Pholumque, hunc et hunc congressus,
congressus (adiect.) = cominus (adv.)	[atque] illum eminus;

nutriverat

conferre manum = ut pugnarent
praevertere = antecedere

fertur = progreditur (dep.)

referens avum ... = ferens nomen avi
referens parentem = similis parenti
ut adiret = cum adiret

currus: acc. pl.

adfecit ... = dedit ei aliud praemium
ausus, -us: hoc quod aliquis facere
audet

antea

biiuges
supervenit ei = venit contra eum
dextrae (dat.) = a dextra

insuper = praeterea

metire (imperat.) < metior, -iri
petivisti

condunt = aedificant
coniecta cuspide = hastam iaciens
comitem (in morte)

lapsum = casum (<cado, -ere)

fluctus = undae

dant fugam = fugiunt / qua = per
quem locum / incubuerunt

eminus [necat] ambo Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos ipse
Imbrasmus nutrierat [in] Lycia atque ornaverat paribus armis vel
conferre manum vel praevertere ventos equo.

[In] alia parte Eumedes fertur in media proelia, proles antiqui
Dolonis, praeclara [in] bello, referens avum [in] nomine, parentem
[in] animo manibusque, qui quondam, ut adiret [ut] speculator [ad]
castra Danaum, ausus [est] poscere currus <350> Pelidae [ut] pretium
sibi; Tydides adfecit illum alio pretio pro talibus ausis nec [ille] aspirat
equis Achillis. Ut Turnus procul prospexit hunc [in] aperto campo,
ante secutus [eum] per longum inane [spatium] levi iaculo, sistit
biiugis equos et desilit [e] curru atque supervenit [ei] semianimi
lapsoque, et, pede impresso [in] collo, extorquet mucronem dextrae
[eius] et tingit fulgentem [mucronem] [in] alto iugulo atque, insuper,
addit haec:

"En, metire iacens agros et Hesperiam quam petisti bello, Troiane.
Qui ausi [sunt] temptare me <360> ferro, ferunt haec praemia, sic
condunt moenia." Coniecta cuspide, mittit [ut] comitem huic Asbyten
Chloreaque Sybarimque Daretaque Thersilocumque et Thymoeten,
lapsum [e] cervice sternacis equi. Ac velut spiritus Edoni Boreae, cum
insonat [in] alto Aegaeo atque fluctus sequitur [eum] ad litora, nubila
dant fugam [in] caelo [ibi] qua venti incubuere:

Turno: dat. / quacumque = per
quemcumque locum
conversae = fugientes

non tulit = non passus est, non sivit

animis = audaciter

ora = capita / frenis: locat.

lata = longa / relectum = non tec-
tum

bilicem = duplicem

degustat = tangit levi modo

mucrone = gladio

auxilium [suorum] / axis = currus
concitus procurso = celerrime
currens

oras summi thoracis = superiorem
partem thoracis

campis = per campos

statuerunt

gressus: acc. pl.

quae ... auxilio = quae iuvet

secent: imperat eis ut secent

latebram teli = locum ubi telum
haeret / sese: Aenean

artes

celeres

sic agmina cedunt Turno, quacumque secat viam, atque acies ruunt
conversae; impetus fert ipsum et, adverso curru, brisa quatit
volantem <370> cristam. Phegeus non tulit [eum] instantem atque
animis frementem; obiecit sese ad currum et dextra [manu] detorsit
ora citatorum equorum, spumantia frenis. Dum trahitur pendetque
[a] iugis, lata lancea consequitur [eum] relectum atque, infixam, rumpit
bilicem loriam et degustat summum corpus vulnere. Ille tamen,
obieto clipeo, ibat conversus in hostem et, ducto mucrone, petebat
auxilium, cum rota et axis concitus procurso impulit [eum]
praecipitem effunditque [eum] [in] solo, Turnusque, secutus <380>
[eum], inter imam galeam et oras summi thoracis abstulit caput ense
atque reliquit truncum harenae.

Atque dum Turnus, victor, dat ea funera campis, interea Mnestheus
et fidus Achates Ascaniusque [ut] comes statuere Aenean cruentum
[in] castris, nitentem alternos gressus longa cuspide. Saevit et
luctatur eripere telum, harundine infracta, atque poscit viam quae
proxima [sit] auxilio: secent vulnus lato ense atque rescindant
latebram teli penitus, atque remittant <390> sese in bella. Iamque
aderat lasides lapyx, dilectus Phoebo ante alios, cui quondam ipse
Apollo, captus acri amore, laetus dabat suas artis, sua munera,
augurium citharamque celerisque sagittas.

proferret fata = porrigeret dies
 depositi = morientis
 mutas = silentio effectas / artes

acerba (verba) / nixus < nitor

immobilis (nom.) lacrimis (abl.) = et
 lacrimae non movebant eum
 succinctus = indutus

trepidat = facit, temptat

sollicitat = conatur (dep.) extrahere
 prensat = capit
 regit = monstrat / subvenit = adiuvat

malum = calamitas

stare pulvere = stare pulvere nitens

spiculum = sagitta / bellantium

cadentium

dictamnium: genus herbae

caulis, -is: pars plantae

illa ... : pastores utuntur his herbis
 ad capras sagittis ictas sanandas
 haeserunt

inficit amnem = mixit aquam

fovit = lavavit

ea lymphae: ablat.

sanguis stetit = sanguis iam non fluit

Ille, ut proferret fata depositi parentis, maluit scire potestates
 herbarum usumque medendi et, inglorius, agitare mutas artis.

Aeneas stabat fremens acerba, nixus in ingentem hastam, magno
 concursu iuvenum et maerentis luli, immobilis lacrimis. Ille senior,
 succinctus retorto <400> amictu in Paeonium morem, nequiquam
 multa trepidat medica manu atque potentibus herbis Phoebi,
 nequiquam dextra [manu] sollicitat spicula prensatque ferrum tenaci
 forcipe. Nulla Fortuna regit viam, auctor Apollo subvenit nihil, et
 saevus horror magis ac magis crebrescit [in] campis atque malum est
 propius. Iam vident caelum stare pulvere: equites subeunt et densa
 spicula cadunt [in] mediis castris. Tristis clamor iuvenum bellantum et
 sub duro Marte cadentium <410> it ad aethera.

Hic Venus genetrix, concussa indigno dolore nati, carpit dictamnium
 ab Ida Cretaea, caulem puberibus foliis et comantem purpureo flore;
 illa gramina non [sunt] incognita feris capris, cum volucres sagittae
 haesere [in] tergo. Venus, circumdata faciem obscuro nimbo, detulit
 hoc [dictamnium], inficit amnem [in] splendentibus labris fuscum hoc
 [dictamno], medicans occulte, atque spargit sucos salubris ambrosiae
 et odoriferam panaceam. Longaevus lapyx, <420> ignorans, fovit vulnus
 ea lymphae, subitoque quippe omnis dolor fugit de corpore, omnis
 sanguis stetit [in] imo vulnere.

secuta manum = extracta manu	lamque sagitta, secuta manum nullo cogente, excidit, atque novae
redierunt / in pristina = in pristinam condicionem	vires rediere in pristina.
properate = ferte, date	"Citi, properate arma viro! Quid statis?" conclamat Iapyx, primusque
haec (nom. pl. n.) = haec curatio	accendit animos in hostem. "Haec non proveniunt [ex] humanis opibus, non [proveniunt] [e] magistra arte, neque mea dextera servat
agit (te)	te, Aenea: maior deus agit atque remittit [te] ad maiora opera." Ille,
suras = crura	avidus pugnae, incluserat suras [in] auro <430> hinc atque hinc oditque
odit moras = nonvult exspectare	moras atque coruscat hastam. Postquam clipeus habilis est lateri
coruscat = agitat, quatit	loricaque [habilis est] tergo, complectitur Ascanium, armis circum
habilis = iuxta positus	fusus, atque delibans summa oscula per galeam fatur: "Ex me, puer,
delibans oscula = osculans	disce virtutem verumque laborem, ex aliis [disce] fortunam. Nunc
dabit te defensum = defendet te	mea dextera dabit te defensum [in] bello et ducet [te] inter magna
facito = imperat.	praemia. Tu, cum mox aetas adoleverit matura, facito [ut] sis memor
excitet: subiecta sunt Aeneas et Hector / repetentem = iterum petentem	[horum] et excitet te, repetentem [in] animo exempla tuorum, et pater Aeneas et avunculus Hector." <440>
portis = per portas	Ubi dedit haec dicta, ingens extulit sese portis, quatiens manu
agmine denso = alius prope alium	immane telum; simul Antheus Mnestheusque ruunt agmine denso,
agmine denso = cum multis aliis in compacta acie	omnisque turba fluit [e] relictis castris. Tum campus miscetur caeco
pedum: genit. pl. (< pes, pedis)	pulvere atque tellus tremit, excita pulsu pedum. Turnus ab adverso
venientes / viderunt	aggere vidit [eos] venientis, Ausonii videre, gelidusque tremor cucurrit per ima ossa;

omnes

rapit = agit
aperto campo = per apertum
campum

miseris agricolis = miserorum
agricolarum
satis < sata, -orum / antea

hostes / adglomerant = cumulant
coactis cuneis = forma (ablat.)
cuneorum instructi

obtruncat = necat

torserat = iecerat

hostes

sternere morti = necare

aversos = eos qui fugiunt
congressos = eos qui manent
ferentes

mentem: acc. respectus

undantes

gerens cuncta Metisci = simillima
Metisco

luturna, prima ante omnis, audiit Latinos agnovitque sonum et, tremefacta, refugit. Ille volat atque rapit atrum agmen aperto <450> campo.

Qualis nimbus, ubi, abrupto sidere, it ad terras per medium mare (heu, longe praescia corda miseris agricolis horrescunt: ille dabit ruinas arboribus stragemque satis, ruet omnia late), venti volant ante atque ferunt sonitum ad litora: talis Rhoeteius ductor agit agmen in adversos hostis, quisque densi adglomerant se coactis cuneis. Thymbraeus ferit gravem Osirim ense, Mnestheus [ferit] Arcetium, Achates obtruncat Epulonem, atque Gyas [obtruncat] Ufentem; ipse augur <460> Tolumnius cadit, qui primus torserat telum in adversos hostis.

Clamor tollitur in caelum, atque Rutuli, versi vicissim, dant terga per agros pulverulenta fuga. Ipse [Aeneas] dignatur neque morti sternere aversos nec insequitur congressos aequo pede nec ferentis tela: lustrans in densa caligine, vestigat solum Turnum, poscit solum [eum] in certamina. Concussa hoc metu mentem, virago luturna excutit Metiscum, aurigam Turni, inter media lora et relinquit <470> [eum] longe lapsum [a] temone; ipsa subit atque flectit undantis habenas manibus, gerens cuncta, vocemque et corpus et arma, Metisci. Velut cum nigra hirundo pervolat magnas aedes divitis domini

legens = colligens

nidis = parvis passeribus
vacuis porticibus = per vacuos
porticus / hostes

germanum = fratrem

patitur (dep.) conferre manum =
sinit pugnare
avia = loca quae viam non habent
legit = colligit / orbes
vestigat virum = sequitur (dep.) ves-
tigia viri (= sequitur virum)
temptavit [vitare] fugam

currus: acc. pl.

vario aestu = variis consiliis, vario
motu mentis
levis = celer

lenta = flexibilia / ferro praefixa =
ferreum culmen habentia
horum: hastilium

substitit = gradum stitit / subsidens
poplite = flectens genu / in arma =
sub sua arma / tulit = rapuit

vertice [galeae]

subactus = deceptus

referri = abire / multa = saepissime
laesi = rupti
terribilis: nom. sing.

effundit = liberat, dimittit / omnes

et lustrat alta atria pennis legens parva pabula atque escas [suis]
loquacibus nidis, et sonat nunc vacuis porticibus, nunc circum umida
stagna: similis, luturna fertur equis per medios hostis atque, volans,
obit omnia rapido curru, iamque hic iamque hic ostentat germanum
ovantem nec patitur [eum] conferre manum, [atque] longe <480> volat
[per] avia. Haud minus Aeneas obvius legit tortos orbis atque vestigat
virum et vocat [eum] magna voce per disiecta agmina. Quotiens
coniecit oculos in hostem atque cursu temptavit fugam alipedum
equorum, totiens luturna retorsit aversos currus.

Heu, quid agat? Nequiquam fluctuat vario aestu, diversaeque curae
vocant animum [eius] in contraria [consilia]. Messapus, levis cursu, ut
forte gerebat laeva [manu] duo lenta hastilia ferro praefixa,
contorquens unum horum derigit [id] certo ictu <490> huic. Aeneas
substitit et, subsidens poplite, collegit se in arma; incita hasta tamen
tulit summum apicem [galeae] atque excussit summas cristas [e]
vertice.

Tum vero irae adsurgunt atque, subactus insidiis, ubi sensit equos
currumque referri diversos, testatus lovem multa et aras laesi
foederis, iam tandem invadit medios et, Marte secundo, terribilis
suscitat saevam caedem nullo discrimine, atque effundit omnis
habenas irarum.

expediat = narret	Quis deus nunc expediat mihi tot acerba, quis [expediat] carmine
caedes = clades / obitum = mortem	diversas caedes <500> obitumque ducum, quos [in] toto aequore atque
tanton = tanto-ne	in vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros? Tanton motu placuit
gentes	[tibi], Iuppiter, gentis in aeterna pace futuras concurrere? Aeneas
statuit in loco = effecit ut manerent ruentes	excipit in latus Rutulum Sucronem (ea prima pugna statuit ruentis
qua = per quem locum	Teucros [in] loco) haud multa morantem, et, [illic] qua fata [sunt]
crates	celerrima, transadigit crudum ensem [per] costas et cratis pectoris.
	Turnus ferit Amycum, deiectum [ex] equo, fratremque Dioren:
congressus pedes = pugnans ut pedes, non ut eques	congressus pedes, [ferit] hunc venientem longa <510> cuspide, [ferit]
mucrone = gladio / abscisa = secata	hunc mucrone, atque suspendit abscisa capita duorum [in] curru et
rorantia = fluentia	portat [ea] rorantia sanguine.
Ille = Aeneas / neci = ad necem, ad mortem / tres	Ille mittit neci Talon Tanaimque fortemque Cethegum, tris uno
	congressu, et maestum Oniten, Echionium nomen atque genus
hic = Turnus	matris Peridiae; hic [necat] fratres missos [e] Lycia et Apollinis agris et
exosus = qui odit / Arcada: Graecus acc. / cui ... = cuius ars (= modus vivendi) erat piscari circum flumina Lernae	iuvenem Menoeten, nequiquam exosum bella, Arcada [iuvenem], cui
potentium	ars fuerat circum flumina piscosae Lernae, pauperque domus [erat ei], nec nota [erant ei] munera potentum, atque pater serebat <520>
potentium / conducta tellure = agro qui ad alium pertinebat	[in] conducta tellure. Ac velut ignes immissi [e] diversis partibus in
arentem = siccam	arentem silvam et virgulta sonantia lauro, aut ubi spumosi amnes
in aequora = in mare	rapido decursu de altis montibus dant sonitum et currunt in aequora,
populatus (< populus) suum iter = delens omnia quae in itinere obvia apparent	quisque populatus suum iter:

segnius = minus	non segnius ambo Aeneas Turnusque ruunt per proelia; nunc, nunc
nescia vinci = numquam victa	ira fluctuat intus, pectora nescia vinci rumpuntur, nunc itur in vulnera
sonantem atavos = superbum atavis	totis viribus. Hic excutit Murranum, sonantem atavos et antiqua
omne (genus) actum	nomina avorum atque genus, omne actum per Latinos <530> reges,
praecipitem = e curru deiectum	praecipitem scopulo atque turbine ingentis saxi, effunditque [eum]
provolverunt	[in] solo. Rotae provolvere hunc subter lora et iuga; super, incita
nec memorum domini = qui non agnoscunt dominum	ungula equorum, nec memorum domini, proculcat [eum] crebro
	pulsu.
occurrit = obvius venit	Ille occurrit Hyllo ruenti atque immane frementi [in] animis, atque
tempora = caput / illi	torquet telum ad aurata tempora; hasta stetit olli [in] fixo cerebro
	per galeam. Nec tua dextera, fortissime Cretheu, eripuit te [a] Turno,
texerunt	nec sui di texere Cupencum Aenea veniente: dedit pectora obvia
mora = tutela, defensio	ferro <540> nec mora aerei clipei profuit [ei] misero. Laurentes campi
oppetere [mortem] = mori	quoque viderunt te, Aeole, oppetere et late consternere terram [tuo]
consternere = operire	tergo. Occidis [tu], quem Argivae phalanges nec Achilles, eversor
occidis = cadis	regnorum Priami, non potuere sternere; hic erant tibi metae mortis:
potuerunt / hic = in hoc loco	[tibi erat] domus sub alta Ida, alta domus [erat tibi] Lyrnesi, [sed]
metae: plur. pro sing.	sepulcrum [est tibi] [in] solo Laurente.
Lyrnesi: locat.	
conversae sunt [illae ad illas]	Adeo totae acies conversae [sunt] omnesque Latini, omnes
	Dardanidae, Mnestheus acerque Serestus et Messapus domitor
equorum	equum et fortis Asilas <550>

nituntur (dep.) = operam dant

opum: genit. pl.

tendunt [ad pugnam] = pugnant
mentem = consilium
urbi = ad urbem

vestigans = quaerens

acies: acc. pl.
huc atque huc = huc et illuc
continuo = postea
imago ... : Aeneas vult maiorem
pugnam

Teucrorum / quo = ad quem

celso = alto

(ali)qua / esto, ito: imperat.
hac: in hoc loco (= nobiscum)
neu quis = atque nemo
eruam = delebo
ni fatentur (dep.) = nisi promittunt

exspectem = debeo expectare

pati nostra proelia = mecum pug-
nare
caput = initium / summa = finis

reposcite = iterum poscite

dant = formant

feruntur = progrediuntur (dep.)

Tuscorumque phalanx atque Arcades alae Evandri, viri nituntur quisque pro se summa vi opum; nec mora nec requies [adest]; tendunt [in] vasto certamine. Hic pulcherrima genetrix misit mentem Aeneae [ut] iret ad muros atque ocius adverteret agmen urbi et turbaret Latinos subita clade. Ille, ut vestigans Turnum per diversa agmina, circumtulit acies huc atque huc, aspicit urbem immunem tanti belli atque impune quietam. Continuo imago <560> maioris pugnae accendit [eum]: vocat Mnesthea Sergestumque fortemque Serestum, ductores, atque capit tumulum quo cetera legio Teucrum concurrat, densi, nec deponunt scuta aut spicula. Medius stans [in] celso aggere fatur:

"Ne qua mora esto meis dictis, Iuppiter hac stat, neu quis ito mihi segnior ob subitum inceptum. Hodie eruam urbem, causam belli, ipsa regna Latini, et ponam fumantia culmina aequa solo, ni fatentur accipere frenum et, victi, parere. Scilicet exspectem dum libeat Turno <570> pati nostra proelia atque, victus, velit rursus concurrere? Hoc [est] caput, o cives, haec [sunt] summa nefandi belli. Ferte faces propere atque reposcite foedus flammis."

Dixerat, atque omnes, animis pariter certantibus, dant cuneum densaque mole feruntur ad muros; improvise scalae [apparuerunt] subitusque ignis apparuit.

torquent ferrum = iactant sagittas

aethera: Graecus acc.

incusat = accusat

ad proelia [ire] / hostes

altera = secunda / cives

reserare = aperire

in = ad

vestigavit = secutus est vestigia,
invenit

trepidae rerum = anxiae sui praedii

acuunt = monstrant

saxa: plur. pro sing.

concussit = pulsavit

tectis = ad tecta

incessi: pass. infinit. / ignes
contra: pugnant contra hostes
nulla agmina Turni [adesse]

mentem: acc. respectus

caput = initium / effata = postquam
dixit

amictus: acc. pl.

leti = mortis

acceperunt = audiverunt

Alii discurrunt ad portas atque trucidant primos, alii torquent ferrum et obumbrant aethera telis. Ipse Aeneas inter primos tendit dextram sub moenia atque incusat Latinum <580> magna voce testaturque deos se cogi iterum ad proelia, iam bis Italos [factos esse] hostis, haec altera foedera rumpi. Discordia exoritur inter trepidos civis: alii iubent reserare urbem et pandere portas Dardanidis atque trahunt ipsum regem in moenia; alii ferunt arma et pergunt defendere muros, ut cum pastor vestigavit apes inclusas in latebroso pumice atque implevit [pumicem] amaro fumo; illae, intus, trepidae rerum, discurrunt per cerea castra atque acuunt iras <590> magnis stridoribus; ater odor volvitur [in] tectis, tum saxa sonant intus caeco murmure, fumus it ad vacuas auras.

Accidit etiam fessis Latinis haec fortuna, quae concussit totam urbem funditus luctu: regina, ut prospicit hostem venientem tectis, muros incessi, ignis volare ad tecta, nusquam Rutulas acies contra, nulla agmina Turni, infelix credit iuvenem in certamine pugnae extinctum [esse] et subito, turbata mentem dolore, clamat se causam [esse] crimenque caputque malorum, <600> atque, demens, effata multa per maestum furorem, moritura discindit manu purpureos amictus et nectit ab alta trabe nodum informis leti. Quam cladem postquam miserae Latinae acceperunt,

crines	filia Lavinia prima laniata [est] flavos crinis et roseas genas manu,
aedes = domus	tum cetera turba fuit circum, aedes resonant late plangoribus. Hinc
demittunt = debiles fiunt	infelix fama vulgatur per totam urbem; mentes demittunt, Latinus it
ruina: ablat. / turpans = maculans, foedans	scissa veste, attonitus fati coniugis atque ruina <610> urbis, turpans
qui non acceperit = quia non accepit	perfusam canitiem immundo pulvere. Atque incusat se multa, qui
antea / asciverit = adoptaverit	non acceperit Dardanium Aenean ante atque asciverit [eum] ultro
generum < gener, -i	[ut] generum.
palantes / aequor = planities	Interea bellator Turnus in extremo aequore sequitur paucos palantis,
successu = celeritate	iam segnior atque iam minus atque minus laetus successu equorum.
illi = Turno	Aura attulit illi hunc clamorem commixtum caecis terroribus, atque
impulit arrectas aures = pervenit ad attentas ures	sonus et inlaetabile murmur confusae urbis impulit arrectas auris. "Ei
quid = cur	mihī! Quid moenia turbantur tanto luctu? <620> Quisve tantus clamor
diversa = longinqua	ruit a diversa urbe?"
substitit = mansit	Sic ait, adductisque habenis substitit amens. Atque soror, ut conversa
conversa = mutata	in faciem aurigae Metisci regebat currumque et equos et lora,
hac qua = in hoc loco per quem	occurrit huic talibus dictis: "Turne, sequamur Troiugenas hac qua
prima victoria pandit viam = victoria pandit primam viam	prima victoria pandit viam; alii sunt qui possint defendere tecta manu
ingruit = impetum facit	[sua]. Aeneas ingruit Italis et miscet proelia: mittamus et nos saeva
et nos = quoque nos	funera Teucris [nostra] manu. Nec recedes <630> inferior numero
recedes = abibis	[mortuorum] neque honore pugnae." Turnus ad haec: "O soror, et
et = iam	dudum agnovi [te],

turbasti = rupisti	cum prima turbasti foedera per artem atque dedisti te in haec bella,
fallis = conaris fallere	et nunc, dea, nequiquam fallis [me]. Sed quis voluit te, [de] Olympo
ferre = pati	demissam, ferre tantos labores? An ut videres crudele letum miseri
spondet = praebet, offert	fratris? Nam quid ago? Aut quae Fortuna iam spondet salutem
quo: ablat. comparationis	[mihi]? Ipse vidi ante meos oculos Murranum, quo carior mihi alter
superat = erat / oppetere = ire ad	non superat, oppetere [mortem], vocantem me [sua] voce, ingentem
occidit = mortuus est (≠ aliud verbum "occidit" = necavit)	atque ingenti vulnere victum. <640> Infelix Ufens occidit, ne aspiceret
potior (dep.) corpore = capio corpus	nostrum dedecus; Teucri potiuntur corpore et armis [eius].
perpetiar = sinam, patiar id unum defuit rebus = id solum deest nostris cladibus	Perpetiarne domos excindi (id unum defuit rebus) nec refellam dicta
usque adeo miserum = tam miserum	Drancis [mea] dextra [manu]? Dabo terga et haec terra videbit
superis = superiorum	Turnum fugientem? Usque adeone miserum est mori? O Manes, este
haud umquam = ego qui numquam fui	vos boni mihi, quoniam voluntas superis aversa [est mihi]. [Ego], anima sancta atque inscia istius culpa, descendam ad vos haud umquam indignus magnorum avorum."
ora: acc. respectus	Vix fatus erat ea: ecce Saces, vectus spumante equo, saucius ora
adversa sagitta: ablat. instrumenti hostes	adversa sagitta, volat per medios hostis <650> ruitque implorans Turnum nomine:
suprema = ultima miserere: imperat.	"Turne, in te [iacet] suprema salus, miserere tuorum. Aeneas fulminat [nos] armis atque minatur [se] deiecturum [esse] summas arces Italum atque daturum [esse] [eas] excidio, iamque faces volant ad tecta. Latini referunt ora in te, oculos in te;
Italorum / excidio (dat.) = ruinae	

mussat = non vult dicere
 quos ... = quem vocet generum
 occidit = mortua est (≠ aliud verbum
 "occidit" = necavit)

acies: acc. pl.
 pro portis = ante portas
 ferrea seges = campus pilorum

gramine = campo, planitie

varia imagine rerum = tot novis
 nuntiis
 aestuat = ardet
 insania mixto luctu = insania mixta
 luctu

ardentes orbis

e rotis = e curru

vertex flammis volutus = vertex
 flammarum
 eduxerat = construxerat

subdiderat rotas = posuerat rotas
 sub turrim / pontes
 absiste = noli

stat = decet

Aeneae: dat. / acerbi: genit.

furere hunc furorem = me dare ad
 hunc furorem
 antea / arvis = ad arva

hostes / deserit = relinquit

ipse rex Latinus mussat quos vocet generos aut ad quae foedera
 flectat se. Praeterea, regina, fidissima tui, ipsa occidit sua [manu]
 atque exterrita fugit <660> lucem. Messapus et acer Atinas soli
 sustentant acies pro portis; circum hos utrimque phalanges stant
 densae, atque ferrea seges horret strictis mucronibus; tu versas
 currum in deserto gramine!"

Turnus obstipuit, confusus varia imagine rerum, et stetit tacito
 obtutu; ingens pudor aestuat in uno corde atque insania mixto luctu
 et amor agitatus furiis et conscia virtus. Ut primum umbrae discussae
 [sunt] et lux reddita [est] menti, torsit <670> ardentis orbis oculorum
 ad moenia, turbidus, atque e rotis respexit ad magnam urbem. Ecce
 autem vertex flammis volutus undabat inter tabulata ad caelum
 atque tenebat turrim, turrim quam ipse eduxerat compactis trabibus
 atque subdiderat rotas atque instraverat altos pontis [in ea]. "Iam,
 soror, iam fata superant [me], absiste morari [me]; sequamur quo
 deus et quo dura Fortuna vocat [me]. Stat [me] conferre manum
 Aeneae; stat [me] pati quidquid acerbi est [in] morte, neque amplius
 [tempus], germana, videbis me indecorem. Sine me, oro, furere hunc
 furorem <680> ante." Dixit, et ocius dedit saltum e curru arvis atque
 ruit per hostis, per tela, atque deserit maestam sororem ac rumpit
 media agmina rapido cursu.

avulsum = distractum, ereptum	Ac veluti saxum, cum ruit praeceps de vertice montis, avulsum vento,
proluit = eripit aqua (ablat.)	seu turbidus imber proluit [id] aut vetustas, sublapsa, solvit [id] annis;
sublapsa = afficiens	
mons = saxum / in abruptum = per declivitatem / actu = impulsu	improbis mons fertur in abruptum magno actu exsultatque solo,
solo = per solum	involvens secum silvas, armenta virosque: sic Turnus ruit per disiecta
terra plurima = maxima pars terrae	agmina ad muros urbis, ubi terra plurima madet fuso <690> sanguine
significat = signum dat	atque aurae stridunt hastilibus, significatque manu et simul incipit
inhibite = nolite iactare	magno ore: "Parcite iam, Rutuli, et vos, Latini, inhibite tela.
verius < verus	Quaecumque fortuna est, mea est; verius [est] me unum pro vobis
luere foedus = poenas dare rupti foederis	luere foedus et decernere ferro."
discesserunt, dederunt	Omnes discessere atque, medii [stantes], dedere spatium. At pater
praecipitat omnes moras = relinquit omnia quae morabantur (dep.)	Aeneas, audito nomine Turni, et deserit muros et deserit summas
ipsum / rumpit opera = finem facit operum / laetitia: ablat. / intonat = producit	arces praecipitatque omnis moras, rumpit omnia opera exsultans
	laetitia atque intonat horrendum [sonum] armis, <700> quantus Athos
	aut quantus Eryx aut quantus ipse pater Appenninus cum fremit
coruscis = tremantibus	coruscis ilicibus gaudetque nivali vertice attollens se ad auras.
nivali = nive aperto	
converterent	Iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes Itali convertere oculos,
quique = et qui (≠ quique, quaeque, quodque)	quique tenebant alta moenia quique pulsabant imos muros ariete,
deposuerunt / ingentes	atque deposuere arma [ab] umeris. Ipse Latinus stupet ingentis viros,
genitos = natos	genitos [in] diversis partibus orbis, coisse inter se et cernere ferro.
aequore = aequo spatio, planitie	Atque illi, ut campi <710> patuerunt vacuo aequore, rapido procurso,
rapido procurso = celeriter curren-tes	coniectis eminus hastis,

invadunt Martem = pugnam inci-
piunt
congeminant = duplicant
ictus: acc. pl.

magistri = pastores / cesserunt

mussant = susurrant
quis ... = quis dux nemoris fiat

lavant = umectant

largo = multo

aethera: Graecus acc.

quem, quo: interrogativa

consurgit in sublatum ense = tollit
ensem
ferit: conatur (dep.) ferire hostem

ni = nisi

subeat subsidio = veniat ad adiu-
vandum
ocior = celerior

praecipitem = festinantem
iunctos equos = currum / in = ad
mucro, ferrum = gladius

invadunt Martem clipeis atque aere sonoro. Tellus dat gemitum; tum
congeminant crebros ictus ensibus; fors et virtus miscetur in unum.
Ac velut [in] ingenti Sila summove Taburno cum duo tauri, conversis
frontibus, incurrunt in inimica proelia, magistri cessere pavidum, omne
pecus stat mutum metu, atque iuvencae mussant quis imperitet
nemori, quem tota armenta sequantur; illi miscent <720> inter sese
multa vulnera vi atque, obnixi, infigunt cornua et lavant colla
armosque largo sanguine; omne nemus remugit gemitu: non aliter
Tros Aeneas et Daunius heros concurrunt clipeis [atque] ingens fragor
complet aethera.

Iuppiter ipse sustinet duas lances aequato examine et imponit fata
diversa duorum, quem labor damnet et quo pondere letum vergat.
Hic Turnus emicat, putans [se posse facere hoc] impune, et consurgit
alte toto corpore in sublatum ense et ferit; Troes trepidique Latini
<730> exclamant, atque acies amborum [manent] arrectae. At perfidus
ensis frangitur atque in medio ictu deserit [eum] ardentem, ni fuga
subeat subsidio. Ut aspexit ignotum capulum dextramque inermem,
fugit ocior Euro.

Fama est [eum] praecipitem, cum conscendebat iunctos equos in
prima proelia, patrio mucrone relicto, dum trepidat, rapuisse ferrum
aurigae Metisci;

dabant ... = fugiebant	idque suffecit diu, dum Teucri dabant palantia terga; postquam
ad Volcania ... : contra hostem qui arma a deo Vulcano facta habebat dissiluit = ruptus est	ventum est ad Volcania arma dei, mortalis mucro dissiluit ictu <740> ceu futilis glacies; fragmina resplendent [in] fulva harena. Ergo,
diversa aequora: accusat. pl. fuga: ablat. sing. orbis / incluserunt	amens, Turnus petit diversa aequora fuga et, nunc huc, inde huc, implicat incertos orbis; undique enim Teucri inclusere [eum] densa
palus, -udis (f.)	corona atque hinc vasta palus [cingit eum], hinc ardua moenia cingunt.
nec minus = et quoque tardata: nom. pl. / sagitta: abl. sing.	Nec minus Aeneas insequitur, quamquam genua, tardata sagitta, interdum impediunt [eum] atque recusant cursum, atque fervidus
(ali)quando	urget [suo] pede pedem [Turni] trepidi. Veluti si quando venator
nactus < nanciscor saeptum = circumdatum puniceae pennae: poeta loquitur de Romana methodo venandi alta ripa: ablat.	canis, nactus cervum inclusum flumine aut saeptum formidine puniceae pennae, <750> instat [eum] cursu et latratibus; ille autem, territus insidiis et alta ripa, fugit refugitque mille vias, at vividus
hians = os aperiens	Umber [canis] haeret [ad eum] hians, iam iamque tenet, similisque
malis < mala, -ae elusus ... = non potest mordere lacus: nom. pl. responsant = sonitum iterum sonant	tenenti increpuit malis atque elusus est inani morsu; tum vero clamor exoritur ripaeque lacusque responsant circa et omne caelum tonat tumultu.
omnes	Ille, simul fugiens, simul increpat omnis Rutulos, vocans quemque
efflagitat = poscit / notum = suum	nomine, atque efflagitat notum ense. Aeneas, contra, minatur <760>
praesens = cito perveniens adeat = adiuvet trementes	mortem praesensque exitium si quisquam adeat, terretque [eos] tremendis

orbes / cursu: currentes	minitans [se] excisurum [esse] urbem, et saucius instat. Explent quinque orbis cursu, totidemque retexunt huc illuc, neque enim levia aut ludicra praemia petuntur, sed certant de vita et sanguine Turni.
oleaster: genus arboris sacer = sacratus ubi = in quo	Forte oleaster amaris foliis, sacer Fauno, steterat hic, olim venerabile lignum nautis, ubi, servati ex undis, solebant figere dona Laurenti
vestes	divo et suspendere votas vestis; sed Teucris sustulerant sacrum <770>
stirpem = radicem, arborem puro = aperto	stirpem nullo discrimine, ut possent concurrere [in] puro campo.
impetus: impetus viri qui iecerat hastam lenta = quae non movetur incubuit = inclinavit se sequi = persequi	Hic stabat hasta Aeneae, huc impetus detulerat illam fixam et tenebat [eam] [in] lenta radice. Dardanides incubuit voluitque manu convellere ferrum atque sequi telo quem non poterat prendere
amens formidine = maximum timens	cursu. Tum vero Turnus, amens formidine, "Faune, precor, miserere,"
fecerunt	inquit "tuque, Terra optima, tene ferrum, si semper colui vestros honores, quos Aeneadae, contra, fecere profanos bello." Dixit, atque
opem = auxilium	vocavit <780> opem dei in vota non cassa, namque Aeneas, diu luctans atque moratus in lento stirpe, haud valuit ullis viribus discludere
morsus: acc. pl.	morsus roboris.
dea Daunia procurrit	Dum, acer, nititur et instat, dea Daunia, rursus in faciem aurigae
Quod ... = Venus, indignata quia hoc licebat nymphae revellit = liberavit	Metisci mutata, procurrit atque reddit fratri ense. Quod licere nymphae Venus indignata, accessit atque revellit telum ab alta
Illi / hic: Turnus	radice. Olli, sublimes armis atque refecti [in] animis, hic fidens gladio,
hic: Aeneas / hasta: ablat.	hic acer et arduus hasta, contra adsistunt certamina

anheli: genit.	anheli <790> Martis. Interea rex omnipotentis Olympi adloquitur
tuentem = inspicientem	lunonem, tuentem pugnas de fulva nube:
quae = qualis	"Quae iam finis erit, coniunx? Quid denique restat? Ipsa scis, et
Aenean deberi ... atque tolli	fateris scire, Aenean deberi caelo [ut] indigetem atque tolli [a] fati
struis = facere vis / haeres = manes	ad sidera. Quid struis? Aut qua spe haeres in gelidis nubibus?
divum ... = deum vulnerari a mortali?	Decuitne divum violari mortali vulnere? Aut [decuit] ereptum ensem
victis: dat. pl.	reddi Turno (quid enim valeret Iuturna sine te?) et [decuit] vim
inflectere: pass. imperat.	crebere victis? Desine iam tandem atque inflectere nostris <800>
edit (indicat.) = edat (subiunct.)	precibus, ne tantus dolor edit te tacitam et saepe tristes curae
recursent mihi = reveniant ad me	recursent mihi e tuo dulci ore. Ventum est ad supremum. Potuisti
terris vel undis = per terras vel per undas	agitare Troianos terris vel undis, accendere infandum bellum,
deformare = dedecorare	deformare domum et miscere hymenaeos luctu: veto temptare
	ulterius."
orsus < orior (dep.) (= incipere loqui)	Sic Iuppiter orsus [est]; sic dea, contra, [dixit] summissi vultu: "Quia
nec tu videres me ... = nisi hoc ita esset, tu non videres me ...	quidem ista voluntas tua [erat] nota mihi, magne Iuppiter, reliqui et
cincta = circumdata / sub = in	Turnum et terras; nec tu videres <810> me nunc solam [in] aerea sede
suasi = persuasi	pati digna [et] indigna, sed [ego], cincta flammis, starem sub ipsa acie
probavi = sivi (< sino, -ere)	traheremque Teucros in inimica proelia. Suasi Iuturnam succurrere
contenderet tela = uteretur telis	misero fratri (fateor) et probavi [eam] audere maiora pro vita
	[fratris], non tamen ut contenderet tela, non ut [contenderet] arcum;

adiuro = testor (dep.)
 reddita est = relicta est, sinitur
 exosus = qui odit

obtestor (dep.) te = rogo a te

pacem componere = pacem facere

ne iubeas = noli iubere

vocem = linguam qua utuntur
 vertere = mutare
 propago = stirps

sinas ... = sine Troiam occidisse

illi

altera = secunda / fluctus: acc. pl.

summitte = relinque

sermonem = linguam

subsident = evanescent
 ritus: acc. pl.
 omnes / uno ore = una lingua
 videbis genus ire

nec ulla = atque nulla
 aequae = tanta magnificentia (ablat.)

laetata = laeta / retorsit = mutavit

actis = factis / volutat = putat

dimittere = procul mittere

adiuro implacabile caput fontis Stygii, una superstitione quae reddita [est] superis divis. Et nunc cedo equidem atque relinquo exosa pugnans. Obtestor te illud, quod tenetur nulla lege fati, pro Latio, pro maiestate tuorum: <820> cum iam component pacem felicibus conubiis (esto), cum iam iungent leges et foedera, ne iubeas indigenas Latinos mutare vetus nomen neu fieri Troas atque vocari Teucros aut [hos] viros mutare vocem aut vertere vestem. Sit Latium, sint Albani reges per saecula, sit Romana propago potens Itala virtute; Troia occidit, atque sinas occiderit cum nomine."

Subridens, repertor hominum rerumque [dixit] olli: "Es germana Iovis et altera proles <830> Saturni, tantos fluctus irarum volvis sub pectore! Verum age, et summitte furorem frustra inceptum: do quod vis, et victusque volensque remitto me. Ausonii tenebunt sermonem patrium moresque, atque nomen erit [eis] ut [nunc] est; Teucris subsident, commixti tantum corpore; adiciam morem ritusque sacrorum faciamque omnis Latinos uno ore. Videbis genus quod hinc surget, mixtum Ausonio sanguine, ire supra homines, supra deos pietate, nec ulla gens celebrabit aequae tuos honores." <840>

luno adnuit his et, laetata, retorsit mentem; interea, excedit [e] caelo atque relinquit nubem. His actis, genitor ipse volutat aliud secum atque parat dimittere luctum ab armis fratris.

tulit = peperit

eodem et = eodem ac
revinxit = induit
serpentium

acuunt = inferunt

(ali)quando / deorum

meritas urbes = urbes quae hoc
merentur (dep.)

in omen = ad monendum

non secus = non aliter

felle < fel, fellis (n.)

immedicabile = quod sanari non
potest / celeres
sata = nata

collecta = mutata

bustum = sepulcrum

serum = sero / versa = mutata

ora = faciem

everberat = pulsat
formidine = timore
haesit = mansit

scindit = extirpat

crines / quid: acc. respectus

Geminae pestes dicuntur cognomine Dirae, quas intempesta Nox tulit uno eodemque partu et [tulit] Tartaream Megaeram, atque revinxit [eas] paribus spiris serpentum atque addidit [eis] ventosas alas. Hae apparent ad solium Iovis atque in limine saevi regis atque acuunt metum aegris <850> mortalibus, si quando rex deum molitur horrificum letum morbosque, aut territat meritas urbes bello. Iuppiter demisit unam harum celerem a summo aethere atque iussit occurrere Iuturnae in omen. Illa volat atque fertur ad terram celeri turbine. Non secus ac sagitta, impulsam nervo per nubem, quam armatam felle saevi veneni Parthus (Parthus sive Cydon) torsit, immedicabile telum, stridens et incognita transilit celeris umbras: talis sata [e] Nocte tulit se atque petivit <860> terras.

Postquam videt Iliacas acies atque agmina Turni, collecta in subitam figuram parvae alitis quae quondam, nocte sedens in bustis aut desertis culminibus, canit serum, importuna per umbras: versa in hanc faciem, pestis, sonans, fertque refertque se ob ora Turni atque everberat clipeum alis. Illi novus torpor solvit membra formidine, atque comae arrectae [sunt] horrore et vox haesit [in] faucibus. At ut agnovit procul stridorem et alas Dirae, infelix soror Iuturna scindit solutos <870> crinis, foedans ora unguibus et pectora pugnis: "Quid nunc, Turne, tua germana potest iuvare te?"

superat = manet / morer lucem tibi
= efficiam ut longius tempus vivas
ne terrete = nolite terrere

verbera = ictus (acc. pl.)

[Iuppiter] reponit / quo = cur

adempta = erepta
[si mortalis essem,] nunc certe...

dehiscat = aperiat se

Manes

tantum = solum

condidit = celavit / contra: adv.

coruscat = agitat

quid = cur

tete = te / cominus ↔ eminus

omnes

opta sequi ... atque condere = opta
aut sequi ... aut condere
quassans = agitans

hostes

circumspicit = spectat, tuetur (dep.)

forte = temere, casu

Aut quid iam superat mihi, durae? Qua arte morer lucem tibi?
Possumne opponere me tali monstro? Iam, iam linquo acies. Ne
terrete me timentem, obscenae volucres: nosco verbera alarum
letalemque sonum, nec superba iussa magnanimi Iovis fallunt [me].
Haec reponit pro virginitate? Quo dedit [mihi] aeternam vitam? Cur
condicio mortis adempta est [mihi]? Nunc certe possem finire tantos
dolores <880> et ire per umbras [ut] comes misero fratri! Immortalis,
ego? Aut quicquam meorum erit dulce mihi sine te, frater? O, quae
ima terra satis dehiscat mihi atque demittat [me], deam, ad imos
Manis?"

Tantum [hoc] effata, dea contextit caput glauco amictu, gemens
multa, et condidit se [in] alto fluvio. Aeneas instat contra atque
coruscat ingens arboreum telum, et sic fatur [e] saevo pectore:
"Deinde, quae mora est nunc? Aut quid iam retractas [te], Turne?
Certandum est saevis armis <890> cominus, non cursu. Verte tete in
omnis facies et contrahe quidquid vales sive animis sive arte; opta
sequi ardua astra pennis atque condere te clausum [in] cava terra."
Ille, caput quassans: "Tua fervida dicta non terrent me, ferox; di et
Iuppiter [ut] hostis terrent me."

Nec plura effatus circumspicit ingens saxum, ingens saxum antiquum,
quod forte iacebat [in] campo,

bis sex = XII	limes positus [in] agro ut discerneret litem [de] arvis; vix [tales] bis
subirent = possent tollere	sex lecti [viri] subirent illum [saxum] [super] cervice, qualia corpora
raptum = cito captum	hominum nunc tellus <900> producit. Ille heros trepida manu
sed ... currentem = sed sensit se iam non posse currere	torquebat raptum [saxum] in hostem, insurgens altior et concitus
labant = fluctuantur (dep.), vacillant	cursu. Sed cognoscit se neque currentem nec euntem tollentemve
gelidus ... = gelidus frigor concrevit sanguinem	[saxum] manu atque moventem immane saxum; genua labant,
lapis viri = lapis a viro iactatus	gelidus sanguis concrevit frigore.
evasit = perfecit	Tum lapis ipse viri, volutus per inane vacuum, nec evasit totum
ictum = vulnus / quies ↔ strepitus	spatium neque pertulit ictum. Ac velut in somnis, ubi languida quies
nequiquam = frustra	pressit oculos nocte, nequiquam videmur velle extendere avidos
cursus: acc. pl. / aegri = fessi	cursus et, aegri, <910> succidimus in mediis conatibus; lingua non valet,
succidimus = cadimus	notae vires non sufficiunt corpore nec vox aut verba sequuntur: sic
successum = victoriam	dira dea negat successum Turno quacumque petivit viam virtute.
quacumque = per quemcumque locum	Tum varii sensus vertuntur [in] pectore [Turni]; aspectat Rutulos et
sensus: acc. pl.	urbem cunctaturque metu atque tremescit instare letum, nec [videt]
currus: acc. pl.	quo eripiat se nec qua vi tendat in hostem, nec videt currus usquam
fortunam: locum ubi lorica non tegit corpus	aurigamve sororem. Aeneas, sortitus fortunam oculis, coruscat fatale
murale tormentum: machina qua saxa contra moenia iactantur	telum [ei] cunctanti, et eminus intorquet toto <920> corpore. Saxa
	concita murali tormento numquam fremunt sic nec crepitus
	dissultant tanti fulmine.

instar atri turbinis = eodem modo ac
ater turbo
orbes

duplicato poplite = flexo genu

poplite = genu

remittunt = iterum mittunt

deprecor (dep.) = precor
utere: imperat. / (ali)qua

miserere: imperat.
senectae = senectutis
viderunt

ne tende = noli tendere

acer = potens

flectere = persuadere

umero [Turni]

cingula notis bullis: cingula habebant
bullas, quas Aeneas noverat
straverat = necaverat / insigne =
signum

hausit = posuit

ira: ablat. sing.

eripiari (= eripiaris) mihi = velis
fugere a me

Hasta, ferens dirum exitium, volat instar atri turbinis atque recludit oras loricae et extremos orbis septemplicis clipei; stridens, transit per medium femur. Turnus, ictus, incidit ad terram, ingens, duplicato poplite. Rutuli consurgunt gemitu totusque mons circum remugit et alta nemora remittunt vocem late.

Ille, humilis, supplex protendens oculos precantemque <930> dextram, "Equidem merui [hoc] nec deprecor," inquit; "utere sorte tua. Si qua cura miseri parentis potest tangere te, oro (et tibi fuit talis genitor Anchises), miserere senectae Dauni et redde me meis, seu, [si] mavis, [redde meum] corpus spoliatum [a] lumine. Vicisti et Ausonii videre [me] victum tendere palmas; Lavinia est tua [ut] coniunx, ne tende ulterius [tuis] odiis."

Aeneas stetit, acer in armis, volvens oculos, atque repressit dextram; et, iam iamque magis, sermo <940> coeperat flectere [eum] cunctantem, cum infelix balteus apparuit [super] alto umero et fulserunt cingula notis bullis Pallantis pueri, quem, victum, Turnus straverat vulnere, atque gerebat inimicum insigne [super] umeris.

Ille, postquam hausit [in] oculis monimenta saevi doloris exuviasque, accensus furiis et terribilis ira, [dixit]: "Tunc, indute spoliis meorum, hinc eripiari mihi?"

immolat = mactat, necat

sanguine = crimine

condit = mergit, defigit

illi: dat. sing.

sub umbras = desuper ad umbras

Pallas immolat te hoc vulnere, Pallas, et sumit poenam ex scelerato sanguine."

Hoc dicens, fervidus condit <950> ferrum sub adverso pectore; ast illi membra solvuntur frigore vitaeque fugit indignata sub umbras cum gemitu.

